ABSOLVTA RESPONSIO D. FREDERICI STAPHYLI, IN DEFENSIONEM APOLOGIAE SVAE, DE

vero germanoq; Scripturæ sacræ intellectu, & de sacrorum Bibliorum in vulgare idioma Tralatione,

Aduersùs Iacobum Smidelinum Goppingens. concionatorem: Interprete F. Laurentio Surio Carthusiano.



Roman. XVI.

Rogo autem vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter (Catholicam) doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo Domino non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones, seducunt corda innocentium.

Coloniæ apud Hæredes Iohannis Quentel & Geruuinum Calenium, Anno M. D. LXIII.

Cum gratia & priuilegio Imperatoriæ Maiest. in Decennium.

in V. Psalmum.

HVIVS *hæreticæ actionis fortis ille Samson cum suis Vulpibus quoddam exhibuit præludium, ut est in Iudicũ libro annotatum. Ità enim omne regnũ in se diuisum, desoletur necesse est. Nulli enim unquàm Hæretici ui uel arte superati sunt, sed sola inter ipsos enata discordia. Neque Christus alia ratione confligit cum eis, quàm ut inter illos existat factiosus quidam dissensionis spiritus, utì inter illos Sichimitas, et eos qui turrim Babel ædificârunt: atque in nouo Testamento inter Arrianos, Donatistas, Pelagianos, & eius generis plures alios. Quin et Iudæi in postrema uastatione, discordiæ ac dissensionis ergô periêrũt: adeò ut uir sanctus Hilarius lib. de Trinitate glorietur, bellum hæreticorum inter ipsos, pacem esse Ecclesiæ. Ex illorum enim discordia, interitus quoquè eorum et perditio consequitur.*

Iudic. 15. Iudic. 9. Genes. 11.

Item in breui confessione de Cœna.

HOC *ingenio sunt Hæretici omnes, ut initiò non nisi ab uno aliquò Articulo exordiantur, deindè reliquos simul omnes abnegent.*

REVERENDISSIMO IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE CLARISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. DA-*nieli, Moguntino Archiepiſcopo, Sacri Romani Imperij per Germaniam Archicancellario & Principi Electori, Domino ſuo colendiſsimo &c.*

VIDEMVS nūc Ampliſsime pontifex, Princeps illuſtriſſime, orbē Chriſtianū quorundā hominum ſtudio è ſumma pace et ſuauiſſima concordia in maxima coniectum diſſidia, & incredibilem rerum omniū perturbationem. Cauſa huius ipſiſsima, ſi citra diſſimulationē inquiratur, non alia verior poteſt occurrere, quàm peccata no-

ſtra, id eſt, peccata orbis Chriſtiani. Excreuerant em̃ iam vitia apud Ordines omnes, in omni hominũ genere, in Clero, in populo, nec potuit Diuinæ cenſura iuſtitiæ tantam hominum improbitatem diſſimulare diutiùs. Itaq; effudit in nos irã ſuam, ſed ſanè terribiliter. Extitêre quidam ocij & pacis pertæſi, cœperunt apud ſeſe capere cõſilia rerum nouandarum, nulla eis cõmodior via viſa eſt, quàm vt populũ in Clerum concitarent, & è ſua dignitate & authoritate deturbatis Eccleſiaſticis, ipſi apud vulgus gratiã & authoritatem ſibi cõciliarent. Videbant enim florere Clerum, nec eos latuit, nõ deeſſe qui inuiderẽt Cleri felicitati: quin & ipſi inuidebant: Inuidia enim (quod vtinàm quàm verũ eſt, tam poſſit hominibus perſuaderi) his rerum motib⁹ magnam

præ-

præbuit occaſionẽ, quæ tamen nullas erat habitura vires, niſi primaria cauſa, id eſt, vt iam antè dixi, peccata noſtra illi vires cõciliâſſent. Itaq; cœperunt illi apud vulgus ſpargere dogmata quædam inprimìs popularia, putà, Chriſtianos oẽs ex æquo ſacerdotes eſſe, & pleraq; alia, quæ hîc non attinet cõmemorare: quæ cùm à doctis facilè confutari poſſe viderent, quòd nullo veritatis fundamento niterentur, tamen vt vulgo eſſent perſuaſiſſima atq; certiſſima, nulla re magìs id illi efficere conati ſunt, quàm vt Cleri malam vitam populo odioſiſsimè & frequẽtiſsimè inculcarent. Nec illis difficile fuit de ijs fidem populo facere, quippe quę omnibus in proſpectu eſſent. Indè tum, hoc iacto ſuæ fallacię fundamento, ꝓgreſſi illi ſunt ad perſuadendum vulgo, quicquid

ijs visum esset. Facilè ergò persuadebât populo multa hactenùs Clerũ vana & impia tradidisse dogmata, cùm nõ deessent Cleri improba exempla, quibus commemorandis vulgi animos, alioquì non admodùm Clero addictos, acerbissimè iritarent ac odiosissimè inflammarent. Itaque res omnis illis cessit ex sententia: adductus est in summum contemptum & odium Clerus: Ecclesiastici omẽs, id est, qui in Clero numerantur, non alio quàm luporum loco habiti sunt: contrà verò seductores illi, qui miserã plebem in Clerum concitârunt, & in suas partes pertraxerunt, dicti sunt viri Euangelici, & qui non nisi purum putum Dei verbum à Papistis in tenebras retrusum, in lucem reuocarent. Ità ergò dum populus intentus est in vitia Cleri, obliuiscitũ suî, et

ab istis fallaciosis hominib⁹ à Christi corpore, quod est Catholica Ecclesia, auellitur & abducit in errorũ labyrinthos, in teterrimas hæreses, in horrendas atq; hactenùs inauditas impietates, sicq́; accidit illi quod dici solet, Incidit in Scyllam, dum vult vitare Charybdim. Magna quidem in Ecclesiasticos ira est præpotentis Dei, quòd vsq; adeò permisit vilescere Clerũ apud populum: sed longè intolerabilior est ira Dei in populũ, quòd permisit eum seduci à callidis et subdolis pseudoprophetis in hæreses & ter execrãdos errores. Nam quòd contempti sunt Ecclesiastici, plerisq; magno bono fuit, qui ad sese reuersi, vitã in melius cõmutârunt: porrò quorũ vita fuit inculpata, vt sanè multorum et fuit, & est hodieque, ijs nõ solùm nihil mali accidit, sed aucta est mirum in

modum gratia præſentis, & gloria futuræ vitæ. Scimus enim, quoniā
Rom. 8. diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, vt ait Apoſtolus. Quòd aūt populus tam miſerè ſeductus eſt, id non niſi peccatis populi imputandum eſt. Quis eñ inficiàs ire auſus erit, populū Chriſtianum omni genere flagitiorū & ſcelerum planè coopertum fuiſſe? Porrò horum ſcelerum ea pœna eſt, quòd iuſto Dei iudicio permiſſi ſunt excidere à fide, excidere à Chriſto, quē ſolis labijs confitebantur, corde autem & animo longè ab illo aberāt. Indignus vſus Sacramentorū id effecit, vt iam illis Sacramenta penè omnia ablata ſint: ipſaque adeò Euchariſtia, quam Zuingliani nil niſi figuram eſſe volūt, nec aliud quàm merum panem & vinum ſuis porrigunt: quod idem faciunt hæretici

omnes, qui ritu Ecclesiastico vel nõ possunt, vel nõ volunt Eucharistiã conficere. Non est ergò, quòd vel Laici hanc miseram rerum perturbationem in Clerum cõferant, vel Clerus non tam sua quàm Laicorũ culpa has esse turbas excitatas putet. In vtrisq; culpa hæret: omnes peccauimus, omnes à via deflexi- mus, tã Clerus quàm populus, tam populus quàm clerus: nec vnquàm licebit à DEO veniam, & rerum in melius cõmutationem sperare, nisi ab vtraq; parte ex animo agnoscamus culpã nostram: nec instàr primorum parentũ, quibus id vel maximè exitio fuit, alij in alios culpam contorqueamus. Dolendum quidem est, in Clero tot cõspici offendicula: sed non minùs dolendũ est, populum erga omnia, quæ ad Deum pertinent, tam se prębere incu-

riosum ac immorigerum, vt meliori Clero nō sit dignus. Quanquàm certè nō possunt negare Laici, longè sceleratiùs viuere nouos istos quinti Euangelij buccinatores, q̃ permulti è clero vixerint hactenùs: & vt cętera omittā, ipsa per se hæresis tam immane crimen est, vt eius comparatione q̃ in Catholico Clero sunt, festucę quędam videri possint. Nec hoc tamen dictum velim in Cleri defensionē, cuius flagitiosam vitā nemo bonus probare potest: sed hæreticorū impudentiam repressam cupio, qui cùm hæreseos vastissimam trabem in suis oculis non videant, volunt ex aliorū oculis festucam extrahere: tum quoquè consultum opto Laicis, vti nè plùs satìs oculati sint in vitia Cleri: meminerint dicti illius Apostolici: Tu quis es, qui iudicas alienū seruum?

Rom. 14.

Suo

Suo domino ſtat aut cadit. ſtabit autem: potens eſt em̃ Deus illum ſtatuere. Id tutius longè eſt, quàm in alienam meſſem mittere falcem ſuam: quanquàm cùm Catholici viri boni inuehũtur in vitia Cleri, longè alia ratio eſt, quàm dum idem faciunt hęretici. Catholici enim non aliud ſpectant, niſi vt vitia corrigantur, in ipſa quidẽ vitia rigidi, in perſonas animo prorſus candido et integrè Chriſtiano: Hæretici autem odio & liuore eiuſmodi accuſationes ſuſcipiunt, libroſque & conciones ſuas om̃es conuicijs, probris, maledictis, calumnijs mirè farciũt, vt in illos rectiſſimè quadrare videatur, quod ſuo cuidam aduerſario obijcit M. Tullius, nempè eos oratione vti non poſſe, ſed conuicio, *Oratione 29.* cuius exercitationem cùm intolerabili petulantia, tum etiam diutur-

na

na impunitate muniuerunt. De Constantino eius nominis primo Christianissimo atq; potentissimo Imperatore, in Historijs Ecclesiasticis annotatum legimus, quòd cùm supplices criminationũ & accusationum libelli Episcoporũ aliorum in alios illi essent oblati, cùm dies cõstitutus venisset, libellos eos oẽs in manibus tenens, ità dixerit: Hæ querelæ & accusationes magno illi Iudici decidendæ remittuntur. Mihi quidẽ homini, errori obnoxio, nefas esse videtur, Ecclesiasticorum virorũ accusationes recipere & audire. Addidit etiam illud: Si in Episcopum incideret, alienum coniugium violantem, se purpura sua piaculum illud obtecturum esse, nè tam fœdum facinus spectatoribus occasionem mali crearet. Atq; hæc quidem Magnus ille Constãtinus, Apo-

Vide præter alios Nicephorũ li. 3. cap. 16.

Apostolico planè & pectore & spiritu. Ecquid verò nostri Euãgelici? Quæ non illi conuicia, probra, maledicta in ipsum adeò Romanum Pontificem petulantissimè iactare solent? Antichristum illum vocãt, quo homine nihil vnquàm vel fuit vel erit sceleratius: in eiusq; ignominiam Catholicos om̃es, Papistas vocant: nec vllum omninò prætermittunt contumeliarũ genus, quo possint tum ipsi Pontifici, tum Papistis ægrè facere. Verùm qui paulo cordatiores sunt, dum hanc in eis criminandi & maledicẽdi procacitatem cum incredibili mẽtiendi & calumniandi impudentia coniunctam animaduertunt, & accuratiùs secùm ipsi perpẽdunt, cùm nõ sint nescij, viros bonos id minimè decere, nec hac ratione ad veri cognitionem perueniri, neq; veritatem defen-

defendi, ſed prauis ac impotẽtibus animorum affectibus indulgeri, ſolent nonnunquàm colligere ac reuocare ſeſe ab eorum dogmatibus, & recipere ad Catholicam Eccleſiam, extra quam non poteſt obtineri Spiritus Chriſti, Spiritus pacis & concordiæ, qui ab iſtis hominibus longiſſimè abeſt. Quid igitur cauſæ eſt, dicat quiſpiam, quòd tam multos adhuc in ſuam pertraxêre ſententiam, in ijsq́; viros doctos et nobiles? Iam antè dixi, peccata in cauſa eſſe. Reuerà enim niſi hominũ pectora magnis fuiſſent vitiorum tenebris obnubilata, nunquàm in tam craſſos & fœdos errores ſe induci ſiuiſſent. Sed in his ipſis tamẽ ſerendis magna vſus eſt arte & calliditate ſatan. Incepit primùm à quadam virtutis & iuſtitiæ ſimulatiõe, per ſuos adminiſtros acriter pſtringens

gens

gens malos Ecclesiasticorū mores. Multi tum erant etiā viri boni, qui planè persuasum haberent, nō pessimo animo isthuc geri. Sed nō diù intra hos limites conatus illius continere se potuerunt. Sensìm ad vlteriora progressus est, donèc tādèm rem eò perduxit, vt sint hodieq; nō pauci, qui Christo Diuinitatem detrahant, qui sacrosanctam negent vnius veri Dei Trinitatem. Quis vnquàm credidisset, cùm prima huius Tragœdiæ initia fierēt, Christianos ad id stultitiæ & impietatis deuolutum iri? Sed hoc illi meritò passi sunt, qui cùm initiò viderent quosdā acriter inuehi in vitia Cleri, cœperunt Clerum contemnere, doctrinam Catholicā fastidire, sicq; in suum exitium hosti callidissimo aditum in sua pectora patefecêre, quæ deindè ille paulatìm ad horren-

dum quendã perduxit Atheiſmum. Quid igitur debuerúnt ne Cleri peccata reprehendi? Debuerunt planè: ſed nec temerè à quibuſlibet, nec paſsim apud omnes. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines. Nõ ſic debuerunt flagitia Eccleſiaſticorum exulcerandis Laicorum animis imprimi, vt in eorum locum hæreſes & ſchiſmata introducerentur. Quid, obſecro, iſthæc præpoſtera hæreticorum in Clerum carpendi ſeueritas Reipub. vtilitatis attulit? Nihil quidem omninò, immò verò Reipub. ſtatum penitùs euertit. Dum ſe Hæretici ſimulant odiſſe Cleri abuſus, (ſic enim illi vocant etiam pleraq;, quæ inter abuſus minimè ſunt numerãda) tales illi tãq; immanes abuſus in Eccleſiam inuexerunt, quibus iam nemo mederi poſſit, niſi ſolus Deus. Non ergò

per

per suos satellites malus dæmon Ecclesiã à vitijs repurgare voluit, sed Ecclesiam horrendis introducendis errorib⁹ prorsùs subruere. Quid igitur lucri fecerunt, qui dum tanto odio in Clerũ se inflammari passi sunt, vt Clerum omnem è medio sublatum vellent, iam eos non pastores, sed lupos sequũtur, qui non solùm ijsipsis madẽt sceleribus, quę in Clero nullo pacto ferenda censebant, sed longè etiam atrocioribus, quiq́; ipsis quoquè non solùm pessima de se pbent exempla, quod in Clero culpandum est, sed etiam in teterrimas & abominãdas ipsos hæreses seducunt, quod certè Catholicus clerus non fecit? Noluerunt eos ferre, in quibus etsi erant mores corrupti, nec id tamen in omnibus, at certè doctrina sana fu-

it: nunc eos ferre coguntur, quorũ, & vita flagitiosissima, & doctrina impijssima est, adeoque varia & incōstans, vt sinè horrore dici non possit. At interìm nihilo minùs rogandus est DEVS, vt excitet Prælatorum animos, vt de reformandis cleri moribus tandèm quandoquè seriò cogitent: sed non minùs rogandus est Deus, vt Laicis quoquè meliorem mentẽ adspiret: sed tamen initium faciendum est à clero, vt qui fuit populo odor mortis in mortem, sit eidem odor vitæ in vitam. Quod certè nisi ex animo curatum fuerit ab Ecclesiæ proceribus, actum est de Republica Christiana. Hoc verò iam pridèm tuam Amplitudinem conari Reuerẽdissime Antistes, ac Princeps celeberrime, virtutum tuarum fama testatur,

tur, quibus certè etiam illi non pos-
ſunt non teſtimonium dicere, qui
alioquì Eccleſiaſticis non admo-
dùm fauent. Atque vtinàm tuam
Celſitudinē imitentur reliqui Epi-
ſcopi Germanię noſtræ: nam certè
ab Epiſcopis reformandi cleri exe-
cutio petenda videtur: qui ſi ſterte-
re mâlint, & ruentē Eccleſiam oci-
oſi adſpicere, actum eſt de Eccleſia.
Habemus apud nos, hoc eſt, in Ca-
tholica Eccleſia, tanta ſanæ doctri-
nę & ſemper inuictę veritatis pon-
dera, vt Hæretici omnes quantun-
uis impotentes, quantunuis verſu-
ti, ijs nullo negocio & hactenùs
ſempèr oppreſſi ſint, & deincèps
quoquè opprimi poſſint: ſed mo-
res deprauati ſunt. Vtì nè ergò ha-
beat procax & verſipellis hæretico-
rum lingua, quod iure in nobis car-

pere queat, Ecclesiastica disciplina instauranda est. Hoc à tua inprimìs amplissima Celsitudine Pontifex sapientissime, hoc à cęteris Episcopis nostrà expectat Germania. Obstruatur os Hæreticorũ loquentium iniqua: obstructum erit, vbì disciplina Ecclesiæ suas recuperârit vires. Quicquid horum prauissima dogmata hactenùs habuêre virium, magna ex parte vitijs Cleri exaggerandis conflatum fuit: illis correctis, vires illæ prorsus elidentur. Atque vt hac in parte Tuę Celsitudini non deesset opera clarissimi viri D. Friderici Staphyli, Cæsareæ Maiestatis Consiliarij, isthuc eius opus præclarum ac eruditum, mea opera vtcunquè Latinè conuersum, tuæ Celsitudini nuncupatum volui: hoc vnũ obnixè orans,

vt Tua Celſitudo operis hui⁹ & authorem & interpretem ea velit beneuolentia proſequi, qua ſolet ſtudioſos omnes. Chriſtus Opt. Max. T. C. Reuerendiſſime idemq́ue illuſtriſsime Princeps, in multos annos nobis ſeruet ac tueatur incolumem. Datum Colonię in Cellula mea Carthuſiana 23. Ianuarij, Anno LXIII.

Tuæ illuſtriſ. Celſit.
humilimus clientulus

F. Laurentius Surius
Carthuſianus.

REVERENDO IN CHRISTO PATRI ET DOMINO, D. GEORGIO Neupeck, Abbati Scheurensi, & cæteris omnibus DEO deuotis monasticæ vitæ professoribus, Dei gratiam, & tum tẽporariam, tum sempiternam prosperitatem.

1.Tim. 2. *MEdiator ille Dei & hominum, homo Christus IESVS, cùm inter alia signa, veras ꝑspicuasq́ edidisset notas, quibus Dei regnum à Satanæ regno posit internosci & secerni, etiam hæ duæ non omninò postremum sibi vendicârunt locum,*
Luc. 11. *dum ait, primò quidem: Si in digito Dei eijcio dæmonia, profectò peruênit in vos*
Matth. 12. *regnum Dei: deindè verò: Qui nõ est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum,*

mecùm, dispergit. Hac postrema oratione suam ille precatiōem hauddubiè claudere & confirmare voluit, vbì ait: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum, sicut et nos. Iohan. 17. *Vtinè verò hæc vnitas in fundo, cuius nullus sit fundus, vel imputatiuæ iustitiæ, sed in vero fundamento & angulari lapide veritatis cōstructa sit, Dominus Deus non imputatiuè, sed re ipsa charitatem, quæ est vinculū perfectionis, diffudit et plantauit in cordibus nostris per Spiritūsanctum, qui datus est nobis.* Colos. 3. Rom. 5. *Atque huius infusæ charitatis contemplatione Christus ipse mandat & dicit: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicèm, sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicèm. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicèm.* Iohan. 13. *Vbì sanè iam nemo inficiàs ire potest, charitatem vinculum esse vnitatis & concordiæ, ex qua nôsse liceat,*

 at,

at, quinam Christi Seruatoris veri ac legitimi Apostoli & Discipuli, quique è diuerso falsi & seductores sint, schismatum & sectarum spiritus & architecti.

Eundem in modum loquitur Christus de veris veræ germanæq; Ecclesiæ notis Mar. 16. *& signis. Signa autem, inquit, eos qui crediderint, hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient &c. Sed hîc Christianus Lector diligentèr obseruet, quînam plerunquè accidat, cùm malus dæmon eijcitur. Cùm immūdus spiritus exi-* Matth. 12. Luc. 11. *êrit ab homine, ait Christus Dominus, ambulat per loca arida quærēs requiem, & non inuenit. Tunc dicit: Reuertar in domum meam vndè exiui. Et veniēns, inuenit eam vacantem, scopis mundatā, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secùm nequiores se, & intrantes habitant ibì, et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.*

Est iam annus ferè centesimus quinqua-

qua-

quagesimus, quòd immundus ille spiritus in Iohannem Hussum ingressus, multas excitauit turbas & miserandas tempestates atque clades, domumque Domini vsqueadeò in Boëmia & Morauia conspurcauit ac defœdauit, vt per Constantiense Concilium vix parùm repurgari et ornari potuerit. Ecquid verò porrò accidit? Anno à nato Seruatore 1417. ipsis ferijs D. Martini Episcopi Constantiæ schisma illud trium nō legitimorum Pontificum ablatum est, & legitimus Pontifex, Martinus V. electus & omniū consensu creatus est. Eodē ipso die D. Martini post annos centum, id est, Anno Domini 1517. Martinus Luterus Disputatione quadam typis excusa primùm Romanorum Pontificum omnium & totius Catholicæ Christi Ecclesiæ publicum sese hostem declarauit, ità dicens: Iohannes Hussus anser fuit & igni traditus: ego verò cygnus sum, quem certè nemo

Vide Venceslaum Hagek in Annalib. Boëmorum.

Vide Platinam in vita Martini V.

assare ausus erit. Quibus ille verbis haud dubiè id significauit, eundem immũdum spiritum, qui ex Husso exièrat, & quo abscedente Ecclesia scopis mundata & ornata fuit, septem alios immundos spiritus sibi assumpsisse se nequiores & perniciosiores, atq; in Luterũ ipsum intrâsse, & in illo eiusque discipulis sibi fixisse domicilium & habitationem: vndè tandèm id consecutum videmus, vt Luterismus longè peior euaserit, quàm Hussismus vnquàm fuerit.

Ante Hussi tempora erat in populo Dei intra Boëmiam & Morauiam cor Actor. 4. *vnum & anima vna. Porrò simulatquè Hussus extitit, vnitas illa et concordia scissa est, & cœpit locum habere, quod* Matth. 12. *Dominus ait: Qui non est mecùm, contra me est: & qui non colligit mecùm, dispergit. An non Hussus Catholicæ Ecclesiæ vnitatem & concordiam apud Boëmos & Morauos disturbauit atque dispersit?*

Im-

Immò verò vsqueadeò dispersit ac diuulsit, vt ex vna illa Catholica Christianorum congregatione & Ecclesia complures Sectæ & factiones extiterint, putà, Adamitæ, Grubenheimeri, Taboritæ, Picarditæ, & eius farinæ plerique alij. Aeneas Syluius in Histor. Boëmorum.
Itemq; ante Luteri ortum fuitne in Germania in populo DEI cor vnum, anima vna, labium vnum? Neq; aliud constat, neq; secùs dici potest. Sed quid tandèm Lutero existente euenit? Prodiêrunt factiones & schismata innumera, Anabaptistarum, Zuinglianorum, Caluinistarum, Suencfeldianorum, Osiandrinorũ, Adiaphoristarum, Maioristarum, Illyricanorum, Stancarianorum, atq; eius generis aliorum sinè numero: qui nòn modò Germaniam, vt Hußus Boëmiam & Morauiam, sed totum ferè Orbem Christianum dißipârunt ac disperserunt, Catholicæque Christi Ecclesiæ sese hostilitèr opposuerũt, ità vt iam acciderit, quod

Chri-

Matth. 12. *Christus ait, vt nouissima facta sint peiora prioribus.*

Non possunt Luterani, adeoque nec vlli Sectarij salua veritate gloriari, se vel vnum vspiàm immundum spiritum Mar. vlti. *eijcere potuisse, quod in vera ac legitima Christi Catholica Ecclesia solēne & frequens fuit, vt est hodieque. Porrò è diuerso possunt id illi citra mendacium gloriari, vbi Ecclesia vnum aliquē immundum spiritum eiecit, se mox septem alios inuehere potuisse, semperque posteriora prioribus deteriora reddidisse. Atq; sanè res ipsa loquitur, Sectarios istos praedicantes non tantùm septem immundis spiritibus, sed septem integris eorum legionibus occupatos teneri. Adeò enim saeuiunt, debacchantur, insaniunt, maledicta, probra, conuicia iactant, charitatisq; vinculum vbiquè eum in modum dissoluerunt ac dilacerârunt, vt iam charitatem videamus passim apud omnes refrixisse,*

xiſſe, atq; eius loco diſſenſiones, iniuſti-tiam, odium, inuidentiam, bella, & mala omnia increuiſſe. Legantur non modò quæ Luterus ex ſuo cacodæmone, cum quo ipſe ſe ſcribit aliquot ſalis modios comediſſe, in Leonem Pontificem, in Angliæ regem, contra Saxoniæ Ducem Georgium, aduersùs Cardinalem Moguntinum, in Henricum Ducem Brunſuicenſem, contra Pontificem Paulum 3. deniquè aduersùs Carolum V. Imperatorem ſcripſit: ſed etiam Caluinus, Vueſtphalus, Menius, Illyricus, Smidelinus, Spangenbergius, Richterus, Frater Rauſchius Neoburgenſis, & alia id genus portenta atque monſtra conſcripsêre. Quid, oro, iſti in tot editis libris docent & ſcriptitant? Reuerà nihil illi aliud, quàm conuiciantur, criminãtur, probris et maledictis inceſſunt: furunt & bacchantur, perindè, vt à dæmonibus obſeſſi & furoris œſtro perciti ſolent: abnegant & blaſpemant

*ſphemant tum Deum ipſum, tum eius ſan-
ctam Catholicam Eccleſiam, nulla neq;
temporaria, neque ſempiterna ſupplicia
reformidant, ſcriptitant & clamitāt abſ-
que modo, mentiuntur & fallunt abſque
pudore vllo.*

*Clamant & ſcribunt publicitùs, Ca-
tholicam & Chriſtianam doctrinam &
religionem noſtram hominum eſſe conſti-
tutiunculas, & non niſi mera quædam
commenta atque figmenta, eſſe commen-
titia & falſa miracula, ſatanica phanta-
ſmata & fabulas, quæ Marcolphi, Vlen-
ſpiegelerij, aliorumq́ue gerras & nugas,
quæ ſolent ab iter agentibus in meritorijs
vehiculis referri, vanitate longè ſuperēt.
Confingunt innumeros, impios, falſos ar-
ticulos, eosq́ue aſſerunt doctrinam eſſe
& fundamentū Catholicæ religionis no-
ſtræ, quam illi Papiſticam vocant: neque
alicuius penſi habent, quòd neq; nos Ca-
tholici vllo pacto id admittamus & aſ-
ſen-*

ſentiamur, neq; ipſi Luterani id vnquàm ſolida veritate de nobis, immò de tota Chriſti Catholica Eccleſia planum teſtatumq́ facere queant. Nos enim dicimus, docemus, ſcribimus & confitemur propalàm, Catholicam Apoſtolicamq́ Chriſti Eccleſiam, vtì ea in præſens apud nos Catholicos eſt, ſemperq́ toto Orbe Chriſtiano fuit, nullũ ſuæ doctrinæ aliud neq; habere neque habuiſſe vnquàm fundamentum, quàm verbum Dei, & illius verum, vnicum, Catholicum & Apoſtolicum intellectum, à præpotente Deo multis iiſdemq́ planè Diuinis miraculis comprobatum, & per Apoſtolos eorumq́ ſucceſſores toto terrarum Orbe longè lateq́ ꝓpagatum, in quo Catholica Chriſti Eccleſia exædificata, augmentata, & perpetuis temporibus ad nos vſque efficacitèr conſeruata eſt.

Fundamentum Catholicæ Eccleſiæ.

Verùm quandò nos de germano, Catholico & Apoſtolico verbi diuini intel-

lectu

lectu loquimur, nemo nos putet hoc nomine accipi velle falsas et impias hominum constitutiones, sed ipsum verbi DEI nucleum & medullam. Sic etiam Diuinorum miraculorum attestationem et comprobationem, non de quibuslibet dicimus miraculis, sed prorsus diuinis, quæ in Catholica Ecclesia à primis eius initijs vsq; in præsens tempus, non alio quàm digiti Dei & peculiarium omnipotentis DEI operum loco ab omnibus euidentèr habita sunt & existimata. Postremò, quòd ad successionem attinet, fatemur nos atque docemus, planum fieri posse atq; probari, doctrinã nostram, id est, verbi Dei expositionem illam, quam nos inpræsentiarùm tum pro concione, tum in scriptis vsurpamus, à dulcissimis Maioribus nostris velut per manus traditam nobis esse, eosque item à suis Maioribus, atque ità porrò alios ab alijs perpetua temporum serie ad Apostolorum vsq; ætatem, legiti-

legitimè atque ordine eam accepiſſe, & ſuis ſucceſſoribus viciſsim tradidiſſe.

Iſthuc, inquam, Catholicæ doctrinæ noſtræ fundamentum eſt, cui nos inſiſtimus, in quo acquieſcimus & ꝑmanemus, neque extra hoc aliud nouimus, neq; aliud nobis abſque veritatis iniuria tribui poterit. Atque reuerà niſi iſti prædicantes multis immundis ſpiritibus corporalitèr obſeßi forent, noſtrum hoc Catholicæ Eccleſiæ legitimum fundamentum proculdubiò approbarent & amplecterentur, neque vani & commentitij ſui fundamenti, quod Catholicæ Chriſti Eccleſiæ, nulla ſubnixi veritate, malitioſè affingunt, vel tenuißimam vnquàm mentionem habere inſtituerent: tantum abeſt, vt tam inſigni ac impudenti temeritate in vulgus ſpargerent ac propagarēt. Eſt ſanè illud cumprimis miſerandum, atque omni lachrymarum fonte plangendum, quòd poſteaquàm Hußiticus ille

immundus ſpiritus, qui in Ziſcha tam atrocitèr graſſatus eſt, è Germania pulſus fuit, & Eccleſia priſtinæ dignitati, ſplendori & decori reſtituta, præclara Germanorum Natio præter vnum illum Hußiticum immũdum ſpiritum, ſeptem alijs Luteranis impuris ſpiritibus apud ſe commorandi locum ſpatiumq́; præbuit.

Sed accidit hac in re, quod aſſolet,
Luc.4. *& licèt multùm clametur, Medice cura teipſum, tamen id fruſtrà eſt. A quo enim*
2.Pet.2. *quis ſuperatus eſt, vt Petrus Apoſtolus docet, huius & ſeruus eſt. Itaque fieri nulla ratione poteſt, vt qui ſuapte ſponte in illorum immundorum ſpirituum ditionem atq; deditionem conceßère, ſuis viribus illos à ſe impuros ſpiritus profligare queant.*

Quandò igitur religioſi ac Deo deuoti Patres & Domini, Chriſtus Domi-
Matth.5. *nus id à nobis exigit, nobiſq́; mandauit,*
Luc.6. *vt non pro amicis duntaxat, qui nobis bene-*

benefaciunt, verùm etiam pro inimicis, qui nos malis omnibus infestant & persequuntur, sedulò precemur & oremus, vt huic Seruatoris præcepto re ipsa morem geramus, modis omnibus id principiò nostrarum erit partium, vt accuratè & continentèr oremus pro sacro & ciuili Catholico Magistratu nostro, pro Sanctißimo Romanæ Sedis Pontifice, pro omnibus probis ac integris Episcopis, Doctoribus & Sacerdotibus, præsertim verò pro præsenti Concilio Tridentino, vt Patribus illis præpotens Deus vsquequaquè sanctum suũ Spiritum, Spiritum veritatis præstet, eiusque operatione eò illos deducat & dirigat, vt verbi Diuini veritas ab omnibus percipiatur, cognoscatur & recipiatur: pax, concordia, & honesta planéque Christianæ pietati consentanea viuendi ratio toto orbe Christiano in vtroq; tam Ecclesiastico quàm Seculari statu instituatur et cõseruetur.

Itidèm quoquè ad nos haud vulgaritèr pertinebit indesinentèr rogare omnipotētem Deum pro Inuictißimo Romanorum Imperatore, clemētißimo Domino nostro, vt is eius Maiestatem hisce periculosis et turbulentis rerum motibus in publicæ Christianæ pacis conseruatiōem pro sua clementia tueri ac seruare velit. Non poßūt enim tam hostes quàm amici citra vllam controuersiam non fateri, præpotētem Deum causa integerrimi atque sanctißimi Imperatoris Ferdinandi, ob eiusque aßiduas, submißas & feruentes preces, quas ille præter pijßimam suam conuersationem noctù diuque medullitùs fundit ad Deum, hactenùs multo tempore iustam iram suam, & meritam in nos animaduersionem retinere ac suspendere: perindè vt quondàm flexus ardētißimis precibus Moisis fidelis serui sui, non semèl ab immorigera illa plebe Israëlitica suam auertit & remisit iram. Exod. 15. & 32.

Nam

Nam quid optimus & sanctißimus Imperator toto vitæ suæ spatio facit aliud, quàm quòd quotidiè solito suo cultui Diuino magna animi pietate ac deuotione incumbit, subditisque suis omnibus quatenùs nouit & potest, iustitiam administrat? Tum quoquè præter communem Magnatum ac Dynastarũ morem, in cibo & potu temperantiam & sobrietatem sectatur: suumque cœlibatum sanctè & castè transigit, omnem superuacaneam pompam & fastum vitat, benignum & humanũ se præbet, odit iniustitiam, amat iustitiam, honestatem, & virtutes omninò omnes, liberalitèr fouet ac promouet doctrina et eruditione præstantes viros: siquidem etiam ipse à teneris annis, præclaras artes omnes & nullum non eruditionis & virtutis genus eum in modum excoluit, vt in illis præcellentem sit gradum aßecutus, ac iure meritoque optimi Principis exemplum dici & haberi queat:

at: quodque his maius est, orat et obsecrat pro inimicis æquè ac amicis, precaturque ex animo, vt Deus immorigeris cor pœnitens largiatur, & sanguinarij ac hæreditarij hostis improbos conatus elidat & auertat. Interim tamen, nulla habita ratione tot excellentium Diuinorumq; charismatum ac munerum, quæ præpotens Deus toti Christianitati in pijssimo Imperatore impertijt, apud plerosque comperire est insignem ingratitudinem, & elati animi contemptiōem, cui Deus ipse resistit: adeò vt verendum sit, simulat-
1. Pet. 5. què optimi Imperatoris preces conquieuerint, mox æquissimum Iudicem Deum iram suam in impiam vitam et inobedientiam nostrā effusurum. Oret igitur quisquis precari potest, et vos inprimis religiosi Patres ac Domini, vt benignissimus Deus pijssimū Imperatorē in cōmoda valetudine et prospera Reipub. administratione nobis diutissimè seruet ac tueatur.

Præ-

Præterea quoque sedulò rogãdus nobis est Deus, maximè verò, vt iam dictũ est, Monasticæ vitæ professoribus, pro clementiß. Principe & Domino nostro D. Alberto Duce Bauariæ &c. & eius Coniuge, clementißima Domina nostra &cæt. itemq; pro alijs iunioribus Principibus, vt laudatißimam Baioaricæ familiæ Domum protegere, tueri, & in veteri Catholica religione, vt hactenùs ad annos ferè mille, propitius cõseruare velit, atq; etiam subditis eam præstare gratiam, vt ingens hoc opus, quod omnipotẽs Deus Bauaricæ Domui in Catholicæ religionis retinenda constantia præ alijs plerisque Regibus, Principibus & Dominis speciatim contulit & peculiaritèr attribuit, agnoscere & accuratè animo perpendere velint. Testantur enim non modò Baioarici Annales, sed etiam Boëmorũ Chronica, Duces Bauaricos totum Boëmiæ regnum, ea conditione ipsis ob- Venceslaus Hagek in Annalib. Boëmorum.

 latum,

latum, si dogma Hussiticum non impugnarent, obtinere potuisse: verùm id illos, cùm non possent eam conditionē tranquilla conscientia admittere, contemplatione regni cælestis, quod nullo temporario regno permutandum est, & non nisi vera, Apostolica & Catholica religione obtineri potest, omninò posthabuisse ac recusâsse. Atque eiusmodi constantiam Duces Bauarici non semèl re ipsa declarârunt, maximè hac tempestate grassantium impiarum hæresum, qua Catholicæ fidei Confessio subindè non parùm periculi ac detrimenti secùm attulit, porrò defectio ad Hæreses permulta commoda et rerum temporalium incrementa parere potuisset. Ea verò Bauaricæ Domûs tot seculis perseuerantis in Catholica religione constantia, cùm meritò quidē non alio, quàm singularis cuiusdam beneficij Dei loco haberi debeat, decet planè & æquissimum est, vt ergà præpotentē Deum,

um, quoàd eius fieri poßit, gratos nos omni cum humilitate declaremus & exhibeamus, eumq́ue totis animi visceribus oremus, iam memoratæ præstantißimæ familiæ ad eam retinẽdam Catholicæ fidei inconcussam constantiam suæ gratiæ & misericordiæ opem semper ferat.

Pro alijs quoquè Catholicis Principibus, proceribus & ordinibus, siue Ecclesiastici sint, siue seculares, quotquot hucusquè Catholicæ religioni certum est adhæsisse, itidèm tenemur inuocare & obsecrare Deum, vt re ipsa quoquè legitimè Catholici Christiani esse pergant ac perseuerent.

Pro illis autem, qui Pseudoprophetarum versuta persuasiõe ab antiqua, vera, Catholica Ecclesia decesserũt, et nullo animi malo proposito in errores et hæreses abducti sunt, non solis precibus, sed etiam ieiunijs (siquidẽ hoc genus dæmoniorum absque ieiunio & oratione eijci Matth. 17.

non potest) sinè intermissione ab omnipotente Deo venia & clementia omni studio, feruore ac deuotione poscenda est. Nam tametsi ij homines, quòd ad illorũ personam attinet, non rarò absque vlla praua animi destinatione seducuntur, at nihilo minùs horrenda atque immanis apud Deum noxa est & culpa, porrò insignis leuitas & inconstantia coram toto orbe Christiano, vetustam, genuinam, Catholicam fidem et religionem, qua nostri charissimi Maiores salui facti sunt, perditorum ac leuissimorum hominũ persuasione deserere, eiusq́ loco nouam amplecti, quæ nusquàm vnquàm constans permanserit, immò verò, quæ in innumeras propemodùm dissecta sectas & factiones, modò isthuc, cràs aliud doceat.

Porrò quòd ad Concionatores ipsos attinet, eos præsertim, qui vel ipsi nouos errores & hæreses dedita opera ac de industria comminiscuntur, aut commentas

& excitatas ab alijs Hæreses temerè ac pertinacitèr tuentur et propugnant, equidem non parùm vereor, erga illos preces & ieiunia, et quod dici solet, oleum atque operam omnem perdi atque perire: quandoquidem homo Hæreticus, vt est apud Apostolum, proprio iudicio condemnatus Tit. 3. *est, atque etiam, vt metuendum est, permanet damnatus: præsertim cùm isti ecclesiastæ hæretici non semèl atq; iterùm, sed vel sexcentiès admoniti sint, vt à suis erroribus resipiscant: quanquàm interìm tamen his non attentis, cogitandum nobis est, quod Poëta quidam ait:*

Spes est in uiuis, sed spes est nulla sepultis.

Incompræhensibilia sunt iudicia Dei Rom. 11. *et occulta: atque, vt Dominus IESVS inquit, duodecim sunt horæ diei. Ecquis* Iohan. 11. *nouit, quænam ex his vnicuilibet scelerum suorum pœnitentiam allatura sit? Cùm enim vnusquisque hæreticus suiipsius iudex sit, nec possit non damnare seipsum,*

psum, nos erga illos Christianam charitatem declaremus, pro illisq́ tanquàm pro inimicis nostris oremus, ieiunemus, obsecremus, si fortaßis hoc genus dæmoniorũ huiusmodi vijs et medijs à miseris et obseßis illis poßit expelli.

Quæ mihi ratio fuit, quòd vestræ Reuerentiæ et Deuotioni, tanquàm religionis Monasticæ Professoribus, hunc meum libellum nuncupatum volui: quandò nullus alius neque modus, neque consilium vspiàm extat vel excogitari potest, quo hic miserãdus tum Germanicæ, tum plerarunq; aliarum Nationum interitus & occasus poßit auerti et remedium accipere, quàm vt per eleemosynas, ieiunia & preces cum pœnitentia, confeßione et vitæ emendatione, atq; ergà Dei clementiam & misericordiam fidutia coniunctas, per Christi DEI ac Domini nostri merita, sinè vlla cessatione perpetuò ab omnipotẽte Deo gratiam, veniam, et tanti hui-

ti huius mali mitigationem flagitemus.

Quòd verò hic meus liber tardiùs typis excusus, & in lucem datus est, quàm ipse receperam & putâram, id in causa fuit, quòd toto hoc anno, posteaq̃ Smidelinus suam illam claram & luculentam responsionem edidit, rarò domi fuerim, tum ob officia ex debito præstanda, nunquàm tantum habere ocij potuerim, quô celeriùs absolutum librum prælo committere possem. Atquì si ex Dei Opt. Max. benignitate domum reuerso plusculũ ocij & temporis obtigerit, diuinæ gratiæ fretus ope, necessario huic & pio operi accuratiùs incũbam, eam spem animo concipiens, ex meis licèt alioquì exigui precij scriptis complures veritatis studiosos ac integros hoĩes id liquidò perspecturos & comperturos, quàm miserè & turpitèr Luterus & Luterani concionatores vulgarẽ plebeculam toto penè orbe Christiano

ſtiano ſeduxerint, atque hoc ipſo in temporarium atque ſempiternum exitium coniecerint. Precor autem vobis omnibus Reuerendi et religioſi Patres ac Domini tum temporariam, tum æternã pacem, veſtriſque precibus ſummoperè me commendatum velim. Datum Pragæ 10. *Iulij, Anno* 62.

Veſtr. Reueren. & Deuotion.

Addictiß.

Fridericus Staphylus, Cæſar. Maieſt. & Duci Bauariæ à Conſilijs.

OFFICIVM LVTE-ranici Euangelistæ proprium.

DIc malè sacrificis: superos cōtemne: probatis
Moribus obtrecta: ieiunia, sacra, precesq;
Ride: Concilijs obsta: Patrumq; relictis
Ritibus illudas: Procerumq; anathemata dicas
Non assis facienda: absit confessio culpæ:
Absit relligio: cedant delubra popinis.
Plus de te tibi persuade, quàm sit deceatq;.
Pontifices, Reges, præ te ceu stercora pendas:
Scripturasq; sacras ut uis intellige: priscos
Doctores, leges, Sanctorum & gesta negato.
Sis bonus impostor, sis ad conuicia doctus.
Præfectos traduc populo: retinacula rumpe
Ordinis et fidei: cieasq; per omnia turbas.
Sic age, Sectator qui uis bonus esse Luteri.

ALTE-

ALTERA RESPONSIO D. FRIDERICI STAPHYLI, AD CHRIstianum Lectorem, in Defensionem APOLOGIAE suæ, De vero germanoq; Scripturę sacræ intellectu, & De sacrorum Bibliorũ in vulgare idioma tralatione.

TRES *adeò causæ sũt, quæ me ab hoc agonistico scribẽdi genere meritò debeãt absterrere: Mala gratia magnatum, horrendum et immane vi-*

rus Hæresum, quæ iam altas egêre radices, et leuitas Luteranorum Ecclesiastarum. Equidē ex fide dignis didici, quosdam Imperij magnates, à Concionatoribus istis falsò persuasos, in ea esse sententia, vt putēt me in primo scripto meo Germanico (Latinè Apologia) de horū temporum Religionis controuersijs non modò plùs satis asperè & efferatè locutum, sed etiam quarundam illustrium personarum principali Celsitudini ac sublimitati minimè pepercisse. Atq; tametsi fortaßis non iniuria calamum in Luteranæ ecclesiæ ministros et Doctores stringam, tandèm tamen tolerari non posse, quòd sublimes quasdam & illustres personas non dubitem perstringere. Hæc, inquā, causa, me vel sola (vt cæteras taceā) absterrere poßit, & abundè multam suppeditare ansam & rationem his Theologicis negocijs nuncium remittendi, si quidem priuatam ac temporariam vtilitatem &
quie-

quietem meam (vt plerique alij, quos iſtbuc magis deceret, atquè me) potiùs, quàm Reipub. proſperitatem ac ſempiternam ſalutē ſpectare ac meditari vellem. Verùm his omnibus poſthabitis, ſunt è diuerſo aliæ non cōtemnendæ rationes, quæ me ad publicam Catholicæ religionis noſtræ veritatem meo quoquè teſtimonio & adſtipulatione tuendam prouocent ac impellant. Eſt enim certè illud Dei verbū, quod Chriſtus Dominus ait: Matth. 10. Qui negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Luc. 12. Mar. 8.

Sanè quòd ad primam rationem attinet, coram Deo et toto mundo certus ſum me eſſe extra noxiam: itidemq́ue nihil ambigo me in libro illo meo, quem Iacobus Smidelinus præco Goppingenſ. tam atrocitèr ſibi oppugnandum ſumpſit, illuſtres perſonas nō tantùm non perſtrinxiſſe, vt Smidelinus falsò aſſerit, ſed honorem eis potiùs habuiſſe, & alios quo-

què, vt illos venerentur, eisque se morigeros præbeant, congruis ac oportunis rationibus permouisse.

Et licèt in libello meo non ità pridèm edito, (nēpè PRODROMO*) Iacobo Smidelino ad isthanc et eius generis alias vanas, falsas & nulla subnixas veritate calumnias satìs pro necessitate responderim, idque eum in modum, quod equidem spero, vt me nemo nō iure purgatum existimare debeat: at tamen idem hîc paucis repetā, spe fretus haud dubia, fore vt clementissimi & clementes Domini mei ea quæ in meî defensionē veritate benè fundata adferentur, non à suis Concionatoribus, vtpotè hostibus meis, sed ex meipso clementèr & auscultent & admittant.*

Non possum ego mihi redigere in memoriam, me in libro illo meo, in quē Smidelinus sæuus & contumeliosus incurrit, vel minimo apice aduersùs quēquam, siue sublimi ille, siue humili sit statu, quicquam

quam iocularitèr, vel quod illius existimationem lædat, scripsisse: atque eo nomine fidentèr ego ad eundem librum meum iam typis excusum prouoco. Spero enim re ipsà non aliud illic perceptum iri, modò clementissimi & clementes Domini mei eumipsum librum vel ipsi legerint, vel coram se ab alijs legi iusserint.

Quòd autem Historias quasdam aliquot nupèr gestorum bellorum interìm adduxi, id reuerà non eo animo feci, (vt tum Deus ipse, & idem liber meus testabuntur) quòd vel minima cogitatiõe, tantum abest, vel verbo, vel facto voluerim vspiàm vlli personæ quippiam in illius grauamen et detrimentum improperare: immò verò diuersum potiùs in libro meo perspicuè cernere est, quandò nihil perindè mihi studio fuit, quàm vt dulcissimæ patriæ meæ, eiusque omnigenis Ordinibus siue statibus luculentèr aperirem, quàm veteratoriè, exitiosè ac miseran-

dum in modum nos Germanos Martinus Luterus à Catholica Christi Ecclesia abduxerit, atque à multimoda tum temporaria, tum sempiterna prosperitate in hæreses, bella, sanguinis effusiones, odia, inuidiam, discordiam & multiuariam perniciem atque exitium induxerit. Quibus omnibus adstruendis & probandis adhibui quædam nostrorum temporum bella, putà, Rusticorum in Germania, Fœderatorum in Heluetijs, Smalcaldianorum in Imperio, & quorundam aliorum, quæ indè extitêre. Et quamuis hac tempestate plerique omnes cordati & prudentes viri, qui partium causas aliquanto accuratiùs expendunt, de rebus intra hos aliquot annos gestis, liberè ac publicitùs & loqui & scribere non dubitent, quid rectè atque ordine, quid'que contrà perperàm in ijs actum sit: at ego tamen in editis lucubrationibus meis eiusmodi sententiam nunquàm ne vno quidẽ verbo profera

ferre volui: sed ea in cogitatione semper versatus sum, non id meam decere personam, eiusmodi acta vel negocia in disputationem adducere, siue disputãdo de illis statuere: quandoquidem vetusto sic more comparatum est, vt Sophocles meminit:

NOS NON VIDEMVS, QVID MOLIANTVR PRINCIPES.

Tum quoquè Apostolica D. Petri institutione iubemur subditi esse Magistratibus & dominis, non tantùm bonis et modestis, sed etiã dyscolis. Et Moises: Principi, inquit, populi tui nõ maledices. Quæ quidem & id genus alia immota præpotentis Dei mandata tantum me docuêre, quòd in rebus ciuilibus, quantùm ad meam personã attinet, facto & opere: quantùm ad alios, docendo nihil æquè curaui, quàm vt hoc quod Cæsaris est, Cæsari, atque alijs principibus & dominis, quod illorum est, reddatur. Id verò mihi præci- 1. Pet. 2. Exod. 22. Actor. 23. Rom. 13. Matth. 22. Luc. 20.

puo studio (saluo semper, sibique primas vendicante honore diuino) atque in scriptis meis primarium scopum fuisse, res ipsa testatur, nec est alio opùs testimonio, neque id nesciunt Luterani concionatores. At interìm nihilo minùs tamen, quô sua illi impia, spurca, probrosaque scripta & dogmata, quibus sublimes Magistratus, principes & dominos conuicijs prosciderunt, contumelijs lacerârunt, et subditos illorum ad rebellandum eis incitârunt, fuco quodam tegant, mihi id falsò impingũt, quod ipsi re ipsa et factis abundè & perspicuè perpetrârunt. Cuius si quem certam iuuat notionem capere, legat Luteri libros ad Germaniæ nobiles, Epistolam contra duo Cæsaris mandata, captiuitatem Babylonicam, & plura eius alia loca: Item cæleste interdictum, vel cælestem proscriptionem Georgij Maioris aduersùs Carolum V. Imperatorem: Philippi Melanchthonis librum ad Boëmos

Vide Casparum Crucigerum in Psalmũ 20.

mos & Silesios scriptum, vt suo sublimi Magistratui rebelles se exhibeant: Libellum Iusti Menij ad Magdeburgenses de armis contrà capessendis. In quibus omnibus nihil maiori contentione actum est, nihil populo perindè inculcatum & ingestum est, quàm vt sublimes Magistratus suos, principes et dominos nō alio quàm morionum, nebulonum, & tyrannorum loco habeant, nec vllam eis praestent obedientiam, nullum subsidium ferant contra infestissimum illum Christianae Reipub. hostem Turcam. Isthaec, inquam, poterit quilibet in memoratis libris legere, & euidentèr comperire, vtì etiam Mathias Illyricus idē contra Vuitenbergenses Theologos vociferatur & scribit.

Illyricus in Informatione de quibusdam articulis &c.

Si quis igitur ira et indignatione hac in parte meritò prosequendus sit, haberent profectò clementissimi & clementes Domini mei haud mediocres & cau-

sas et occasiones, non me quidem, qui hac in re sum alienus à culpa, sed Luteranos Clamãtes & Prædicantes meritis afficiendi pœnis, vtì hocipso alijs omnibus seditiosis & propriæ libidini deditis concionatoribus classicũ canentibus exemplum statueretur. Atque hoc nomine fidentèr et obtemperantèr id ego mihi de clementissimis & clementibus Dominis meis Germanicæ nationis polliceor, fore vt illi zelosum hoc meum studium, perniciałem ac impiam impostorum istorum concionatorum nequitiam detegendi, atque in apertam lucem proferendi, non modò non indignabundi accipiant, sed etiam omni cum humanitate se mihi & clementissimos et clementes exhibeant: eosdemq; tum Electores, tum Principes clement. dominos meos oratos velim, vt hac in parte non solis illis diuersæ partis & seditiosis concionatoribus fidem commodent, sed mihi quoquè & congruæ purgatio-

gationi meæ alteram aurem pro sua clementia non negent. Spero enim deincèps Catholicæ Ecclesiæ veritatem, & è diuerso Luteranorum hæreticas imposturas & fraudes apertissimè in lucem proditum & propalatum iri.

Secundò, haud mediocritèr me deterret & reuocat Luteranæ hæresis exitiale virus, quod in multorũ mortalium pectoribus tam altas et duras fixit radices, vt exigua spes sit alicuius futuræ emendationis, præsertim quandò hoc malum eò proh dolor progressum est, vt iam vulgaribus, imbecillis, euersis laicis planè persuasum sit, prorsusq́; ipsi ità sentiant, se in Christiana fide et religione per Luteri Euangelium egregiè confirmatos esse: porrò quòd in eo ipso letaliter infecti et morbidi sint, sibi non sinãt persuaderi: sicq́; ferè eueniat nũc, quod Hippocrates ait, cùm æger nõ sentit morbi sui dolorẽ, argumento esse eum laborare ex ratione. Aphoris. Sect. 2.

Athe-

Athenæus lib. 12. cap. 33. Interprete Natale de Comitibus Veneto.

Athenæus scribit historiam quãdam his verbis: Axoneus Thrasilaus Pythodori filius, huiusmodi insania aliquandò affectus fuit, vt omnia nauigia, quæ in Pyræum ingrederentur, sua esse existimaret, eaque in suis libris describeret, emitteret, gubernaret, aduenientia cum gaudio exciperet tanto, quanto quispiam excipere posset, qui omnium earum rerum esset dominus. De ijs, quæ periissent, minimè erat solicitus: at seruatis & gaudebat, et multa cum voluptate vitam degebat. Vbi verò frater eius Crito ex Sicilia venisset, ipsum cepit, ac medico tradidit, atque ab insania liberatus fuit. At verò commemorabat se nunquàm viuendo ità lætatum esse: nullum siquidem mœrorem ei cognouisse contigit, at voluptatum copiam multo fuisse superiorem.

Ità profectò sese res habet etiã in simplicibus Laicis, per hæreses deprauatis, debilitatis & læsis, vt qui illis salutaria con-

consilia & pharmaca præbent, cupiuntq́; sanitati eos restituere, ijs non modò nullam habeant vel referant gratiam, sed illosipsos etiam medicos suos, qui eis gratificari volunt, contumelijs & conuicijs lacerent ac persequantur: mâlintque in sua mala hærere valetudine, vtì pro delira eiusmodi hominum persuasione cumprimis perspicaces et felices habeantur, etiamsi neutiquàm sint tales, quàm esse reuerà, si non sint tales existimandi.

Atque hæc altera ratio me sanè etiam acriùs permouet, pensitantem horrendum, letale, hæreticum virus, quo misera plebs extremè letaliter sauciata est. Neque enim in reliquis morbis postrema est animæ ægra valetudo, quippe quam scripta diuina lepræ & cancri morbo comparent. 2. Tim. 2. Luc. 5. Leuit. 14.

Verùm neque horum quoquè omnium habita ratione, posset huic ægritudini sano consilio remedium adhiberi, si nō pernicio= August. lib. 2. Quæst. Euangelic.

niciosum illud σύμπτωμα pruritus aurium, illi accessisset. Quandò verò isthuc malum repentè ad Cancri morbum (id est, hæresim) accessit, vsqueadeò proh dolor latè serpsit, vt Luterani palpones vulgi ambas aures occupârint, idq́ eum in modum, vt neutram Catholicis suas partes acturis cōmodare velint. Quo fit, vt propemodùm labor & opera omnis frustrà

περὶ συν. τάξεως. *suscipiatur, ni priùs ex Demosthenis præscripto, salutare aurium morbo remedium inueniatur et applicetur, vtì populus & qui de Religionis negocijs iudicare volunt, partem vtranq́ audiant, & cuilibet parti aurem vnam commodent: non autem̄, vt hactenùs contra rationem omnem, alteram duntaxat partem audiant, alteram indicta causa condemnent.*

Demost. pro Corona. *Atque tametsi maior pars, præcipuè in regionibus Aquilonaribus, vndè pan-*

Hiere. 1. *ditur omne malum, vtranque aurem Luteranis palponibus p̄buit, Catholicis docto-*

Ctori-

ctoribus neutram seruauit, sunt tamen
proculdubiò etiamnùm permulti, qui vel 3. Reg. 19.
genua sua nō curuârint Luterano Baal, Esa. 1. Rom. 11.
vel non adeò sint infecti, vt illorum pla-
nè sit desperanda salus, & medicina oīs
nullum putanda effectum habitura.

Postrema causa vel ratio, quæ me for-
taßis ab hoc contentioso scribendi genere
deterrere posset, sectariorū istorum Ec-
clesiastarum est impudens, procax, teme-
raria & seditiosa conuicia probráque ia-
ctandi consuetudo. Cùm enim veritati
causæ suæ inniti ac fidere nō sint ausi, fu-
giunt causæ ipsius lucem, & totis viribus
personam sibi oppugnandā sumunt men-
dacijs, fallacijs, nulla veritate fultis ca-
lumnijs, & contumelijs: hac nimirùm spe
freti, se istiusmodi fucis et præstigijs vul-
gi oculos perstricturos, nè veras istarum
controuersiarum causas videre & nôsse
queat, sed continentèr ac perpetìm infa-
matæ ac ignominia notatæ personæ odio

captum

captum teneatur. Sectarũ architecti huius artis bellè gnari sunt, & in eiusmodi Rhetorica probè exercitati: atq; vt Demades Atheniensis Rhetor ait, quemadmodùm oculorum mala valetudo impedit ab lucis adspectu, ità etiam inuidentia, ira, & odium non sinunt agnoscere veritatem.

In oratione περὶ δωδεκαετίας.

Vt autem Sectarũ isti architecti Smidelinus et eius consimiles hunc oculorum morbum vel ophthalmiam, qua miserè seducta & occæcata plebs laborat, perpetuò fouere & augere possint, artes suas omnes eò conferunt, vt quorũ operà vulgi oculi aperiri & sanari queãt, eos contumelijs & conuicijs affectos passim traducant, & apud omnes in odium adducant.

Quid enim suo in libro Smidelinus aliud quàm insanit, furit, sæuit, contumelias probráque iactat, me hominem nequam, proditorem, Iudam Ischariotẽ nomin-

nir ...

minat, atque eum in modum traducit, vt quāuis perditus ſcurra in loco infami non poſsit id maiori facere impudentia ac improbitate? Atque hoc in malo illud peſsimum eſt, quòd cùm eiuſmodi probroſis contumelijs toto ſuo libro ſit addictiſsimus, interìm tamen abſq; vllo pudore ſcribere non dubitat, me in ſcripto meo non niſi contumelijs, conuicijs probriſq́; eiaculandis ſtuduiſſe, cùm tamen toto illo in libro nullū aliud extet conuicium, vt ipſuſmet fatetur, quàm quòd illi clypeatā manicam ſuam improperârim.

An non verò hoc inſigne eſt conuicium, quòd Smidelinus clypeatam habeat manicam? Contrà autem Smidelini liber audiatur, & egregium quoddam Luteranæ Rhetoricæ ſpecimē cernere licebit. Solent iſti noui Euangeliſtæ ſuos aduerſarios tam rancidè, impotentèr ac impudentèr proſcindere, vt ob eiuſmodi illorum leuitatem & procacitatem, plerique

mâlint veritatis oppreßionem dißimulare, quàm cum id genus scurris & leuißimis hominibus, Catholicæ religionis ergô in disputationem vllã ingredi, nè ipsi quoquè leuitatis nota afficiantur.

Quòd igitur ad Luteranorum Ecclesiastarum conuicia & contumelias attinet, verum quidẽ est, qui cum leuibus hominibus contendat, eum quoquè pro leui haberi. Fit enim plerũquè, quod Sapiens
Eccles. 13. *quidam ait, vt qui tangit picem, inquinetur ab ea: et quod apud nos vulgò dici solet, qui se immiscet siliquis, deuoretur à porcis. Quæ sunt omnia non oscitantèr illis perpendenda, qui sinè vlla neceßitate, & tum Diuinæ veritatis, tum publicæ salutis discrimine, propria ducti libidine et petulantia, cum istis contumeliosis criminatoribus descendunt in arenam. Atquì verò secùs se res habet cum illis, qui ad tuendam & asserendam veritatem, eique oportunã ac congrua ferenda testimonia*

monia rectè atque ordine vocati sunt. Illi enim hac se possunt confirmare ipsis diuinitùs præstita cõsolatione: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. At quam ob causam? Super omnia enim, vt est apud Esdram, vincit veritas. Abundè multas habent scripta diuina consolationes et benedictiones erga illos, qui iustitiæ et veritatis ergô persecutionem patiuntur. Beati estis, inquit Christus, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersùm vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis. Benè autem hîc additum est, Propter me: vtì nè quis dubitet, eiusmodi contumelias nobis immerentibus, non autem ob scelerosam & improbam vitam nostram irrogari debere. Nam si secùs se res habeat, non Christi, sed scelerum nostrorum causa eâs perpeti iure dicemur. Atq; eam ob

Psalm. 90.
3. Esdr. 3.
Matth. 5.

1. Pet. 4. rem Petrus Apostolus: Si exprobramini, inquit, in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, et virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.

Quòd ad meam personã attinet, equidem spero in præpotente Deo, me Luteranæ factionis concionatorum criminationes, morsus & maledicentiam non ob aliqua scelera mea, sed Catholicæ doctrinæ causa perpeti, quandò nullo veritatis solido documento quisquã id planum facere potest, me vel latrocinium, vel furtum, vel aliud quodcunque grande ac notabile flagitium designâsse, aut alioquì cuiusquam partes præoccupâsse. Et quanquàm interim meritò coram Deo eum in modum peccatorẽ me miserum fateri de-
Psalm. 142. beam, vt cum S. Dauide non possim non iure quotidiè ad Deum clamare & dicere:

cere: Non intres in iudicium cum seruo tuo: at nihilo minùs ex Apostolica institutione eam in curam incumbendum mihi est, vt re vera & ex sententia possim dicere: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2. Cor. 1. *Quanuis igitur passim me Smidelinus hominem nequã, proditorẽ & flagitiosum appellet & proclamet, at tamen in meæ existimationis defensionem hæc mihi manet exceptio, Smidelinum vtriusque Iuris tam Pontificij quàm Ciuilis vigore, antè memoratas calumniosas & cum famæ meæ iniuria coniunctas criminatiões vel legitima ratione testatas facere, meq́ eorum criminum conuincere legitimè debere, vel ad pœnam talionis luendam iure adiudicari et condemnari oportere. Quòd si verò ille nec vult nec potest ad agendum ex Iuris præscripto compelli & adigi, necessè est vt id ego interim Deo et tempori permittam, spe bona fretus, Smidelinum, vt*

Decreto P. secunda. 2. q. 8. cap. Accusatorum.

puo studio (saluo semper, sibique primas vendicante honore diuino) atque in scriptis meis primarium scopum fuisse, res ipsa testatur, nec est alio opùs testimonio, neque id nesciunt Luterani concionatores. At interim nihilo minùs tamen, quô sua illi impia, spurca, probrosaque scripta & dogmata, quibus sublimes Magistratus, principes & dominos conuicijs proscinderunt, contumelijs lacerârunt, et subditos illorum ad rebellandum eis incitârunt, fuco quodam tegant, mihi id falsò impingũt, quod ipsi re ipsa et factis abundè & perspicuè perpetrârunt. Cuius si quem certam iuuat notionem capere, legat Luteri libros ad Germaniæ nobiles, Epistolam contra duo Cæsaris mandata, captiuitatem Babylonicam, & plura eius alia loca: Item cæleste interdictum, vel cælestem proscriptionem Georgij Maioris aduersùs Carolum V. Imperatorem: Philippi Melanchthonis librum ad Boëmos

Vide Casparum Crucigerum in Psalmũ 20.

mos

mos & Silesios scriptum, vt suo sublimi Magistratui rebelles se exhibeant: Libellum Iusti Menij ad Magdeburgenses de armis contrà capessendis. In quibus omnibus nihil maiori contentione actum est, nihil populo perindè inculcatum & ingestum est, quàm vt sublimes Magistratus suos, principes et dominos nō alio quàm morionum, nebulonum, & tyrannorum loco habeant, nec vllam eis praestent obedientiam, nullum subsidium ferant contra infestissimum illum Christianae Reipub. hostem Turcam. Isthaec, inquam, poterit quilibet in memoratis libris legere, & euidentèr comperire, vti etiam Mathias Illyricus idē contra Vuitenbergenses Theologos vociferatur & scribit.

Illyricus in Informatione de quibusdam articulis &c.

Si quis igitur ira et indignatione hac in parte meritò prosequendus sit, haberent profectò clementissimi & clementes Domini mei haud mediocres & cau-

ſas et occaſiones, non me quidem, qui hac in re ſum alienus à culpa, ſed Luteranos Clamãtes & Prædicantes meritis afficiendi pœnis, vtì hocipſo alijs omnibus ſeditioſis & propriæ libidini deditis concionatoribus claßicũ canentibus exemplum ſtatueretur. Atque hoc nomine fidentèr et obtemperantèr id ego mihi de clementißimis & clementibus Dominis meis Germanicæ nationis polliceor, fore vt illi zeloſum hoc meum ſtudium, perniciałem ac impiam impoſtorum iſtorum concionatorum nequitiam detegendi, atque in apertam lucem proferendi, non modò non indignabundi accipiant, ſed etiam omni cum humanitate ſe mihi & clementißimos et clementes exhibeant: eoſdemq; tum Electores, tum Principes clement. dominos meos oratos velim, vt hac in parte non ſolis illis diuerſæ partis & ſeditioſis concionatoribus fidem commodent, ſed mihi quoquè & congruæ purgatio-

gationi meæ alteram aurem pro sua clementia non negent. Spero enim deincèps Catholicæ Ecclesiæ veritatem, & è diuerso Luteranorum hæreticas imposturas & fraudes apertißimè in lucem proditum & propalatum iri.

Secundò, haud mediocritèr me deterret & reuocat Luteranæ hæresis exitiale virus, quod in multorũ mortalium pectoribus tam altas et duras fixit radices, vt exigua spes sit alicuius futuræ emendationis, præsertim quandò hoc malum eò proh dolor progressum est, vt iam vulgaribus, imbecillis, euersis laicis planè persuasum sit, prorsusq; ipsi ità sentiant, se in Christiana fide et religione per Luteri Euangelium egregiè confirmatos esse: porrò quòd in eo ipso letaliter infecti et morbidi sint, sibi non sinãt persuaderi: sicq; ferè eueniat nũc, quod Hippocrates ait, cùm æger nõ sentit morbi sui dolorẽ, argumento esse eum laborare ex ratione. Aphoris. sect. 2.

Athe-

Athenæus lib. 12. cap. 33. Interprete Natale de Comitibus Veneto-

Athenæus scribit historiam quãdam his verbis: Axoneus Thrasilaus Pythodori filius, huiusmodi insania aliquandò affectus fuit, vt omnia nauigia, quæ in Pyræum ingrederentur, sua esse existimaret, eaque in suis libris describeret, emitteret, gubernaret, aduenientia cum gaudio exciperet tanto, quanto quispiam excipere posset, qui omnium earum rerum esset dominus. De ijs, quæ perijssent, minimè erat solicitus: at seruatis & gaudebat, et multa cum voluptate vitam degebat. Vbi verò frater eius Crito ex Sicilia venisset, ipsum cepit, ac medico tradidit, atque ab insania liberatus fuit. At verò commemorabat se nunquàm viuendo ità lætatum esse: nullum siquidem mœrorem ei cognouisse contigit, at voluptatum copiam multo fuisse superiorem.

Ità profectò sese res habet etiã in simplicibus Laicis, per hæreses deprauatis, debilitatis & læsis, vt qui illis salutaria

con-

consilia & pharmaca præbent, cupiuntq́; sanitati eos restituere, ijs non modò nullam habeant vel referant gratiam, sed illos ipsos etiam medicos suos, qui eis gratificari volunt, contumelijs & conuicijs lacerent ac persequantur: mâlintque in sua mala hærere valetudine, vtì pro delira eiusmodi hominum persuasione cumprimis perspicaces et felices habeantur, etiamsi neutiquàm sint tales, quàm esse reuerà, si non sint tales existimandi.

Atque hæc altera ratio me sanè etiam acriùs permouet, pensitantem horrendum, letale, hæreticum virus, quo misera plebs extremè letaliter sauciata est. Neque enim in reliquis morbis postrema est animæ ægra valetudo, quippe quam scripta diuina lepræ & cancri morbo comparent. 2. Tim. 2. Luc. 5. Leuit. 14.

Verùm neque horum quoquè omnium habita ratione, posset huic ægritudini sano consilio remedium adhiberi, si nō pernicio- August. lib. 2. Quæst. Euangelic.

niciosum illud σύμπτωμα *pruritus aurium, illi accessisset. Quandò verò isthuc malum repentè ad Cancri morbum (id est, hæresim) accessit, vsqueadeò proh dolor latè serpsit, vt Luterani palpones vulgi ambas aures occupârint, idq; eum in modum, vt neutram Catholicis suas partes acturis cōmodare velint. Quo fit, vt propemodùm labor & opera omnis frustrà suscipiatur, ni priùs ex Demosthenis præscripto, salutare aurium morbo remedium inueniatur et applicetur, vtì populus & qui de Religionis negocijs iudicare volunt, partem vtranq; audiant, & cuilibet parti aurem vnam commodent: non autem, vt hactenùs contra rationem omnem, alteram duntaxat partem audiant, alteram indicta causa condemnent.*

περὶ συν-τάξεως.

Demost. pro Corona.

Hiere. 1.

Atque tametsi maior pars, præcipuè in regionibus Aquilonaribus, vndè panditur omne malum, vtranque aurem Luteranis palponibus p̄buit, Catholicis docto-

ctoribus neutram seruauit, sunt tamen proculdubiò etiamnùm permulti, qui vel genua sua nō curuârint Luterano Baal, vel non adeò sint infecti, vt illorum planè sit de͂sperãda salus, & medicina oīs nullum putanda effectum habitura. 3. Reg. 19. Esa. 1. Rom. 11.

Postrema causa vel ratio, quæ me fortaßis ab hoc contentioso scribendi genere deterrere posset, sectariorū istorum Ecclesiastarum est impudens, procax, temeraria & seditiosa conuicia probráque iactandi consuetudo. Cùm enim veritati causæ suæ inniti ac fidere nō sint ausi, fugiunt causæ ipsius lucem, & totis viribus personam sibi oppugnandā sumunt mendacijs, fallacijs, nulla veritate fultis calumnijs, & contumelijs: hac nimirùm spe freti, se istiusmodi fucis et præstigijs vulgi oculos perstricturos, nè veras istarum controuersiarum causas videre & nôsse queat, sed continentèr ac perpetìm infamatæ ac ignominia notatæ personæ odio

captum

captum teneatur. Sectarũ architecti huius artis bellè gnari sunt, & in eiusmodi Rhetorica probè exercitati: atq; vt Demades Atheniensis Rhetor ait, quemadmodùm oculorum mala valetudo impedit ab lucis adspectu, ità etiam inuidentia, ira, & odium non sinunt agnoscere veritatem.

In oratione περὶ δωδεκαετίας.

Vt autem Sectarũ isti architecti Smidelinus et eius consimiles hunc oculorum morbum vel ophthalmiam, qua miserè seducta & occæcata plebs laborat, perpetuò fouere & augere possint, artes suas omnes eò conferunt, vt quorũ operà vulgi oculi aperiri & sanari queãt, eos contumelijs & conuicijs affectos passìm traducant, & apud omnes in odium adducant.

Quid enim suo in libro Smidelinus aliud quàm insanit, furit, sæuit, contumelias probráque iactat, me hominem nequam, proditorem, Iudam Ischariotẽ nominans,

minat, atque eum in modum traducit, vt quāuis perditus ſcurra in loco infami non poßit id maiori facere impudentia ac improbitate? Atque hoc in malo illud peßimum eſt, quòd cùm eiuſmodi probroſis contumelijs toto ſuo libro ſit addictißimus, interim tamen abſq; vllo pudore ſcribere non dubitat, me in ſcripto meo non niſi contumelijs, conuicijs probriſq́; eiaculandis ſtuduiſſe, cùm tamen toto illo in libro nullū aliud extet conuicium, vt ipſuſmet fatetur, quàm quòd illi clypeatā manicam ſuam improperârim.

An non verò hoc inſigne eſt conuicium, quòd Smidelinus clypeatam habeat manicam? Contrà autem Smidelini liber audiatur, & egregium quoddam Luteranæ Rhetoricæ ſpecimē cernere licebit. Solent iſti noui Euangeliſtæ ſuos aduerſarios tam rancidè, impotentèr ac impudentèr proſcindere, vt ob eiuſmodi illorum leuitatem & procacitatem, plerique

mâlint veritatis oppreßionem dißimulare, quàm cum id genus ſcurris & leuißimis hominibus, Catholicæ religionis ergô in diſputationem vllã ingredi, nè ipſi quoquè leuitatis nota afficiantur.

Quòd igitur ad Luteranorum Eccleſiaſtarum conuicia & contumelias attinet, verum quidẽ eſt, qui cum leuibus hominibus contendat, eum quoquè pro leui haberi. Fit enim plerũquè, quod Sapiens
Ecclef. 13. *quidam ait, vt qui tangit picem, inquinetur ab ea: et quod apud nos vulgò dici ſolet, qui ſe immiſcet ſiliquis, deuoretur à porcis. Quæ ſunt omnia non oſcitantèr illis perpendenda, qui ſinè vlla neceßitate, & tum Diuinæ veritatis, tum publicæ ſalutis diſcrimine, propria ducti libidine et petulantia, cum iſtis contumelioſis criminatoribus deſcendunt in arenam. Atquì verò ſecùs ſe res habet cum illis, quì ad tuendam & aſſerendam veritatem, eiq́ue oportunã ac congrua ferenda teſtimonia*

monia rectè atque ordine vocati sunt. Illi enim hac se possunt confirmare ipsis diuinitùs præstita cōsolatione: Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. Psalm. 90. *At quam ob causam? Super omnia enim, vt est apud Esdram, vincit veritas.* 3. Esdræ 3. *Abundè multas habent scripta diuina consolationes et benedictiones erga illos, qui iustitiæ et veritatis ergô persecutionem patiuntur. Beati estis, inquit Christus, cùm maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, et dixerint omne malum aduersùm vos, mentientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis.* Matth. 5. *Benè autem hîc additum est, Propter me: vtì nè quis dubitet, eiusmodi contumelias nobis immerentibus, non autem ob scelerosam & improbam vitam nostram irrogari debere. Nam si secùs se res habeat, non Christi, sed scelerum nostrorum causa eās perpeti iure dicemur. Atq; eam ob*

1. Pet. 4. *rem Petrus Apostolus: Si exprobramini, inquit, in nomine Christi, beati eritis: quoniam quod est honoris, gloriæ, et virtutis Dei, & qui est eius spiritus, super vos requiescet. Nemo autem vestrûm patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor.*

Quòd ad meam personã attinet, equidem spero in præpotente Deo, me Luteranæ factionis concionatorum criminationes, morsus & maledicentiam non ob aliqua scelera mea, sed Catholicæ doctrinæ causa perpeti, quandò nullo veritatis solido documento quisquã id planum facere potest, me vel latrocinium, vel furtum, vel aliud quodcunque grande ac notabile flagitium designâsse, aut alioquì cuiusquam partes præoccupâsse. Et quanquàm interim meritò coram Deo eum in modum peccatorẽ me miserum fateri debeam, vt cum S. Dauide non poßim non Psalm. 142. *iure quotidiè ad Deum clamare & dicere:*

cere: Non intres in iudicium cum seruo tuo: at nihilo minùs ex Apostolica institutione eam in curam incumbendum mihi est, vt re vera & ex sententia poßim dicere: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. 2. Cor. 1. *Quanuis igitur paßim me Smidelinus hominem nequā, proditorē & flagitiosum appellet & proclamet, at tamen in meæ existimationis defensionem hæc mihi manet exceptio, Smidelinum vtriusque Iuris tam Pontificij quàm Ciuilis vigore, antè memoratas calumniosas & cum famæ meæ iniuria coniunctas criminatiões vel legitima ratione testatas facere, meq́ eorum criminum conuincere legitimè debere, vel ad pœnam talionis luendam iure adiudicari et condemnari oportere. Quòd si verò ille nec vult nec potest ad agendum ex Iuris præscripto compelli & adigi, neceßè est vt id ego interim Deo et tempori permittam, spe bona fretus, Smidelinum, vt*

Decreto P. secunda. 2. q. 8. cap. Accusatorum.

in meo Prodromo dixi, tantisper proditoris, criminatoris, latronis vel sicarij, obtrectatoris, perditi nebulonis, & cæt. (Quis enim eius conuicijs & calumnijs omnibus vel referendis sufficiat?) loco non posse non haberi, donec legitimo Iuris processu eorum me criminum conuincat, reumque peragat.

Equidem satis mirari non possum, quidnam tantoperè promoueat Sectarum architectos, me vt Iudam Iscariotem & sacri Euangelij proditorem criminentur. Neq; enim Christianum orbem cuiquam ego prodidi, nō Turcis vel Tartaris tradidi: neq; etiam Scripturam sacram, verbumque Dei vnquàm abnegaui, Christi Euangelium nemini prodidi: sed confiteor, laude & prædicatione effero Euangelium à Matthæo, Marco, Luca & Iohanne conscriptum: nullam prætereà sacram Scripturam vel Epistolam reijcio S. Apostolorum, Prophetarum & Moseos,

ſeos, nec vllam omninò ſacrorum Bibliorum partem, quatenùs ab Catholica Chriſti Eccleſia recipitur. Quod eſt igitur illud à me proditum Euangelium? Equidem id tibi indicabo Chriſtiane Lector. Illud nimirùm Euangelium, quod in libello meo Trimembris Theologiæ in lucem ꝑtuli ac detexi, nempe, Primò, Topica prædicamenta, id eſt, fallacioſæ Luteranorum argumentandi rationes: Deindè Luteranorum Metaphyſica, id eſt, vt illi falsò & abſque vllo fundamento Catholicis falſa quædam dogmata imputent et affingant: Tertiò, Luteranorum vanæ, cõmentitiæ, hæreticæ, damnatæ, impiæ Diuini verbi interpretationes vel expoſitiones, quas ab omnibus non alio quàm ſacri ac puri puti Euangelij loco haberi volunt: Quartò, Luteri & aliorum Hæreſiarcharum diſcordia, ſeditiones, bella, cædes, & profuſiones ſanguinis, quæ illi ſuis ſcriptis & clamoribus in

toto orbe Christiano excitârunt: Quintò, Luteri & eius similium consilia & facta, quibus permultæ amplißimæ & insignes fundationes, Archiepiscopatus, Episcopatus, Deo dicata loca, Cœnobia, Xenodochia & templa sunt vastata, destructa, diruta, & in alios trãslata vsus, quàm à pijßimis Maioribus nostris sint fundata & destinata. Hæc quinq; Luteranũ illud sunt Euangelium, cuius isti me clamitant proditorem et traditorem.

Sed quæso te mi Lector, duo hîc obserua. Primò, vt non pudeat Luteranos Sectarum fabricatores suã fallaciosam Dialecticam, suam vanam & falsam insimulationem, suas hæreticas falsasq; verbi Dei expositiones, suas seditiones, bella, cædes, sanguinis effusiões, ac deniquè suas bonorum Ecclesiasticorum deprædationes ac dißipationes sanctum ac purum Euangelium appellare. Ecquis verò eiusmodi incredibilem & immensam

super-

superbiam vnquàm percepit, suprà dictas horrendas blasphemias & exitialia flagitia, pro sacrosancto Euangelio & Dei verbo hominibus obtrudi debere? Quid isti prophetæ moliuntur aliud, quàm vt misera ac miserè seducta Christianorum plebs genua curuet, & hanc Babyloni- Apoc. 17. *cam meretricem, vnà cum iam dicto ter execrando euangelio adoret? Sed vt vera sint prophetarum vaticinia, ità planè necesse est accidere nouissimis temporibus. De hoc enim idolo prædixit Daniel* Dan. 3. *in spiritu, in figura idoli illius, quod Na-* S. Vincentius in libro *buchodonosor rex iusserat adorari: adeò-* de fine mundi. *que isthuc ipsum ea est abominatio, quæ* Dan. 9. *ante Antichristi aduentum stabit in tem-* Matth. 24. *plo Dei.*

Secundò obseruet Lector pius, me à Luteranis hoc solo nomine Iudam et proditorem Euangelij appellari, quòd eorum nequitias, eorum hæreticas Euãgelij explanationes, eorum exitiosas, schismati-

cas vel ſectarias diſſenſiões, ſeditioſa machinamenta, & multiuarias vaſtationes detexerim & in omnium conſpectu poſuerim. Quòd ſi iſthuc prodere eſt, mâlim profectò pro hac ſententia, quô vel ſic veritas proferatur in lucem, vel milliès dici proditor, quàm Luteranus Euangeliſta, per quem veritas ſuppreſſa & obſcurata ſit, vel à toto mundo prædicari.

Mirum ſanè mihi videtur, quînam id accidat, quòd præclara Natio Germanica, tot alioquì eximijs Dei donis & chariſmatîs aucta præ multis alijs nationibus, iſthuc cumprimìs neceſſarium negocium, in quo ſempiterna ſalus noſtra ſita eſt, non maiori & accuratiori ſtudio perpendit ac penſiculat: præſertìm quandò hoc negocium, modò ſeriò id pertractare velimus, non adeò in ſeipſo obſcurum & perplexum eſt, vt nulla poſsit ratiõe corrigi & in apertum produci. Cùm enim Catholici iuxtà àc Luterani ad ſcripta

diui-

diuina, id est, ad Dei verbum prouocent, tota huius controuersiæ difficultas in eo solo versatur, vtránam pars genuinum eiusdem verbi Dei intellectum depromat & vsurpet. Catholici aiunt, se germanum obtinere sacri Euãgelij intellectum, Luteranos verò falsum & erroneum: Contrà autem asserunt Luterani, se solos rectè explanare Scripturas, Catholicos verò perperàm.

Nè quis autem putet hanc nostram Catholicorum orationem nulla veritate subnixam, sed perspicuũ sit, eam veram esse & solidam probéque fundatam, propalàm nos offerimus paratos ad docendum & planum faciendum, nostram diuini verbi explanationem sanctis Apostolis, & eorum legitimis successoribus per spiritumsanctum à Christo Domino traditam, & per eundem ipsum virtute Spiritussancti per memoratam successionem in totum orbem propagatam atque funda-

fundatam, et continentèr perpetuis temporibus apud omnes Christianos populos & regiones ad Iohannis Hus & Luteri tèmpora inuiolatam ad nos vsque perductam esse. Itidèm offerimus nos ad fide dignis docendum testimonijs, in hac ipsa nostra germana & sana verbi Dei expositione, singulos quosque Catholicæ fidei nostræ Articulos vno pluribúsve diuinis confirmatos & approbatos esse miraculis. Porrò etiam offerimus nos, asseueramusq́ue ex veteris testamēti figuris, Catholicæ Ecclesiæ nostræ in nouo Testamento formam & velle & posse nos proferre ac demonstrare. Postremò offerimus nos ex abundanti ad planum faciendum, Luteranam verbi Dei explicationem non modò in seipsa falsam, vanam et hæreticam esse, verùm etiam Luteranos ecclesiastas inter sese scripta diuina contrario sensu, nec alios perindè vt alios interpretari, nec quenquam illorum aliqua

in

in sententia ad finem vsque perstare ac permanere. Est enim id luce meridiana clarius, nec quisquam inficiàs ire potest, Smidelinum contrario sensu diuersáque ratione exponere sacræ scripturæ sententias, atquè Luterum: Luterum contrario sensu diuersáq; ratione, atquè Caluinum: Caluinum contrario sensu et secùs, atquè Illyricum: Illyricum contrario sensu & diuersa ratione, atquè Melanchthonem et Maiorem: Maiorẽ secùs, atquè Suenckfeldium & Osiandrum: hos verò alitèr, quàm Smidelinum & Brentium & reliquos omnes.

Vide Illyricum in sua Informatione de doctrina sua de Pœnitentiæ controuersia, fol. D.3. et E.3. Et de Inconstãtia Vuittenbergen. Theologorum. Item librum eius de subscriptiõe omnium Augustanæ Confeßionis Numburgi.

Hanc inconstantem, leuem, Luteranam verbi Dei explanationem vt latiùs explicemus, nostramq; è diuerso concordem, veram, constantem, Catholicam & diuinis miraculis adstructam scripturæ sacræ expositionem fusiùs doceamus & asseramus, rursùm ego iam his obscuris Brumæ diebus tantum & ocij & operæ

sum-

ſumpſi, quo hunc librũ dictarem, & tandèm typis excudendum abſoluerem, ea nimirùm ſpe bona fretus erga præpotentem Deum, fore vt vulgares laici tum in iſto, tum in aliјs tam meis quàm aliorum hactenùs euulgatis ſcriptis, ppemodùm iam ſuis ipſi conſpiciant oculis & manibus palpent, quàm miſerè et exitioſè chariſſima patria noſtra, id eſt, Germanica natio per Luterum & eius aſſeclas ſeducta & labefactata ſit. Atq; hîc ego Chriſtianum Lectorem oratum velim ppter Deum, vt tum Smidelini, tum mea ſcripta, quibus inter nos digladiamur, poſita omni affectione, poſito odio vel fauore erga perſonas, inter ſe conferat, ità demùm reipſa comperturus, illas ſacræ ſcripturæ ſententias, quas Smidelinus adducit, non ſolùm vero, conſono, Catholicóque diuini verbi ſenſui vel intellectui prorſus ac è diametro repugnare: verùm etiam ipſius interpretationẽ pugnare cum Luteri expoſi-

poſi-

positione, immò etiã cum suã ipsius. Quid enim, bone Deus, gloriosus ille iactator profert in medium? Reuerà nihil aliud, nisi Vulcanij capitis sui contentiosas, pugnantes, ac modis omnibus hæreticas cogitationes. Quid ille profert, quod benè fundato Theologo, vel (quod minus est) mediocritèr erudito homine dignum sit? Nulla ibi est cognitio historiarum, nulla exercitatio Philosophiæ, nulla scripturæ diuinæ fundamenta, nulla S. Patrum lectio: & quod plus est, res ipsa loquitur, eum ne præceptoris quidem sui Luteri Symmystarumque suorum libros vel legisse penitùs, vel certè perparùm in illis versatum esse: id quod, vtriusq; nostrûm scriptis inter se collatis, satis superq; perspici licebit.

Quòd ad me attinet, equidem pro homine erudito me neutiquàm vẽdito, multo etiam minùs operam dedi, quicquam noui vt inueherem vel excitarem: sed id

ego summo studui opere, vbi aliqua à me Scripturæ sententia, quæ subobscura esse videatur, adfertur, vtì nè illam ego ex meo cerebro, sed pro Catholicæ Christi Ecclesiæ sententia exponam: tum prætereà expreßè significem, vbì, quandò, et à quo eiusmodi sententiæ illius explanatio in orbe Christiano tradita, recepta & vsitata sit. Quam meam orationem vt Christianus Lector pro sua neceßitate diligentèr expendat velim: porrò id ego mihi persuadeo, modò personæ veritas, nō autem veritati persona anteponatur, Catholicæ religioni nostræ magìs esse cōsentaneum, verbi Dei explanationem illam, quæ ab Apostolis ad nos vsque promanauit, & semper ac vbiquè permansit suî similis, sibiq́ue constans, ei præponendam esse, quæ iam recèns prodijt noua, et non tantùm cum Sectis alijs, sed etiam cum seipsa pugnet & dissentiat.

Quandò autem propositionē iam antè memo-

memoratam hoc in libro tractandam suscepi, hoc ipso iam propalàm protestor, atque cumprimis submissè oratos volo clementissimos & clementes Dominos meos, necnon generatim alios pios omnes, vtì hoc scriptum meum eam in partem accipiãt, me hoc in negocio nullos mihi alios proposuisse aduersarios & antagonistas, quàm solos Sectarios Ecclesiastas, & Sectarum architectos & antistites. Quòd verò ad Principes, Magnates & alios status attinet, omnem ego illis offero debitam obedientiam, venerationem & reuerentiam, hoc interim orans, vt hanc meam operam haud alitèr interpretentur & accipiant, quàm quòd exiguum ego talentum mihi à præpotente Deo traditum, in charissimæ patriæ meæ salutem & commodum perquàm expendere & augere vellem.

Atque etiam Lectorem Christianum de totius huius operis mei ratione vel me-

thodo amicè admodùm admonitum velim. In prima quidem parte non nisi de germana verbi Dei interpretatione & intellectu agitur, quisnam ille sit, & vbi inueniendus: atque è diuerso, quænam expositio falsa & hæretica sit, & vt ea poßit agnosci. In altera parte agitur de Germanica Bibliorũ tralatione: In Tertia, de Luteranorũ Ecclesiastarum suaui harmonia & concordia.

Neque interìm committere possum, quin & hoc admoneam, Iacobum Smidelinum, quô vulgares laicos & Christianos Lectores ab hoc proposito auocet & abducat, & ad alias res, aliámve materiam et disputationem pertrahat, multas importunas & intẽpestiuas disputationes, quæ ab hoc proposito vel maximè sint alienæ, admiscere: quæ nec vlla sint responsione dignæ, si præcipuè à nobis suscepto negocio legitimè inhærendum esset. Atquì tamen nè vulgaris Lector putet,

tet, nos eiusmodi admixtis quæstionibus satisfacere non posse, interim etiam præter ordinem nonnulla admittere, & plerunquè nonnullas à nostro instituto alienas & intempestiuas obiectiones diluere compellor: Vndè fit, vt necessariam methodum & ordinem, vt alioquì par est, conuenientèr seruare non poßim: nonnunquàm etiam eadem identidèm frustrà repetere cogar. Quamobrem Christianum & pium Lectorem oratum velim, eiusmodi in rebus vt se patientem & beneuolum mihi præbeat, atque animum aduertere & obseruare, vbi oratio mea ad institutum, vndè deflexit, sese referat.

Secundò etiam Lector pius obseruet scriptorum & operum Luteri editiones. Quæ enim Luterus ipse in vita sua euulgauit, multiplicitèr aliquot centenis locis per Theologos Vuittenbergenses vel peruersa sunt, vel omissa & mutilata, vel

Vide Amsdorff. Illyricum, Georg. Rorarium de deprauatoribus librorũ Luteri, et è diuerso Christophorum Vualterũ contra Illyricum.

hincindè augmentata, vel eum in modum immutata, vt vel manibus palpare liceat, quàm Sectæ aliæ ex alijs cōtextæ sint & implicatæ. Huc accedit, quòd Tomi illi, in quos scripta Luteri digesti sunt, non eodem modo, neque pari numero & forma editi sunt: id quod mihi illos allegantì plurimum negocij facessit, Lectorique beneuolo stomachum mouet & tædium parit, dum loca ex illis citata inquirens, et interdùm in aliam, quàm quæ à me citata est, editionem incidens, non potest in Tomis operum Luteri loca allegata reperire. Quæ res me permouit, vt vnius generis editione vtar, videlicet vt Tomi illi Vuittenbergæ sunt excusi: Primus quidem, Anno 52. Secundus, Anno 51. Tertius, Anno 50. Quartus, Anno 51. Quintus, Anno 52. Sextus, Anno 53. Septimus, Anno 54.

Tertiò, etiam illud pio Lectori non oscitantèr aduertendum erit, vt plerique

vana

vana, commentitia, nullaque veritate subnixa excusatione freti, crassis aliquot & manifestis Luteri erroribus eiusmodi fucum ptexant, vt affirment scripta Luteri in triplici genere extare, quorũ alia sint tum ab illo elucubrata, cùm adhuc esset animo parùm firmo, nec Papatum satìs haberet cognitum: alia cuderit in aduersarios suos, in ijsque sit plùs æquo vehemens & concitatus, nec suæ feruenti excandescentiæ alijsque affectibus potuerit moderari: Deindè sint permulta alia, quæ spiritu lenitatis confecerit, eaq́; esse ipsissimum Luterani Euangelij nucleum. Atque hunc sanè in modum Luterus ipse sua scripta apud Imperatorem Vuormatiæ excusauit: sed paulopòst eius eum facti pœnituit, idq́; palàm recantauit. Debet igitur Christianus Lector ab hac falsa, inani, minimeq́; fundata excusatione sibi cauere sedulò: quandoquidem Luterus sua dogmata nequaquàm, Sleidanus lib. 3. Hist.

vt iam dicemus, pro erroneis vult haberi. Ità enim de sua doctrina scriptũ reliquit Libro aduersùs regem Angliæ: Pœnitet me, quòd Vuormatiæ coram Cæsare tantùm me submisi, vt doctrinæ meæ censores paratus eßem sustinere, audireque si quis me alicuius posset erroris conuincere. Non enim debui tam stultam præ me ferre humilitatẽ, cùm certus essem de doctrina mea, nec quicquam tamen ea submißio ꝓdesset apud tyrannũ illum. Oportet rerum suarũ adeò certum esse, vt etiamsi mundus omnis illis se opponat, minimè tamen ab illis sibi discedendum putet. Hæc Luterus.

Tomo 6. fol. 436.

Nota. Non errauit Luterus.

Quibus profectò verbis non id ille asserit, doctrinam suam partìm ex infirmitate, partìm ex ira profectam, sed immoto fundamento consistere et rectam esse, & non posse non eße rectam. Atq; idcircò adeò suam iactitat & effert doctrinam, non vt modò infirmam, deindè firmam

mam & validam, sed quæ perpetuò sit et permaneat diuinum & incommutabile verbum Dei. Sic enim scribit contra Angliæ regem: Vos debebitis, & cogemini Luteri doctrinam inconuulsam & saluam relinquere, etiamsi decem mundis plures essetis. Corpus meum citò potest conteri, sed doctrina mea vos conteret et deuorabit. Tomo 6. fol. 451.

Hîc iam rursus videre licet, num Luterus sua dogmata vspiàm velit vlla ex parte pro imbecillis et dubijs haberi. Qui enim id possit Euangelistæ, qualem ipse se nòn vno loco nominat, vel tertio Eliæ, vt eum complices sui vocant, congruere & conuenire? Ità nanque ipsus de se scribit: Aio ergò ego D. Martinus Luterus, Domini nostri IESV Christi indignus Euangelista, quòd hunc articulum, Sola fides sinè vllis operibus iustificat apud Deum, saluum & incolumem esse sinere debebit Imperator Romanorum, Impe- Luter. lib. cõtra regem Angliæ. In Epistola ad Argentoratens. Melãchthon de vita et morte Luteri. Illyricus in Præfatione Apologiæ contra Menium.

Lute. Tom. 6. fol. 165. fac. 2. cōtra putatitium Cæsaris edictum. Luter. lib. de falso statu spiritali.

rator Turcarum, Imperator Tartarorū, Imperator Persarum, Papa, Cardinales omnes, Episcopi, Sacerdotes, Monachi, Moniales, Reges, Principes, domini, totus mundus, dæmones vniuersi: atque insupèr sinè alicuius bona gratia ignē Tartareum habebūt in capita sua. Hic meus esto Doctoris Luteri à Spiritusancto proficiscens instinctus, germanumq́ue sacrosanctum Euangelium. Eundē planè in modum etiam alijs plerisque locis hic sese iactat elatus & superbus spiritus.

In libellis Supplicatorijs ad Naumburgens. Conuentum, fol. 65.

Quòd autem idemipse tertius sit Elias, non solùm Melāchthon, Pomeranus, Ionas scripsêre ac docuêre, vt in mortis eius Historia videre licet, verùm etiam breuì admodùm Saxonici Theologi in suis Supplicatorijs libellis iterârunt, dum aiunt, Luteri constantem doctrinam vel sententiam omnium aliorum Sanctorum Patrum, Doctorum, Conciliorum doctrinæ et sentētiæ longißimè anteferri oportere,

tere, quòd ille sit electum Dei organum, & postremus Elias, quem Deus ad instaurandum Euangelium his extremis temporibus excitârit. Si quidẽ ergò Luterus est Euangelista & tertius Elias, dubium non est, quin initiò ille haud secùs atquè in medio & etiam in fine doctrinæ suæ, vnicum illum & verum Spiritum sanctum habuerit: & non iam quidem mendacẽ et scelestum spiritum, mox verò iterùm veracẽ sanctum Spiritum, atque paulò pòst rursus alium.

Voluit etiam Carolstadius suum errorem hac ratione purgare, se initiò fuisse spiritu imbecillum, sed paulopòst esse confirmatum ac roboratum, vti iam Luterum eius discipuli purgant. Ecquid verò imbecillo illi Carolstadij spiritui Luterus respondet? Carolstadius, inquit, excusat sese, quòd primò quidem non satis fortis spiritu fuerit. Atquì hac excusatione non vtitur spiritus Dei: dæmon meus, Tom. 2. fol. 35. fac. 2. contra cælestes prophetas.

noui te quis sis &c. Si ergò hanc excusationem Luterus ipse nō vult Carolstadio permittere, cur nos in re haud dissimili Lutero eam permittamus? Itaque periniquum id mihi esse videtur, nec quisquā partium minimè studiosus & æquus Iudex eam sententiam pnunciabit, nos contentos esse debere hac excusatione, Luterum principiò fuisse spiritu imbecillem. Non, inquam, isthæc sufficit ratio, sed licebit nobis iam memoratis Luteri verbis illi ipsi respōdere: Immò verò non vtitur hac excusatione spiritus Dei: dæmon meus, noui te quis sis. Hac, inquam, responsione iure quilibet vti poterit aduersùs illos, qui Luteri errores inconstanti Luteri spiritu tueri moliuntur. Sed iam ad ipsam rem accedamus, et Smidelinum nonnihil forcipe compræhendamus, periculum facturi, possitne ferrum isthuc vel parùm emolliri. Vt autem illi, qui rem hanc probè cognitā habere cupiunt, vtriusque

usque partis tum obiectiones, tum dilutiones commodiùs assequi, atque indè sententiam pronunciare queant, principiò aliquot Smideliniani libri versus depromam, ijsq; mox responsionem meam subiungam: atque eum modum toto hoc opere persequar. Ait ergò Smidelinus:

Anno hoc 1561. Fridericus Staphylus grandem librum typis excusum edidit, hac inscriptione, Apologia D. Friderici Staphyli, De uero germanoq; scripturæ sacræ intellectu, De sacrorum Bibliorum in idioma uulgare tralatione, et de Luteranorum concionatorum consensione &c.

Smidelini verba in libro, Luculenta responsio &c. fol. B. 3. fac. 1.

Quòd Luteri, Melāchthonis et Brentij dogmata oppugnârim, damnatasque esse hæreses pronunciârim, id ego planè confiteor, paratumq́; me offero ad id, ità vt par est, planum faciendum, solidáque veritate docendum & probādum. Quòd verò etiam tum Electores, tum alios principes, comites & magnates oratione mea perstrinxerim, eos Hæreticos proclamârim, nec quicquam illis pepercerim, apertissi-

tißimum eſt mendaciū, quod digitis tangi queat, nec vel iota vnum ex libro meo, quo id teſtatum fiat, produci poterit, ſed potiùs planè diuerſum. Teſtis enim mihi eſt Deus & res ipſa, me nihil tantoperè curauiſſe ac ſtuduiſſe, quàm vt tum Electorum, tum aliorum Principum clementiæ hoc in negocio promptißimum, obſequentißimum planeq́ Chriſtianum officium meum declararem, quô vel tandèm quandoquè horrendam immanemq́ perniciem, ex falſo confictoq́ Luteri Euangelio enatam & profectam, vel ipſis ſuis oculis perſpicere & comperire queant. Neque eo inficiàs, me doctrinam Luteranam non pro Dei verbo et ſacro Euangelio, ſed pro hæretica, impia, flagitioſa ſacri Euangelij deprauatione habere & proclamare: qua deprauatione ſacrū Romanum Imperium, niſi huic malo occurratur, tandèm perire ac peßùm ire neceſſè ſit.

Et

Et quanuis ad maximam huius libri partem iam antè responsum sit pro necessitate, & quod satis sit, non tamen dubito Christianos Principes suo tempore circa alia ità ut par erit, suo officiò non defuturos, utpotè quos iste criminator non ueretur in orbe impudentèr proclamare deteriores immani Moscouitarum tyranno, quem Luteranis comparat, & illum quidem Catholicum & Christianum agnoscit, porrò Luteranos Principes, desertores & apostatas hæreticos pronunciat: itemq́; porcis æquiparat, ut altera huius operis parte indicabimus &c. Smidelinus B. 3. fac. 2.

Id apud Smidelinum & alios hæreticos respondisse est, cùm illi vociferantur, Isthuc falsum est, Hoc Dei blasphemia est, Hoc nequam hominis est facinus, Hæc est plusquàm satanica calumnia. Hic apostata nebulo est, proditor veritatis, Iudas Iscarioth, mamaluca, & id genus affatìm multa: cuiusmodi argumentis illorum quintum Euāgelium scatet & redundat. Atquì verum Euangelium hanc Rhetoricam prorsus ignorat, quin potiùs contrariū docet, dicente Domino

Luc. 6. Matth. 5. *mino IESV Christo: Benedicite maledicentibus vobis. Certè ego clementissimos & clementes Dominos meos, Electores & alios Principes, neque hæreticos, vt iste importunus affirmat, neque porcos proclamaui: nec poterit vspiàm meo in opere vel libro hæc oratio vel sententia inueniri vlla ratione. Quòd autem dixi, S. Biblia curiosis, indoctis & morosis hominibus, quales in vulgo permulti sunt, legenda permitti non debere, vti nè margaritæ, quemadmodùm Euange-*
Matth. 7. *lium habet, porcis mittantur, id non potest vllo pacto ad Electores & Principes, ad comites & dominos referri. Non sum ego peritus admodùm: at tamen, quæ Dei est benignitas, non tam sum imperitus, quin probè sciam, curiosum non esse prudentem, indoctum non esse doctum, vulgus aut populum non esse principes et dominos. Itaque licet hîc Smidelini candidum pectus & honestum animũ intueri.*

ri. Putat Smidelianus hic porcus, se tandèm speciale quiddã appræhendisse, quo sese focillare queat. Neque sat habuit, suprà in Præfatione huius suffitûs præclarum et suaue fragrans specimen edidisse: sed iam rursus idem repetit, atque infrà etiam aliquotiès. Huic autem rei, quippe quæ huc non pertineat, in altera huius libri parte satisfaciam. Neque sanè aliud est, vti & id quod continentèr addit Smidelinus, quàm friuolæ quædam ineptiæ & nugæ. Itaq; ad alia proficiscor.

Malum, immane, inauditum facinus à me perpetratum & in Staphylum admissum isthuc est, quòd in libello quodam contra illum scripsi, Augustanæ Confeßioni deuinctos Theologos, qui ad Vuormatiense Colloquium Anno &c. 57. missi fuêre, in doctrina non discrepâsse, sed tantùm ob personas quasdam inter eos incidisse dißidium, quibus altera pars errores & defectionem imputârit, quæ altera id temporis necdùm satis comperta habuerit, atque ità tum illos cõdemnare nequiuerit. Smidelinus B. 4. fac. 2.

Quæ Smidelinus hic scribit, vana &

com-

commentitia sunt. Equidem in Colloquio Vuormatiensi libellum quendam conscripsi hoc titulo, Theologiæ Luteranæ trimembris Epitome. Contra hunc Smidelinus scripsit, conatusque est omnes ferè hæreses tueri, & purum putum Euangelium eas asserere. Quo fit, vt ipse eodē in libello suo asseuerat, vt immanes omnes & discrepantes Hæreses, putà, Caluinistica, Osiandrina, Illyricana, Adiaphoristica, Maioristica, Suencfeldiana &c. non nisi vicinorum quædam inter ipsos sint lites & controuersiæ. Quod quidem Smidelinum perquàm seriò conatum esse ac instituisse, testatur libellus eius contra Trimembrem Theologiam: itemque alius contra prolixum hæreticorum Catalogum: in quibus ille remis velisque totus in eam incumbit operam, vt indoctis et miserè seductis hominibus persuadeat, hæreses quæ iam in orbe nostro versantur, non esse hæreses, sed purum Euangelion.

Smidelinus in libro cōtra Staphy. fol. 10. & 106. Et cōtra prolixū Catalogū.

lion. In hoc autem præſenti libro conſtantiſsimus ille heros, à ſuis Symmyſtis admonitus, clypeatam manicam ſuam nonnihil adſtringere, Luteranorumq́ue concordiam ad illos ſolos, qui nomine Proteſtantium Ordinum proximo Vuormatienſi Colloquio interfuêre, referre & contrahere molítur. Verùm de hac eius inconſtantia in tertia huius libri parte, ad quam nimirùm propriè pertinet, agemus.

In Præfatione ad Epiſcopum Eyſtetenſ. queritur ſuo gregi, nempe Papiſtis, Doctorem Luterum et D. Brentium falsò affingere tria quædam ſuæ religionis principia, putà, Traditiones humanas in ſacris literis nõ expreſſas, Romanum Pontificem, & dubitationem de gratia diuina. Ediuersò autem docet ille, ueræ Theologiæ principia apud ipſos eſſe, Verbum Dei, totamq́; ſcripturam ſacram, eiuſdemq́; Catholicum intellectum, continuatam Epiſcoporum in Catholica Eccleſia ſucceſsionem, eorundemq́; concordiam et conſenſionem. Smide. C. 1. fac. 1.

Hanc meam Præfationem equidem Latinè conſcripſi, et ſatis ſuperq́; illa ipſa

D id

id indicaui, quibus medijs siue vijs, et quo iudice Concilium Tridentinum auspicari, & Christianæ pietati conuenientèr ad calcem perducere liceat. Porrò cernens Smidelinus Præfationem hanc eiusmodi Christianæ veritatis soliditate fundatã, vt nullis mendaciorum arietibus, ac multo etiam minùs conuicijs & maledictis quassari & concuti poßit, tacitus illam prætergreditur. Eius autem Præfationis meæ hæc summa est: quandoquidem Luterani ad sacram Scripturam se referunt, neque eam Catholici vnquàm reiecerunt, qua tamen in re lis hæreat et controuersia: in ea ꝓculdubiò, vtra pars verum ac genuinum obtineat Scripturæ sacræ intellectum. Aiunt enim Catholici, suam sacrarum literarum expositionem, germanum esse verbi Dei sensum & intellectum: Luterani idem de se asseuerant. Quis ergò hîc iudex erit, quô veritas salua permaneat, et lis oĩs sopiatur?

Sũma Præfatiõis Staphyli in Apologia.

Iudex nimirùm sit oportet, primò quidem, Catholicus totius orbis Christiani consensus, id est, totius orbis Christiani concors explanatio & intelligentia verbi Dei: quæ quidem explanatio & potest & debet doceri ac probari ab ipsis adeò Apostolis profecta, ad nos vsque promanâsse, atque vbiquè toto orbe Christiano perpetua temporum serie permansisse integra & inuiolata, & in hæc vsque tempora pducta esse. Deindè iudex erit Digitus Dei, id est, præclara, ingentia, diuina miracula, quæ præpotens Deus potenti dextera sua multis designauit modis, ob singulos quosque Catholicæ fidei nostræ approbandos articulos. Tertiò, iudicis partes sustinebunt veteris Instrumenti typi seu figuræ: vtì, quandoquidem vetus Testamentum noui quædam figura est, hocipso Iudaicæ Synagogæ vmbræ, Christianæ Ecclesiæ luci testimonium perhibere queant. Exod. 8.

Exemplum articuli in Controuersia positi.

Quod vt poßit rectiùs intelligi, exemplũ agè adferamus. Ponamus in Concilio disputatum iri, num sub altera Eucharistiæ specie in cœna Domini tantundem sit quantum sub vtraque: Catholici, id affirmant, Luterani negant. Ecquis hîc iudicis vice fungetur? Dei verbum. Atquì vbinàm Dei verbum ait, sub vtraque specie totum esse corpus Domini, sub altera non nisi dimidium? Nusquàm profectò. Vbì itidèm diuinæ Scripturæ textus habet, sub altera specie non minus esse atquè sub vtraque? Nec id quidem vsquàm. Quis iam hanc nobis litem dirimet? Si ergò litera vel nudus textus bellum hoc componere non potest, dubium non est, quin id germanus Scripturæ intellectus & explanatio præstare debeat.

Vndè eius vera interpretatio petenda.

Vndè verò genuinum hunc scripturæ intellectum in Cõcilio hauriemus, quô tum veritas salua permaneat, & errores aboleantur? Petendus est ille primò ex consen-

sensu Catholico, ex Catholicæ Ecclesiæ consensione, quæ ab ipso Christo Domino per Apostolos & eorum successores legitimos inuiolata ad nos vsq; peruenit. Ait enim Apostolus: Diuisus est Christus? 1. Cor. 1. *Quam sententiam Catholica Christi Ecclesia ità semper & vbiquè accepit et interpretata est consensu Catholico, Christum in venerabili Sacramento non posse diuidi: id quod potest ex veterum monumentis constantèr doceri. Deindè idem* Vide Concilia Ephesinum & Chalcedonens. *articulus adstruitur etiam insigni veteris Testamenti figura, dum illi qui colligebant Manna, (quod citra dubium typum gessit Eucharistiæ, vt liquet ex Apostolo 1. Corinth. 10.) nec plus habebant, etiamsi plus collegissent, nec minus, qui* Exod. 16. *collegerant minus, sed tantundem habebant omnes, cùm venissent domum. Vndè ea manauit Hilarij pontificis Romani sententia & decretum: Vbi pars est* De Consecrat. Dist. 2. Ca. Vbi pars. *corporis, est & totum. Eadem ratio est*

in corpore Domini quæ in Manna, quod in eius figuram præceßit: de quo dicitur,
Exod. 16. *quòd qui plus collegerat, non habuit amplius: neque qui minus parauerat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus Sacramenti spiritualis. Hæc ille.*

Postremò multigenis ijsdemque stupendis miraculis diuinitùs editis idem articulus à Deo præpotente eum in modum approbatus est, vt quisquis non nisi scintilla quadam veræ & germanæ lucis fidei præditus est, dubitare nunquàm possit, an verũ Christi corpus sub altera specie æquè àc sub vtraque sumatur. Legantur historiæ de Iudæis, quæ permultis locis accidêre, putà Bæduri, Vratislauiæ, Ratisbonæ, Teckendorphij in Bauaria Anno 1337. ac deindè Berlini in Marchia Brandẽburgens. anno 1512. atq; iam recèns in Polonia in ditione Gnesnens. Archiepiscopi. Certa enim oculorum experi-

perientia comprobatum est, cùm scelesti & occæcati Iudæi hostiam Dominici corporis compungerent, sanguinem indè profluxisse, et alia insupèr miracula visa esse: quæ sanè & eius generis alia omnipotens Deus in huius articuli confirmationem propterea declarare voluit, perspicuum vt foret, sub panis specie verum corpus et sanguinem Domini paritèr adesse, atq; vt damnata Manichæorum hæresis, asserentium sub panis specie non nisi corpus exangue haberi, re ipsa confutaretur.

Cùm igitur totus iam orbis in ea disputatione et consultatione versetur, qua ratione Christianum, liberum, partium minimè studiosum Concilium institui et haberi possit, ecquid magìs Christianũ esse potest, quàm eam amplecti & retinere verbi Dei interpretationem, quam Christus suis tradidit Apostolis, Apostoli deindè per se suosque successores in toto or-

be Christiano prædicârunt ac propagârunt. Ecclesias passim & vbiquè super ea exædificârunt, cultumque diuinum illi superstruxêre? Quid verò liberius, tutius, laudabilius esse queat, quàm antiquæ & veræ fidei inhærere, nec ad vlla noua hæretica dogmata amplectenda cogi? Quid item tam à partium studio alienum esse poßit, quàm si priscos illos S. Patres de horum temporum cõtrouersijs in suis scriptis eum in modum disserentes audiamus, àc si nostra ætate de ijs scripsissent? Non possunt tamen S. Patres illi venire in suspicionem, quòd ob personarum studium in hanc vel illam partem propensiores sint, quandò illi iampridèm è viuis exceßêre. Hac de re scripsi ego & disputaui affatìm & solidè in Præfatione mea: atque in præsentiarùm is contentus ero. Quid verò ad hanc Christianam & sanam celebrandi Concilij rationem Smidelinus respondet?

Sa-

Satis, inquit, nostri compertum habent, quid Dei uerbum doceat: neque ignorant, quid plerique ueterum scripserint, & quid Concilia contra sacrosanctum Dei uerbum statuerint, & quàm ingentes errores & idololatriæ in Ecclesia multo tempore fuerint. De huiusmodi rebus ut nostri doceantur, non opus est ullo concilio &c. Smide. C. 3. fac. 2.

Est hæc quoquè vna ex Luteranæ disciplinæ Topicis, vt quod antè probârint, posteà reijciãt. Luterus quatuor illa primaria Concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinũ, Chalcedonense, intantùm extulit, vt ea quatuor Euangelistis æquiparârit: at iam illa apud Smidelianos euiluerunt. Cùm se Luterus cerneret à Caietano superatum, et in magnas angustias adactum, ad Romanum Pontificem prouocauit. At cùm nec illic quidem hæresis eius locum obtineret, proximè futurũ Concilium appellauit. Vbi verò tandèm comperit, Concilia omnia cum ipsius hæretica doctrina pugnare, Concilia in vniuersum omnia, cunctosq́; S. Pa- Luter. in libello de Ecclesia et Cõcilijs. Sleidanus lib. 1. Hist. Sleidanus lib. 3. Hist. In lib. de Ecclia & Concilijs.

be Christiano prædicârunt ac propagârunt. Ecclesias passìm & vbiquè super ea exædificârunt, cultumq́ue diuinum illi superstruxêre? Quid verò liberius, tutius, laudabilius esse queat, quàm antiquæ & veræ fidei inhærere, nec ad vlla noua hæretica dogmata amplectenda cogi? Quid item tam à partium studio alienum esse possit, quàm si priscos illos S. Patres de horum temporum cōtrouersijs in suis scriptis eum in modum differentes audiamus, àc si nostra ætate de ijs scripsissent? Non possunt tamen S. Patres illi venire in suspicionem, quòd ob personarum studium in hanc vel illam partem propensiores sint, quandò illi iampridèm è viuis excessêre. Hac de re scripsi ego & disputaui affatìm & solidè in Præfatione mea: atque inpræsentiarùm is contentus ero. Quid verò ad hanc Christianam & sanam celebrandi Concilij rationem Smidelinus respondet?

Sa-

Satis, inquit, nostri compertum habent, quid Dei uerbum doceat: neque ignorant, quid pleriq; ueterum scripserint, & quid Concilia contra sacrosanctum Dei uerbum statuerint, & quàm ingentes errores & idololatriæ in Ecclesia multo tempore fuerint. De huiusmodi rebus ut nostri doceantur, non opus est ullo concilio &c. Smide. C. 3. fac. 2.

Est hæc quoquè vna ex Luteranæ disciplinæ Topicis, vt quod antè pbârint, posteà reijciāt. Luterus quatuor illa primaria Concilia, Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinū, Chalcedonense, intantùm extulit, vt ea quatuor Euangelistis æquiparârit: at iam illa apud Smidelianos euiluerunt. Cùm se Luterus cerneret à Caietano superatum, et in magnas angustias adactum, ad Romanum Pontificem prouocauit. At cùm nec illic quidem hæresis eius locum obtineret, proximè futurū Concilium appellauit. Vbi verò tandèm comperit, Concilia omnia cum ipsius hæretica doctrina pugnare, Concilia in vniuersum omnia, cunctosq; S. Pa- Luter. in libello de Ecclesia et Cōcilijs. Sleidanus lib. 1. Hist. Sleidanus lib. 3. Hist. In lib. de Ecclīa & Concilijs.

tres reiecit, dicens, se suosq́; purum ac luculentum habere Euangelium, nec indigere Concilijs.

Hoc eius institutum plerique alij secuti, quotiès multarum insolẽtium nouationum, & bonorum Ecclesiasticorũ nomine in ius vocati fuêre, semper ad proximum Concilium prouocârunt. Cùm autem Concilium Tridentinum, in quod Imperij Ordines consenserant, auspicatum esset, Philippus ità tum se comparare cœpit, quasi illi res cordi esset: profectusq́ue Norinbergam, ibì tantispèr moratus est, donec eum insecutus Dominus eius, Concilium ferro & igni clausit. Sic nimirùm accidit, vbì sub tegmine luditur, & lux reformidatur: fitq́; perindè vt olim apud Iudæos, qui cùm prophetas inter se haberent, nè illorum obiurgationibus perstringerentur, neci illos dabant: rursùm cùm illis nulli diuinitùs Prophetæ mitterentur, prophetas expetebant, & occisorum

Sleida. lib. 6. et 11. Histor.

Erasmus Reinhold in Epist. sua ad amicũ.

Luc. 11.

pro-

prophetarum ædificabãt monumẽta præclara ac magnifica, vt viderentur studio quodã teneri veritatis percipiendæ. Deniquè, vt rem in pauca conferam, eò illorum spectabant omnia, vt se ostenderent nullam posse reperire arborẽ, à qua pendére vellent. Eodem modo agitur cum hæreticis. Nam tametsi propriæ conscientiæ attestatione comperiunt, doctrinã suam consistere non posse, at nihilominùs quacunq; possunt parte effugia captant. Cùm nullius cogendi Concilij ob ingentes bellorum tumultus spes affulgeret, Conciliũ flagitabant: porrò simul atquè Concilium instituebatur, alias illi iniquas rationes obiectabant & prætexebant, vti nè suas Hæreses vlli legitimo iudici submittere compellantur: illorumq́ue mala conscientia in re flagitiosa et immani hoc ipso satìs conuincitur, quòd qui lucem fugit, pro more etiam veritatem odio habere solitus sit. Nos autem, inquit Smidelinus, Iohan. 3.

nus, nõ fugimus lucem. Quî verò tandèm nõ fugitis? Id iam Lector ex his eius verbis comperiet.

Smid. C. 3. fa. 2. *Sin autem, inquit, Staphylo et eius gregi proponatur, num in Concilio Tridentino Dei uerbũ iudicis partes sustinere debeat, ità ut illi constitutiones, decreta & mortales omnes subijci debeant, utq; scriptura per seipsam, id est, loca obscura per luculenta exponantur, quem in usum linguæ Hebraica & Græca adhibentur, utì Augustinus multis docet locis: atque utra pars tum suam his rationibus nequiuerit doctrinam constabilire, ea alteri cedere debeat &c.*

Deut. 27. Psalm. 118. Hier. 11. *His ego paucis respondeo: Fiat, fiat, fiat. Et maledictus sit, quisquis humanas constitutiones & decreta, immò et mortales quoscunque, Dei verbo & voluntati velit anteferre. Quis enim tyrannum aliquem, nè dicam Episcopos, ferre velit, qui se supra et contra Dei verbum statuere non dubitent? Dei ergò verbum iudicis personam sustinere debebit, conuenientèr illi sententiæ Domini I E S V:*

Ser-

Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum. Ecquis verò est iste sermo, vel verbum Dei? Nimirùm scripta diuina, quæ vulgaritèr sacra Biblia nominantur. Sed quid si ea in quibusdã obscura hominum oculis sint? Respondet in superioribus Smidelinus: Scriptura per seipsam, id est, loca obscura per luculenta explanentur, quem in vsum linguæ Hebraica et Græca adhibentur. Iohan.12. August. lib. 3. de doctri. Christ.

Partìm id quidem non planè respuimus. Est enim duplex Interpretatio: Vna, cùm lingua alia in aliam transfertur: Altera, cùm ex communi scripti intelligentia, quam Rhetores Thesin vocant, emergentes casus & controuersiæ seu Hypotheses deciduntur. Quòd igitur ad primam interpretatiõem attinet, quô Biblia probè & germanè reddantur, isthæc quæstio incidit, quinam isti futuri sint interpretes? Puto equidem Smidelinum & Brentium fore, & fortaßis oẽs Cicero lib. 1. de Oratore. Cicero ibidem.

illos,

illos, quorũ ea in re opera velint vti Protestantium Ordines. Ergò, si fortè eueniat, vt isti Luterani Theologi Biblia vel Germanicè, vel Latinè reddãt, num proptereà aliæ omnes Christianæ Catholicæ nationes eiusmodi tralatione contentæ esse debebunt? immò verò, num isthanc interpretationẽ proprij illorum Symmystæ & collegæ recipient? Mihi profectò non fit verisimile, ab ipsa nimirùm docto experiẽtia. Cùm enim Lipsiæ decretum emanâsset, nullã aliam præterquàm Luteri translationem legẽdam in Ecclesia, Tigurini suam quoquè Latinam versionem ediderũt, in cuius Præfatione aiunt, Ecclesiam ad nullam certam translationem alligari debere sed cuilibet liberum id esse, vel sic vel secùs vertere textum Scripturæ pro suo arbitratu. Itaque si Smidelinus dicturus sit, nationes omnes in sola hac Luterana versione necessariò acquiescere debere, Luciferum ipsum super-

Lipsicũ hoc Decretũ notorium est.

Vide Præfationẽ in Tigurinorum Latina Biblia.

perbia vincet. Contrà autem, si cuique liberum erit, pro suo arbitrio nouam proferre translationem, quæ tandèm quamque horrenda indè confusio apud Ecclesias omnes existet? Ponamus autem, Luteranos velle, vt Biblia Græcæ et Hebraicæ linguæ periti transferant, quô concors extet versio, quam nationes omnes pariter amplecti queant. Sed quis (oro) mortalium, aut quæ tandèm Academia præ alijs omnibus nationibus & Academijs tantũ sibi sumere ausa erit, tanquàm ipsa poßit eam conficere versionem, qua sinè vlla contradictione Christianus orbis vniuersus contentus eße debeat? Nullum ergò aliud superest consilium, nisi vt Christianæ nationes omnes iam dictarum linguarum callentißimos mittãt ad Concilium, vt ij pariter veram absolutamq; versionem, si quid in editione veteri vspiàm desideretur, cudant & conficiant. Quid si verò ad id negocij deputati

tati Hebraicæ Græcæque linguæ periti, in plerisq; magni momenti locis scripturæ Diuinæ transferendis inter se conuenire nequeant, vt quidem facilè poßit accidere, maximè quandò in his horrendis schismatîs quilibet suo ducitur cerebro, nec quicquã alijs concedere vult, an non hoc casu consultum sit, vt Concilium præscribat & statuat prisca & antiqua translatione tantispèr contenti vt simus, donec Theologi memorati in quandam poßint conspirare cõcordiam, præsertim cùm sancta Catholicaque Christi Ecclesia iam annis mille quingentis toto orbe Christiano in veteri versione acquieuerit, eaque vtenda salutem sit adepta sempiternam? Penset hîc vnusquilibet Christianus, quàm ad concordiam spectent Smidelini consilia.

Augusti. in aliquot Epistolis ad D. Hiero. et de Ciuit. Dei lib. 18. ca. 44.

Altera Interpretatio, quæ nõ in verbis sita est, sed in rebus ipsis, Smidelino minimè adlubescit, prorsusque nihil eius

sedet

ſedet animo. Facit ergò pro more hæreticæ Rhetoricæ, partemque cauſæ pro tota cauſa vnicuilibet vi obtrudere et ingerere molitur. Interpretationem linguarum admittit, at germani ſenſûs interpretationem planè reijcit. Quàm verò etiam hæreticè hîc ſeſe gerat, paucis oſtendam, allatóque exemplo periculum faciam, num id idiomatum tralatione poßit componi & tranſigi.

Vide Ariſtot. in Elenchis. Cicer. lib. 2. ad Heren.

Non leuis momenti controuerſia eſt de cœna Domini, vt verba hæc, HOC EST CORPVS MEVM, accipienda ſint. Textus Latinus habet, Hoc eſt corpus meum: Græcus, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου. Quærò hîc ex Smidelino, num linguas has Zuinglius, Oecolampadius, Carolſtadius non intellexerint? num Luterus & Brentius iſthæc verba non ſint aſſecuti? Quòd ſi linguarum cognitio lites componere poteſt, quid impedimento fuit, quô minùs hic perplexus nodus,

qui totum ferè orbem Christianum affligit & dementat, eorum qui linguas callent, studio nō pridèm iam sit dissolutus? Luterus et Brentius Zuingliū & Carlstadium execrati & detestati sunt, atq; hi rursus illos. Vtra pars igitur Hebraici Græcíque idiomatis peritia conuicta & superata est? Smidelinus respondet:

Smidel. C.4.fa.1. Vbi uerò solum Dei uerbum, quod secum non pugnat, iudicis fungitur officio, atque ubi ex sententiarum inter ipsas collatione intelligentia relucet perspicuè, ibi Christiani ultrò parati sunt comparere, ad quod sese obtulêre semper, sed nihil impetrare potuerunt.

En habetis hîc rem omnē optimi Christiani. Scripta diuina secùm non pugnāt, Euangelici Christiani lites suas omnes ad Scripturæ sacræ præscriptum transigūt, Itaque nullæ inter illos sunt lites, sed vltrò parati sunt ingenti cū concordia comparére. Obserua hîc, amice Lector, vt res controuersiosæ linguarū peritia redigantur in concordiam. Quæro hîc ex Smidelino,

lino, quandò lis hæc linguarum cognitione dirimi non potest, quid tamẽ agendum sit? Loca, inquit, obscura per luculenta concilianda sunt, atq; hac ratione in Concilio controuersiæ omnes sopientur. Atq; vtinàm faxit Deus, fieri id vt posśit. Sed cùm ille hoc consilij Tridentinæ Synodo suggerat, cur non eodem ipse vtitur ea in lite & contentione, quæ est inter Caluinistas & Saxonicos, inter Lutcranos et Zuinglianos? Si sententia hæc, Hoc est corpus meum, obscura est: cur Smidelinus alia luculenta & perspicua non adducit loca, quæ eam illustrent, explicent, concilient? Luterus Apostoli veritatem, vt probet re vera adesse Christi corpus in 1.Cor. 11. *Eucharistia et Sacramento Altaris, hac vult declarare sententia, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: At* Iohan. 1. *Zuinglius hac vtitur sentẽtia, Caro non* Iohan. 6. *prodest quicquam: ex qua cõficere vult, non nisi figuram quandã esse, neutiquàm*

verò corporis Dominici loco haberi debere. Vtraque pars hac in re sententiam obscuram alia, quæ esset dilucida magis, explicauit. An verò propterea ilicò rediêre in concordiam? Immò planè redière, sed qualis est concordia inter ignem et aquam. Luterus memoratam sententiam exponit suo more, et Zuingliani quoquè suo: conuenitque inter illos haud secùs, atquè inter canes et feles, inter bufones & araneas.

Sed quærat hîc forsan aliquis: Qua igitur ratione Cōcilium pertinget ad veri exploratam cognitionem, quô isthæc Sectarum schismata tollantur è medio, quandoquidem linguarū peritia non vbiquè sufficit Scripturæ diuinæ conciliandis sententijs? Hîc igitur ad rem ipsam nostra sese refert oratio, atq; ex Christiano pietatis zelo affirmo, nullā aliam neque viam neque rationem in terris inueniri posse, præter vnam hanc, nempe vt

Pa-

Patres in Concilio dent operā, vt ex ſanctorum Patrum monumentis ſacriſque Concilijs explorent, quem in modum id genus obſcuras ſacrarum literarum ſententias Apoſtoli intellexerint & interpretati ſint: vtque eundem verum Apoſtolicumque locorum obſcurorum intellectum ſucceſſores Apoſtolorum amplexi ſint ac propagârint, & toto orbe Catholicam Eccleſiam illi ſuperſtruxerint, illo gubernârint, & ad nos vſque perduxerint. Is nanque dicitur & eſt Catholicus & genuinus intellectus, Catholicaque et Chriſtiana obſcurarum ſententiarum interpretatio. Deindè etiam & poteſt & debet fidedignis oſtendi documentis, vt præpotens Deus ſingulos quoſque Chriſtianæ fidei noſtræ articulos vno vel pluribus miraculis approbârit. Poſtremò, ex vmbra veteris Teſtamenti lux noui citra vllam vanam & falſam opinionem poteſt luculentèr perſpici.

Liberum Concilium. *Quandò igitur tale, vt est suprà dictum, Tridenti Concilium futurum est, nempè, in quo solum Dei verbum cum suo vero, germano, concordi, Catholico & Apostolico sensu vel intellectu & interpretatiõe, (quæ duo inter se minimè sunt contraria) Iudicis partes necessariò sustinere debeat, iure etiam eò Christiani omnes lubentes accedere debebunt, prout omnes Christianitatis Ordines semper ad id paratos sese obtulerunt. Et quid verò excogitari vnquàm poßit Scripturæ diuinæ perindè consentaneum, quàm vt articulum illum fidei nostræ sequamur, quo iubemur credere Catholicæ Ecclesiæ? Ea est enim columna & firmamentum veritatis, et petra Christi Domini. Eam Christus per Apostolos suos in totum orbem propagauit, per eorumq́; posteros & successores suaipsius perpetua præsentia huc usquè conseruauit. Atq; harum & id genus aliarum Dei irrefutabilium promissio-*

Sleidanus lib. 11.

Symbolũ fidei nostræ.

1. Tim. 3.

Matth. 16.

Luc. 24.

ſionum conſideratione adductus vir doctiſsimus Siſinius, Imperatori Theodoſio hoc dedit conſilij, vti nè alia ratione Concilium cum Arrianis Conſtantinopoli haberet, niſi quatenùs priſcorum Patrum explanationes et conſenſum Catholicum legitimi Iudicis loco admittere atq; perferre vellent: quæ quidem hiſtoria apud Socratem his verbis legitur conſcripta:

Erat autem Siſinius vir eloquens, et rerum expertus, ſacrarumq́ue literarum expoſitiones exactè tenens, ſicut & Philoſophica dogmata. Cõſiderabat hic, quòd diſputationibus ſchiſmata non modò non vnirentur, ſed et contentioſæ magis redderentur hæreſes: eamq́ue ob cauſam tale quoddam Nectario conſilium ſuggerit: Quoniam ſciebat veteres initium eſſentiæ filio Dei dare noluiſſe, eô quòd intellexerint eum coæternum eſſe Patri, conſulit fugiendas eſſe Dialecticas diſceptationes, & teſtes aduocandas priſcorum In Hiſtor. Eccleſiaſt. Socrates li. 5. ca. 10.

expositiones, interrogandosq́; ab Imperatore hæresiarchas, quonam loco eos doctores habeant, qui ante istam diuisionem fuerunt: an eos ad Ecclesiam pertinere putent, vel tanquàm alienos à Christianismo repellant. Quòd si illos reprobent, audeant igitur eos Anathemate damnare: Si hoc facere non dubitabunt, à multitudine profligabuntur. Quo facto, conspicua erit veritatis victoria. Si verò veteres Doctores non repellent, nostrum erit libros veterum proferre, quorum testimonio doctrina nostra cõfirmetur etc. Consilium hoc Theodosius secutus, hæresiarchis consensum Catholicæ expositionis, perindè vt à Sisinio erat suasum, proposuit. At mox inter eos orta dissensione, Imperator & passìm omnes, illos tanquàm non rectè sentientes condemnârunt. Hæc ille

Quidni igitur isthæc forma in Concilio Tridentino tã sit oportuna, et in vsum adhi-

adhibenda, atquè Imperatoris Theodosij temporibus? Sed hæretici hanc nolunt frangere nucem: vident enim iocum oēm in seria abiturum. Facit ergò Smidelinus haud secùs, àc si hæc illi non sint lecta in libro meo, eaq́ue transilit. Atquì hæc illi interim breuitèr sit de Concilio reddita responsio.

In Præfatione ad Christianum Lectorem cōmemorat, ut sit ineuitabili necessitate adactus ad hanc edendam Apologiam, nimirùm citra culpam suam multigenis contumeliosis scriptis per Luteri discipulos turpitèr infamatus, per quos tristes atque infausti hi nuncij, quibus totus iàm orbis Christianus, non absque immani iactura et pernicie plenus est, (sic enim ille appellat gratiosam & iucundam annunciationem sacrosancti Euangelij de remissione peccatorū per sola Christi merita obtinenda) longè lateq; propagati sint &cæt. Smidel. C. 4. fa. 1.

Quòd ego primus hac in re non fuerim, sed me Luterani priores inuaserint, res ipsa loquitur, & nec quisquam inficiari potest. Guilhelmus Gnaphæus, Zuingli-

anæ & Anabaptisticæ factionis homo, anno 1549. Iohannes Funck Osiandri sectator, anno 1552. publicè in me scripta ediderunt, priùs quàm ego vel iota vnum typis euulgandū curâssem. Quàm amantèr etiā erga me Philippus Melanchthon sese gesserit, potest ex eius in Epistolam ad Romanos præfatione, anno 1556. edita animaduerti: vt interim alios Pasquillos, scripta famosa & Carmina silentio prætercam. Sed quandò tandèm Trimembris Theologia prodijt? Anno 1558. Cernis hîc Christiane Lector, vtra pars litem hanc alteri intenderit.

Quòd autem Smidelinus mihi improperat, me Luteri & Melanchthonis discipulū fuisse, id ego nō eo inficiàs. Nanque Vuittenbergæ annis decem meo ære victitaui, & literis operam dedi, Luterum quoquè, Melanchthonem & plerosque alios audiui: quin & id temporis ceu homo ætate iuuenis ac rerum imperitus,

non-

nonnihil Luterani toxici et virulenti erroris hausi: sed id tamen non eas in me radices egit, quin opportuno potuerit antidoto expelli. Porrò quòd in dogmata Luteri & quintum Euangelium non penitùs consenserim, possunt pleraq; esse documento. Primò quidem, quòd cùm mihi Vuittenbergenses persuadere vellent, vt apud ipsos Doctoris titulo ornari me permitterem, id ego facere recusaui ob vitandam publicam Confeßionem meam & Vuittenbergense iusiurandum: cuius rei mihi testis est D. Georgius Maior etiamnùm superstes. Secundò, quòd Luteranas Ecclesiarum administrationes vel ministeria nunquàm in me recipere volui, tametsi ante aliquot annos in locis quibusdã præcipuis, putà, Augustæ, Lubecæ, Brunsuuici, & apud Principes quosdam postulatus sum ad Superintendentis obeundum munus. Tertiò, potest indè quoquè intelligi, quàm ego per oĩa

erga Luteranā doctrinam animatus fuerim, quòd cùm apud Prußiæ Ducem Professoris & Consiliarij prouinciam in me recepissem, in ipsa meî conductione id inseri iusserim, nolle me ad vllam siue religionem siue doctrinam adigi, quæ cum primitiuæ, Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ pugnet consensu. Eius meæ conductionis, vbi res postulabit, fide dignum, Vidimus, paratus sum exhibere.

Smidelin. C.4.fac.2. Quàm moderatè uerò se gerat Staphylus, & quàm sinè ullis conuicijs & contumelijs, res ipsa hoc in libro declarabit. Vt enim alios omittam, in quos non poterat esse contumeliosior, in me tam exactè inquirit, & quia nihil inhonestum in me conferre potest, clementiss. Principis & Domini mei colorem in manica mea carpēdum sumit, cùm tamen ex libello in Latomum scripto poßit certior fieri, quorsùm ille adhibitus sit: tum præterea præ nimia iræ & odij acerbitate non scit, qui me uocare uelit, quô satis me conuicijs proscindat &cæt.

Nota, quàm sit Staphylus in Smidelinū contumeliosus.

Est, vt suprà diximus, peculiaris quædam hæretica Topica, vt hæretici id alijs fal-

falsò affingant, quod ipsi re ipsa improbè designant. Equidem in libri mei exordio receperam, quod etiam præstiti, nolle me vllis vti conuicijs & contumelijs. Smidelinus verò cùm librum ipse suum maledictis & conuicijs oppleuerit & accumulârit, vult hominibus persuadere, me in scripto meo à iactandis probris & contumelijs mihi temperare minimè potuisse, egregijque exempli loco adducit, quòd illi clypeatam manicam improperauerim. Vtrùm verò id quod facturum me receperam præstiterim, néc ne, Lector honestus & integer à me sedulò rogatus, ex ipso libro meo certiùs cognoscat, vanæq; Smidelini orationi fidem nè commodet.

Porrò de seipso scribit Thraso ille, se uitam & conuersationem suam ità nôsse inculpatam, ut nullius sibi formidandus aut subterfugiendus sit uultus, &c. Smidelin. C.4. fa.2.

Mos ille Lutero fuit, quem ab illo Luterani dogmatistæ omnes probè didicerunt,

runt, vt cùm sunt veris & solidis argumentis destituti, in eorum locum substituant plaustra conuiciorum. Quod cùm isti erga me satis superq́; declarârint, pro tuenda, ità vt par erat, fama mea dixi, tametsi coram Deo agnoscā me miserum peccatorem: at sperare me tamen, quòd ad ciuilem & politicam disciplinam attinet, neminem admodùm, modò verax esse velit, culpaturum vitam meam: eoq́ue nullius mihi reformidandum defugiendumq́ue esse conspectum. Hanc ergò voculam Smidelinus arripit, obijcitq́; mihi me Melanchthonis & Ludouici comitis ab Eberſtain *defugisse cōspectū. Tum quoquè ingredi me per plateas, nec tamē adspectare homines. Indè porrò sublimis hic Doctor id vult effici, me propterea quòd quintum Luteri Euangelion oppugnem et damnem, mala angi conscientia. An non verò isthuc cumprimìs validum est argumentum? Sanè quòd ego in plateis*

teis

teis gradiens, non in omnes paßim angulos, meos circumagito et conijcio obtutus, perindè vt insignis heros Smidelinus, nemo q̃ sit honesti et integritatis amans, in malæ conscientiæ argumentum id interpretari poterit. Quodq́ etiam aliquandiù, proh dolor, infirma fui oculorum valetudine, multi nôrunt honesti homines, id mali neutiquàm mihi ex vini aut ceruisiæ largioribus poculis accidisse.

Optat hic vir religiosus & pius Smidelinus mihi esse superstes, meum vt possit videre vitæ finem. Vbì quæso rursùm animaduertas Lector argumentum planè Euangelicum: Ex obitu hominũ vult ille Catholicæ fidei discere & decernere veritatem, quasi neceßè sit eos omnes, qui Luteri Euangelium persecuti sunt, misera & acerba morte perire: cõtrà verò qui id propugnant, suauitèr obdormire in domino. O insignem perspicacitatem, O præclarum ingenij acumen. Ego verò pre-

Psalm. 142. *precor patrem omnis misericordiæ, nè intret in iudicium cum seruo suo, sed propter dilectum Filium suum det propitius veniam erratis meis, felicemq; mihi obitum largiatur, Amen.*

Quòd autem Iacobus Latomus Christianè et benè mortuus sit, & non quemadmodùm Luterani sceleratè et falsò de illo iactant, certò illi testabũtur, qui tum Louanij ad eius obitum adfuêre, ex quibus nõnulli apud nos Ingolstadij morantur. Vt itidèm Iohannes Hofmeisterus Guntiæ diem suum obiêrit, non est incompertum: cuius sanè Christianus vitæ occasus tanto est maiori cum dolore pensitandus, quòd non prorsùs obscura extiterint indicia, in quodam Luterano conuiuio ficum illi Italicam, id est, venenum oblatum esse. Quod quidem ità se habere, hodieq; grauitèr testantur familiæ quædam apud Vlmenses, fatenturque palàm, se memorati bonæ memoriæ D. Iohannis

Hofmeisteri supremæ horæ adfuisse, idq́; verissimè adseuerare posse, illum vitam suam absque vlla desperatione & importuno clamore (quod eius aduersarij per mendacium illi affinxêre) in Domino feliciter & piè clausisse. Posset idem et de alijs hîc referri.

DE PRIMA PARTE APOLOGIAE.

IAM porrò, ait Smidelinus, tres libri eius partes aggrediar, & tum ueritatem ab eius deprauatione, tum honestorum hominũ nomen ab illius conuicijs et contumelijs, quantùm quidem necessè erit, & tam breui temporis spatio fieri poterit, uindicabo. Smidelin. D. I. fac. I.

Agè iam ad rem ipsam propiùs accedemus,

demus, zeloque veritatis ducti, huic negocio accuratè ibimus obuiàm, postpositis interim, quoàd eius fieri poterit, omnibus Smidelini superuacaneis ac inanib9 verbis, vtì nè veritas futili garrulitate obscuretur.

Tres Quæstiones de verbo Dei.

In prima parte quæritur de vero germanoque sacræ Scripturæ intellectu, vbì tres incidunt Quæstiones: Prima, Quid DEI verbum propriè sit: Altera, Num Catholici Dei verbum habeant, semperq́; habuerint: Tertia, Vtra pars, id est, Catholicine an Luterani obtineant genuinum verbi DEI intellectum. Sed priùs quàm ad hæc tria tractanda progrediar, nonnihil respondere compellor Smidelini extrauaganti & ab ordine discedenti obiectioni, qua ille sic ait:

Smidelin. p. 1. fac. 2.

Cùm autem ad expositionem uentum est, monachi & sacrifici textu Euangelij omisso, populo interim fallendi temporis gratia fabulam quandam narrârunt de Purgatorio, de supplicijs quæ illic animæ perferunt: aut quiddam histrionicum,

ut

ut in Paschate risum excitarent: aut ubi cōmodè cecidit, Missam sedulò auscultandam, Sanctis seruiendum, à carnibus abstinendum, Peccata omnia in Confeßione explicanda, &c.

Si quidem monachi vel sacerdotes suo concionandi munere nō rectè functi sunt, atque interdùm intempestiuam quæstionem vel fabulam suis concionibus permiscuêre, non est id quidem probandum: expediretque, Episcopos suis ouiculis attentiùs inuigilare. Puto autem non multo rectiùs agi apud Luteranos, vbi non fabulæ duntaxat, sed horrenda maledicta, conuicia, contumeliæ, criminationes maxima ex parte in Concionibus iactantur et expromuntur. Quòd verò Smidelinus asserit, merita et sanguinem Christi apud nos prædicata non esse, sed potiùs contrarium: homines enim huc illuc remissos, persuasosque, posse ipsos his atque illis proprijs operibus peccata sua expiare & pro illis satisfacere &c. id, inquam,

(ſit venia verbo) Luterus Catholicis per mendacium affinxit. Poſſumus enim nos multis codicum millibus planum teſtatumq́ue facere, de meritis & ſanguine Chriſti, iamindè ab Apoſtolis vſq; in præſens, in Catholica Eccleſia ſyncerè & rectè eſſe prædicatum. Id nanq; ſcribimus, docemus, profitemur palàm, hominē peccatorem & impium ex mera Dei gratia, per Chriſti merita, abſque propria dignitate & ſinè vllis præcedentium operum meritis iuſtificari. Ità docuêre Apoſtoli: ſic ea de re S. Patres ſcriptum reliquêre, ſic indè Doctores Scholaſtici diſputârunt: Ità deniquè noſtris temporibus omnes tum docuêre, tum ſcripsêre Catholici Theologi. Porrò quòd apud nos de animarum pœnis, de Miſſa, & id genus alijs pro concione ſermo ad populum, & habitus eſt anteà, & hodieq́ue habetur, id profectò non perperàm fit, ſed rectè. Atquì eæ diſputationes non ſunt huius loci:

August. de Spu et lrā. Thomas 1. ſecundæ q. 112. D. Soto de Natura & grā lib. 2. et alij omnes.

loci: nos enim hîc agimus de Scripturæ diuinæ proprietate. Itaq; iam rem ipsam aggrediemur, primamq́ue illam quæstionem, Num Catholici quoquè verbũ Dei & Euangelium habeant, aliquanto fusiùs expendemus.

Verbum Dei pro hac disputandi ratione, et vsitato dicendi more, est scriptura sacra, vel sacra Biblia, de quibus Paulus ait: Omnis scriptura diuinitùs inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum &c. Atque vndè Christus ipse loquitur, vbì ait: Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. Nec dubium est, quin isthuc verbum Dei non modò nouum, sed etiam vetus sit Testamentum: immò vtrunque paritèr non nisi vna scriptura sacra, vnumq́; Dei verbum. Atque tametsi Luterani ex toto huius Diuini verbi corpore quasdam necessarias partes auellunt & reijciunt, tamen in præsens nolim id in disputatiõem 1. Quæstio. 2. Tim. 3. Luc. 11.

adducere, sed perindè habere ac statuere, àc si illi Scripturam sacram omninò totam cum omnibus illius punctis & partibus admittant & recipiant.

II. Quæst. *Indè iam mox altera cõsequitur quæstio, num vero consentaneũ sit, quod Luterus & Luterani concionatores omnes scriptitant & clamitant, Catholicos reliquisse verbum Dei, in latebras illud abdidisse, sacrosanctum Euangelium persequi, nolle recipere nec habere illud, immò neque posse neque velle tolerare. Id enim*
Tomo Germanico 7. fol. 474. *Luterus scribit multis operum suorũ locis, præsertim verò in libro cõtra Papam Paulum 3. & de Ecclesia & Concilijs. Itemque ad dilectos Germanos suos scribens, ait Papistas nõ modò reliquisse Dei verbum & Euangelium, sed illud etiam persequi & condemnare. Hîc iam mihi cum Smidelino sermo conferendus est, ex eoque percontandum, quînam accipiendum sit, cùm Luterus scribit, Papistas*

damna-

damnare verbum Dei: num Luterus ijs verbis intelligi velit illud Dei verbum, quod nos scripta diuina nominamus: aut potiùs diuini verbi expositionem, quam Luterani Doctores & Ecclesiastæ siue pro concione depromunt, siue in suis libris scriptitant. Vbi si Smidelinus responde-at, Luterum verbum Dei non aliud velle intelligi, quàm sacram Scripturam, non potest Smidelinus non esse impudens & honestatis immemor, quandoquidem in hoc suo libro hunc in modum loquitur:

At nunc Staphylus ipse fatetur, non negâsse Luterum, etiam in Papatu fuisse Euangelium, idq; ibi lectum & cantatum: quod de textu ipso accipiendum est, qui fuit perspicuus, luculentus & purus. Smidelin. D. 1. fac. 2.

Sin verò responsum reddat Smidelinus, non id asserere Luterum, quòd Papistæ verbum Dei, id est, sacram scripturam, sed eius interpretationem seu explanationem, quam Luterani Concionato-

res proferunt, execrantur & damnant: profectò indè conficitur, Luterum & Smidelinum Luteranorum Ecclesiastarum explanationes, conciones, & libros non alio quàm verbi Dei loco velle haberi. Ecquis verò hîc sese continere poßit, quin clamet, Anathema Lutero? Si quidem Luterus in sui exordio Euãgelij scripsisset, non se digladiari cum Catholicis ratiõe scripturæ Diuinæ, (esse enim apud Papistas non minùs, atquè apud Luterum, verbum Dei) sed de sola expositione omnem extare controuersiam & litem, quòd solus ipse Luterus scripta Diuina probè capesseret, at Papatus & Pontificij nunquàm ea rectè intellexissent, nunquàm rectè explicâssent. Si hoc, inquam, pacto scripsisset Luterus initiò, quis mortalium illi se adiunxißet? quis intolerandam illam Luteri superbiam nõ eßet execratus, & odio prosecutus? Eam ergò ipsam ob causam Luterus suos Sectatores

res & Symmystas, Euangelicos appellat: Catholicis verò nomen Papistarum imponit, quòd hi scripta Diuina in tenebras et sub scamnum retruserint, adeò vt Euangelium apud ipsos planè extinctum fuerit: illi verò Scripturam sacram è tenebris in lucem reuocârint, Euangelium amplexi sint, ac denuò accēderint. O vos miseros, afflictos, seductos homines.

Smidelinus tractatulos aliquot edidit, in quibus ea præcipua ars & doctrina cernitur, vt est nupèr à quodā Zuingliano Doctore dictum, quòd aduersarios suos haud secùs ac lepores, sed tamen modo quodam supernaturali, duobus tericulamentis in casses impellere nouit. Sunt autem, Fallacia à causa ad non causam: Et, Fallacia à dicto simplicitèr, ad dictum secundùm quid. O artem mirificam, sublimem, O libros cumprimis vtiles. Sed tamen nullum Smidelinus vnquàm cudit vtilius scriptum, quàm isthuc

præſens: quanquàm exiguo cum honore p̃ceptoris ſui, nec magno commodo Sym-myſtarum ſuorum. Luterus Germaniam omnem, adeóque bonam Chriſtiani orbis partem dementauit, feſellit et deluſit eo-ipſo, quòd ait in Papatu Sacroſanctum Euangelium extinctum & ſuppreßum, porrò in eius locum doctrinas & conſtitutiones humanas ſubſtitutas eſſe. Itaq; in exordio ſcripſit, nihil recipiẽdum extra verum & luculentum ſcripturæ ſacræ textum. Verbum enim Dei per ſe dilucidum & perſpicuum eße, nullas deſiderare S. Patrum interpretationes, eô quòd Patrum expoſitiones obſcuriores ſint ipſis ſcripturis: & ſi quis velit eas per Patres elucidare, clara per obſcuriora illum interpretaturum, quod ridiculum & abſurdum fuerit. Sed nè fortaßis Smidelinus pro ſua Euangelica Topica & conſuetudine negare velit, Luterum quicquam eiuſmodi ſcripſiße, ipſius agè Lu-

Luter. in Præfat. Annotat. Philip. ad Roman. Melancht. in Præfat. Apoſtolic. Canonum. Eraſmus in 1. Hyperaſ. fol. r. horrẽda refert de Lutero, quòd omnes Patres, Cõcilia, et Cõſenſum reÿciat.

Luteri verba audiamus libro cõtra Bullam Leonis X.

Quæ ergò eſt, inquit Luterus, noſtra tam irreligioſa peruerſitas, vt ſacras literas non per ſeipſas, et illarum proprium ſpiritum, ſed per hominum gloſſas velimus diſcere? Hoc autem admiſſo, vlteriùs dabimus, S. Patres ſuis Commentarijs nihil aliud feciſſe, quàm vt dum ſua probant p Scripturas, notiora probârint per ignotiora, & ſic tam ſeipſos, quàm nos mirè illuſerint, prorſúsque in vanum laborauerint. Et erit, vt plùs credamus interpretantibus, quàm loquẽti ſcripturæ. Quis ità inſaniat?

Iam quanti errores in omniũ Patrum ſcriptis inuenti ſunt? Quotiès ſibypſis pugnant? Quotiès inuicèm diſſentiunt? Quis eſt, qui nõ ſæpiùs ſcripturas torſerit? Quotiès Auguſtinus ſolùm diſputat, nihil definit? Hieronymus in Commentarijs ferè nihil aſſerit. Qua autem ſecuritate poſſumus

mus alicui niti, quem cõſtiterit ſæpiùs erráſſe, ſibi et alijs pugnâſſe, ſcripturis vim feciſſe, nihil aſſeruiſſe? &c.

Aut eum afferat authorem, quẽ conſtat nũquàm errâße, ſcripturas torſiße, alijs & ſibi pugnâße, et dubitâße. Nolo omnium doctior iactari, ſed ſolã ſcripturam regnare, nec eam meo ſpiritu aut vllorum hominum interpretari, ſed per ſeipſam & ſuo ſpiritu intelligi volo. Hæc Luterus.

Hoc nimirùm eſt totius Luteriſmi fundamentũ: hac Luterus captiõe omnium ſeductorum corda mortalium intercepit & faſcinauit, putà, quòd ſacra ſcriptura per ſe ſatis luculenta ſit, immò etiã perſpicua magis, quàm gloßæ omnes & interpretationes S. Patrum, qui ſcripturis vim attulerint, atque omnes errauerint, pugnantia ſcripſerint, Dei verbum torſerint, nihil aßeruerĩt. Deniquè quòd nullius hominis ſit admittenda interpretatio,

tatio, nisi quem constet in nullo vnquàm errâsse. Itaque scripturam per seipsam intelligi, & solam regnare debere, nec cuiusquam hominis spiritu exponi.

An non verò isthuc est prohibere scripturæ sacræ interpretationem? idq́; adeò, vt nec Luteri ipsius spiritui fides cõmodanda sit? Hîc iam præclarum Smidelinum auscultemus:

Staphylus, *inquit Smidelinus, scribit, Luterum uelle* Dei *uerbum citra ullam interpretationem habere iudicem, quod est apertum, crassum, impudens mendacium.* **Smidelin. D. 2. fac. 1.**

Quæso, Christianus Lector huius vtriusque prophetæ, Luteri & Smidelini, verba expendat. Smidelinus negat Luterum Dei verbũ duntaxat velle admittere iudicem. Luterus autem ait solam scripturam regnare, & seipsam suo spiritu interpretari debere. Quid ità tandèm? Quia Patres, inquit, omnes errauerunt, Scripturas torserunt, eam nõ probè asse-

cuti

cuti sunt, Scripturæ per se clariores sunt quàm Patrũ interpretationes: & si quis tandèm admittendus sit interpres, eum, ait, afferri debere, quẽ constet nunquàm errâsse. Itidèm scribit ille contra Erasmum hunc in modum:

Erasmus in Hyperaspiste.

Deponite, inquit Luterus, quicquid armaturæ suppeditant orthodoxi veteres, Theologorũ scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, Consensus tot seculorum ac totius populi Christiani. Nihil recipimus, nisi Scripturas, &c. Quod Orthodoxi docuerunt, quod authoritas Ecclesiæ tradidit, quod populus Christianus amplexus est, quod scholæ defendunt, exitiabile venenum est Satanæ. Et mox: Nolo iudicium, sed requiro obsequium: neque quenquam vel tantillùm moueat multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas Ecclesiæ Sanctorum: omnes periêrunt, si ità senserunt, vti scripserunt. Hæc Luterus

ad

ad Erasmum in libro de Seruo arbitrio.

Quæso, quàm bellè istis prophetis inter ipsos conuenit? Haud secùs atquè aquæ & igni, idq; pro hæreticorum omnium more & ingenio. Sed tamen vtcunquè hæc se habeant, nos quidem Smidelino iurè debemus gratias agere, quòd ipse discipulus præceptorem suum tam egregiè & artificiosè extra præsidium isthuc extraxerit. Luterus enim, vt est suprà memoratum, hac fallaciosa & proditoria fretus cōmoditate & opportunitate, innumeras animarum chiliades turpitèr & perniciosè læsit ac perdidit, quandò sub verbi Dei prætextu miserè euersæ plebeculæ suasipsius humanas, Hæreticasque cogitationes et commenta, & repugnantes interpretationes ac explanationes pro Dei verbo obtrusit ac venditauit. Smidelinus verò, qui necdùm vnquàm comperit, quid Luterus sub interpretationis vocula occultet, facit instàr

in-

insulsi cuiusdam Vulcani, qui ad subtiles Luteri limas nondùm admotus sit, aitq́ʒ rotundis verbis, Luterum velle Dei verbum vnà cum germana illius expositione in Cõcilio iudicis obire munus. Nos quidem tibi Smideline gratiam habemus, istudq́ue pro confeßo iam accipimus, totamq́ue litem nostram hocipso contestamur, piosq́ue & integros Christianos oẽs oratos volumus, huius vt benè memores eße velint, nempe, in Concilio vel alibì, vbì sint religionis controuersiæ decidendæ & cõponendæ, tum verbum Dei, tum genuinam verbi Dei interpretationẽ seu expositionem, iudicis partes neceßariò sustinere debere.

Nota pie Lector.

Contestatio litis nostræ.

III. Quæstio.

Atque hîc iam tertia existet quæstio: Quandoquidem ab vtraque parte conceditur & consentitur, scripta Diuina (id est, DEI verbum) exponi debere, vtra pars veram & genuinam proferat expositionem, Catholicí ne, an verò Luterani?

Cùm

Cùm igitur Luterani interrogantur, quã ob rem suam illi explanationem pro Dei verbo, pro syncero puroq́ Euangelio obtrudant, porrò nostram Catholicorum interpretationem non alio, quàm humanarum constitutionum loco habeant et proclament: respondent, ipsorum expositionem propterea purum putum esse Euangelion, quòd in ea obscuræ scriptorum diuinorum sententiæ per claras & luculentas explicentur, ità vt Scriptura sacra seipsam interpretetur. Indè adeò scribit Smidelinus.

Quandò autem uir magni precij Luterus id effecit, ut monachorum puluis, et sacrificorum fabulæ euanuerint, & Euangelij textus non per fabulas, sed alias Bibliorum sententias, sicq́; sententiæ aliæ per alias explicatæ sint, iam tum Euangelion è tenebris retractum est in lucem, & ceu lumen positum super candelabrum, ut totus poßit peruidere mundus, quisnam uia sit & ostium ad uitam æternam, nempe solus Christus IESVS in suis meritis, minimè uerò siue diuorum, siue nostra merita. Smidel. D. 2. fac. 1.

Quàm hîc ineptè & pueriliter doceat Vulcanius Doctor, in gratiam pij Lectoris paulò mihi exactius ostendendum venit. Quotquot sunt ratione præditi homines, id fateantur oportet, idémque quotquot fuêre egregij Doctores docuêre, scripta quoquè Diuina confirmant, quandò in aliqua siue re, siue oratiõe dubium aliquod occurrit, ad explorandam veritatem argumenta quæcunque adhibenda sunt, ea in duobus sita esse, et duobus confirmari oportere, putà, vel ratione & argumẽtis ex re ipsa petitis, vel fide dignorum testium authoritate. Vt autem hac in re sese Theologus gerere debeat, D. Epiphanius docet his verbis: Non oĩa Diuina verba egent allegorijs, sed vti sese habent, accipienda sunt. Egent autem speculatione & experientia, vt sciri possit, quæ cuiusque propositionis natura atque vis sit. Opùs est prætereà vti Traditione: non enim omnia ex Scripturis sacris

Aristot. in Rheto, Cicer. in Top & Partit. Rhetor. Quintilia. lib. 5.

Epiphanius lib 2. cõtra Catharos.

Nota.

cris ſumi [illegible]unt: eamq́; ob cauſam quæ-dam in ſcripturis, quædam in Traditio-ne tradiderunt beati Apoſtoli, quemad-modùm D. Paulus ait, Sic tradidi vobis. 1. Cor. 11.
Et alibì: Sic doceo, ſic tradidi Eccleſijs. Actor. 14.
Hæc Epiphanius: ex quibus perſpicu-um fit, ad ſcripturæ Diuinæ explanatio-nem duo neceſſariò adhiberi oportere, Humanam rationem, & S. Patrum te-ſtimonia atque authoritatem.

Eundem in modum ſcribit etiam D. Auguſtinus: Duplex enim, inquit, eſt via, quam ſequimur, cùm rerum nos ob-ſcuritas mouet: aut rationem, aut certè authoritatem. Philoſophia rationem pro-mittit, & vix paucißimos liberat: quos tamen non modò nõ contemnere illa my-ſteria, ſed ſola intelligere, vt intelligenda ſunt, cogit. Hæc Auguſtinus: August. lib. 2. de Ordine.

Quòd igitur humana ratio, & Philo-ſophia, quæ eſt humanæ rationis doctrix ac magiſtra, ad veram intelligentiam ſeu Prima via ad intel. gẽda ſcripta Diuina.

interpretationē verbi Dei necessaria sit, docet Clemens Alexandrinus Stromatum lib. 1. *qui inter alia huius rei argumenta etiam illud ex D. Paulo adducit,* 2. Cor. 3. *quòd Deus sua mysteria non literis, chartis & atramento, sed* τῷ λόγῳ, *id est, humanæ rationi commendârit. Itemque quod* Colos. 1. *Apostolus ait, Docentes omnē hominem in omni sapientia: idem sic exponit, quòd in domo Dei, vel Christi Ecclesia non tantùm Sara esse debeat, id est, doctrina* Gen. 16. *spiritalis: sed etiam Agar ancilla, id est, Philosophia. Sed neque obscurum est, Christum Seruatorem nostrum Dialectica vsum esse. Exempli gratia, dum ait ad* Iohan. 8. *Iudæos: Qui ex Deo est, verba Dei audit. Vos ex Deo non estis, itaque verba eius non auditis. Itemque: Dominus Dauidis non potest esse filius Dauidis.* Psalm. 110. *Christus est Dauidis dominus:* Matth. 22. *Quomodò ergò potest esse Dauidis filius? Quis hîc nō videat ipsum Dominum esse Dialectica vsum?*

vsum? Idem potest de Rhetorica longè etiam magis dici ob multas figuras, parabolas, aliaq́; præcepta Rhetorica, quemadmodum docti nôrunt & probè intelligunt. Ex rebus naturalibus, quæ Physica vocant, non pauca idemipse Dominus exempla depromit de vento, de Oriente Iohan. 3. *& Occidente, de Luna & Sole, de semi-* Matth. 24. *num & soli ingenio &cæt. Deniquè ex* Matth. 13. *Ethica vel Morali Philosophia, debere vnumquenque facere alijs, quod sibi ve-* Luc. 6. *lit fieri: & quod sibi nolit fieri, id neuti-* Matth. 7. *quàm facere alijs: itemq́ue illos inuitandos ad prandium, qui ob inopiam non pos-* Luc. 14. *sint vicem rependere. Ex his itaq; & id genus permultis alijs perspicuè licet animaduerti, Philosophiam, seu argumenta rationis humanæ ad Diuini verbi interpretationem, quô germanus indè poßit sensus elici et hauriri, instrumentum esse cumprimìs necessarium.*

In cuius rei declarationem prisci illi

Clemens Alexandri. 1. Stromat. Epiphanius lib. 2. cōtra Hæreses. August. in Genesin ad literā, & lib. 17. de Ciuit. Dei.

Patres asserunt, ad veri cognitiōem, sensum & rationem pertinere. Vndè etiam D. Augustinus, vtì nè vulgaris aliquis discipulus in multa distrahatur, modum hunc Philosophicis demonstrationibus vtendi, quadruplicem esse voluit, ità dicens: Quatuor modi à quibusdam Scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ: secundùm Historiam, secundùm Allegoriam, secundùm Analogiam, secundùm Aetiologiã. Historia est, cùm siue diuinitùs, siue humanitùs res gesta commemoratur: Allegoria, cùm figuratè dicta intelliguntur: Analogia, cùm veteris & noui Testamentorum congruentia demonstratur: Aetiologia, cùm dictorum factorúmque causæ redduntur.

Luter. in Præfat. contra Leonem X. et in Seruo Arbitrio contra Erasmum.

Iam agè inspiciamus, vt Luterani primam hanc Scripta diuina interpretandi rationem secuti sint. Luterus, vt est antè dictum, nullã cuiusquam mortalium diuinæ Scripturæ expositionẽ admisit, sed ea

ea tamen fraude & impostura, vt omnes ipsius Luteri expositionem pro ipso Dei verbo amplectantur & habeant. Hanc veteratoriam Luteri captionem Carlstadius & Melanchthon cùm non intelligerent, sed putarent, quandoquidem iuxta Luteri doctrinam, S. Biblia in seipsis luculenta sunt, nulla opùs esse Philosophia, cuius ceu instrumenti cuiusdam adminiculo sacra scriptura rectè possit exponi et intelligi: ad id stultitiæ deuoluti fuêre, vt vniuersam reijcerent Philosophiam, publicitusque damnarent, vtì posteà referemus. Luterus autem cernens Melanchthonem hanc stropham nō intelligere, instruxit eum & admonuit ob suum propagandum Euangelion, ex Philosophia Grammaticam, Dialecticam, Rhetoricam retinere oportere: porrò Physicen, Metaphysicen & Ethicen, tanquàm ipsius conatibus obsistentes, penitùs eliminandas esse.

Eras Alberus lib. cōtra Carlstadium.

Hoc ergò vbi Melanchthon comperit, in eam curam cogitationemque incubuit, vt hanc fabulam efficeret plausibiliorem. Itaque peculiarem scripsit Dialecticam, noua commentus præcepta, eademque multis Scripturæ diuinæ exemplis permiscet, atque indè ea omninò elicit & conficit Topica, quæ ego in Trimembri Luteri Theologia adduxi. Ità Luterus & Melanchthon sua Dialectica rem eò tandèm adduxêre, atque tamdiù causas pro non causis, & non causas pro causis constituerunt, et in rem ipsam contulerunt, vt nulla vera Theologia, sed meræ fallaciæ et imposturæ apud Luteranos Ecclesiastas comperiãtur. Eundem in modum etiã nouam Rhetoricam cudit Melanchthon, applicuitque præcepta ad Luteranam Scripturæ diuinæ explanationem, troposq; et allegorias ad suum intorsit institutum & commodum. Zvingliani in libris de *Didicerunt hoc illorum Symmystæ, itidemque*

demq́ue effingunt tropos & figuras, vbì nullæ sunt, vt in Cœna Domini: vbì verò sunt, eas obliterãt, vt in dictione illa, Fide iustificamur, in qua oẽs idonei Theologi Synecdochen inesse volunt. Quàm verò candidè & integrè etiam in Grammatica sese gerant Luterani, potest ex Germanica Bibliorũ tralatione animaduerti, vndè suo loco fusiùs agemus.

Cœna Domini. Meláchthõ Cõmẽtarÿs ad Roma.

Porrò Analogiam, per quam veteris Instrumenti sentẽtiæ cum illis, quæ sunt noui Testamenti, conciliari debent, Luterani iam prorsus repudiant & explodunt. Docuit enim Luterus, legem non ad Christianos, sed ad Iudæos solos pertinere. Atque alibì, Christianos à lege immunes esse, nec eam quicquàm prodesse ad salutem. Id verò complexus Iohannes Agricola cum suis Antinomis, docuit legem pertinere ad Curiam vel domum Senatoriam, in templum autem siue Ecclesiam inter Christianos neutiquàm illam

Luter. in sermo. de Moyse. In lib. de Christiana libertate. Iohannes Agricola in Iohãnem, et Lute. Tom. I. Latino, fol. 401. Ecclesiæ Saxonicæ eo libro, quo Georg. Maiorẽ condemnãt.

adferri debere. Huic sententiæ suos calculos adÿciunt omnes Saxonicæ Ecclesiæ, docentque & scriptitant, legem neq; ante, neq; post Iustificationem saluti necessariam. Cùm igitur Luterani legem reÿciant, Analogia quoquè in pedés sese conÿcere compellitur.

Historia S. Scripturæ, est textus ipse, quem Luterus eum in modum truncauit & mutilauit, vt iam Luterani oēs Epistolam ad Hebræos, Epistolā S. Iacobi, Apocalypsim S. Iohannis, & alios quosdam libros de S. Bibliorum textu auellant & reÿciant, vt videre licet in Luteri præfationibús in eosdem primæ èditionis. Atque hæc prima ratio vel via èst Scripturam sacram intelligendi & explicādi, quam vt Luterani tenuerint, hîc iam potest perspicuè videri.

II. Via ad intelligēda scripta Diuina. *Altera, Scripta diuina probè intelligendi ratio est Authoritas, vel fidedigna & cum quadam grauitate coniuncta te-*

sti-

ſtimonia. Vt enim Chriſtus ipſe ait, In Matth. 18.
ore duorũ vel trium teſtium ſtabit omne verbum. Et ad Apoſtolos ſuos: Vos, inquit, teſtes eſtis horum. Luc. 24. Atqui nè quodlibet teſtimonium pro vero et indubitato quis putet haberi oportere, Chriſtus Dominus ſignum hoc infallibile contulit Matth. 18. his verbis: Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re (περὶ πάντος πράγματος) *quamcunq; petiêrint, fiet illis à Patre meo. Quæ verò hæc eſt in omni re conſenſio? Dubio procul, in omnibus Chriſtianæ fidei noſtræ articulis Catholicus conſenſus, & Catholicæ Chriſti Eccleſiæ concordia. Cùm enim pro ſe ſingulus quiſq; ſanctus errare potuerit, atque etiam fateri neceſſè habuerit pro ſeipſo, omnem hominem eſſe mendacem, perindè vt Dauid & Apoſtolus* Pſalm. 115.
confitentur: quis tam erit temerarius & Rom. 3.
arrogans, vt pro ſua perſona tam ſe conſtantem & in omnibus veracem, quaſi

non

non poßit errare vnquàm, pronunciare sit ausus? Nemo profectò. Sed cur ità?
Luc. 24. *An non Christus ait discipulis suis, Vos testes estis horum? Si ergò omnis homo mendax, & Apostolos dubium non est homines fuisse, qua illi ratione poterunt à mendacio immunes esse, atque ad constans & firmum veritati perhibendum testimoniū idonei? Nulla sanè alia, quàm si in Christi nōie congregati,* περὶ τοῦ παντὸς, *in articulis omnibus Christianæ fidei consentiant & concordent. Ex hoc Catholico consensu & Catholicæ fidei concordia ac vnitate possunt illi pariter verū præbere testimonium, nec vlla in parte mendacio obnoxij comperiri. Habent enim Apostoli & eorum successores omnes illud certi priuilegij, quòd Dominus cum*
Matth. 28. *illis futurus est vsq; in seculi consummationem. Atque idcircò ea congregatio,*
1. Tim. 3. *id est, Catholica Ecclesia, dicitur colūna & firmamentū veritatis, quæ nunquàm*
po-

poterit vel errare, vel mentiri. His tot luculentis & illustribus Scripturæ diuinæ sententijs adductus D. Augustinus, alteram quoquè germanæ interpretationis viam siue modum describens ait, Constitutam à Christo matrem Ecclesiam, quæ Catholica dicitur ex eo, quia vniuersalitèr perfecta est, et in nullo claudicat, & per totum orbem diffusa est.

August. lib. imperfecto in Gen. cap. 1.

Hæc altera Scripturas probè intelligendi via, quemadmodùm hîc cernere licet, est Catholicæ Christi Ecclesiæ interpretatio verbi Dei. Si igitur Luterus talem expetit Scripturæ sacræ expositorem, qui nunquàm errauerit, nunquàm secùm ipse pugnauerit, vel pugnantia dixerit vel scripserit, habet hic eiusmodi magistrum, nempe, Catholicum Ecclesiæ Catholicæ consensum, Catholicam Scripturæ exegesin. Is enim Iudex ille est et magister, qui nec vlli vnquàm errori subiacuerit, nec possit subiacere. Rectè igitur

Luter. in Prefat. cōtra Leonem X.

tur dicitur, non Augustino soli, non Hieronymo soli, non Ambrosio soli, non Cypriano soli, adeóque nec ulli omninò Patrum soli, quantacunque ille sit sanctimonia præditus, in omnibus & singulis Catholicæ doctrinæ partibus absolutè fidem commodandam esse, sed omnium S. Patrum interpretatiões eatenùs amplectẽdas, et pro veris habendas, quatenùs Catholicus cõsensus Ecclesiæ Catholicæ eiusmodi interpretationes approbat, constanterq́ue fatetur eas esse Scripturæ diuinæ consentaneas. Ac proindè cumprimis virulenta, fallaciosa & hæretica ea Luteri & Smidelini oratio est, siue me, siue te S. Patrum explanationes eatenùs recipere debere, quatenùs siue ego, siue tu statuamus eas cum Dei verbo consentire. Ego enim & tu id statuere neque possumus, neque debemus. Quarè? Tu nanque non nisi vnus homo es, & ego itidèm. Tu errare potes, possum et ego. Itaque

que

que facilè accidat, vt hanc vel illam expositionem consentaneam Scripturæ statuamus ac decernamus, quæ tamen potiùs hæretica sit, quàm genuina Scripturæ sacræ mens & intellectus.

Quamobrem certus esse si voles, num hæc vel illa interpretatio sit Scripturæ diuinæ consentanea, noli tuo fidere iudicio, immò nec cuiusquã vnius in terra degentis, quisquis ille sit, & vtcunquè vocetur: sed percontare & inquire, num ea interpretatio Catholica sit, à Catholico consensu recepta, et in Ecclesia perpetuò Scripturæ consentanea indicata. Ea est enim natura & proprietas Catholicæ interpretationis, doceri vt poßit, eam ab Apostolis profectam, ab Apostolorum discipulis & successoribus in totum orbem propagatam, ab omnibus Christianæ religionis Ecclesijs receptam, publicitùs vsurpatam, ad nos vsque perductam, & in hodiernum vsq; diem inuiolatam perseue-

I. Propriæ Notæ germanæ expositionis scripturæ Diuinæ.

II. *seuerâsse. Deindè, eam diuinis miraculis & signis diuinitùs approbatam. Postremò, ne Analogia omittatur, doceri debet, sententias et formam Ecclesiæ noui Testamenti suas in Testamento veteri habere præfiguratiões, quemadmodùm suprà quodam est exemplo indicatum.*

III.

August. lib. 9. Confess. *D. Augustinus, cùm nouẽ annis Manichæorum fuisset addictus hæresi, idq́; illi Manichæi improperantes, eum Mamalucam & desertorem proclamarent, causas adfert, quibus permotus, Ecclesiæ Catholicæ se adiunxerit, in eaq́; permanere deliberârit, idq́; facit his verbis: Vt ergò omittam syncerissimam sapientiam, quam in Ecclesia esse Catholica non creditis, multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissimè teneant. Tenet consensio populorum atque gentium: tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata: tenet ab ipsá sede Petri Apostoli, cui pascendas oues*

August. cõtra Epistolam Manichæi, ca. 4.

IIII. Notæ, veræ Ecclesiæ Catholicæ.

Iohan. 21.

oues suas post resurrectionem Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum successio Sacerdotum: tenet postremò ipsum CATHOLICAE *nomen, quod non sinè causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia sola obtinuit, vt cùm omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui, vbì ad Catholicam conueniatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere. Hæc Augustini est Christiana, p̃clara & insignis oratio.*

Porrò hanc eandem maiestatem & vim hodieq́ue, CATHOLICAE *nomen vbiquè obtinet. Nam si vel Augustæ, vel in alia vrbe ex Luteranis ipsis scisciteris, vbì Catholici conueniant, nemo tibi templum Luteranorum indicabit, sed vel summum templum, vel ædem D. Vldrico aut certè D. Mauricio sacrã, vbì Catholici suum Dei cultum peragũt. Atque etiam si ex Luterano, vel Zuin-*

gliano, aut alio hæretico percōteris, num Catholicus sit, mox ille prosiliens, Minimè gentium, respondebit. Probibeat istbuc Deus. Equidem Euangelicus sum, aut Luteranus.

Debet autem pius Lector id accuratè scire et animaduertere, Catholici nomen non eos tantùm complecti vel significare, qui iamnunc veterem Catholicæ fidei doctrinam in Papatu (sic enim hæretici loquuntur) profitentur & seruant, sed Christianos illos omnes, qui iam indè ab Apostolorum ætate toto orbe terrarum Catholicam sunt professi fidem, atque in illa ad hæc vsq; tempora perstitêre. Eundem in modum, cùm Dominus præcipit,

Math. 18. *dicendum Ecclesiæ, & si Ecclesiam non audierit, eum habendum non alio, quàm ethnici & publicani loco: non præsentem duntaxat vult Ecclesiam intelligi et sacerdotum ordinem, qui vel hac, vel illa ætate fuerit: sed Catholicos Romanos pon-*

pontifices omnes, cunctos Episcopos Catholicos, vniuersos Catholicos Sacerdotes, Doctores, Pastores, quibus Ecclesiæ claues creditæ sunt, & earum legitimus vsus demandatus, principiò quidem Apostolorum temporibus, ac ità deincèps per ætates omnes.

Quandò igitur Romanus Pontifex vel Concilium præcipit & dicit, Hæc Scripturæ sacræ expositio est verbo Dei consentanea, illa verò minimè, sed hæretica est: non tum cogitare debes, hoc Ecclesiæ mandatum noui quippiam, quod hactenùs non fuerit, sed eandem ipsam Scripturæ diuinæ exegesin & interpretationem vt amplectaris p̃scribere, quæ ab Apostolis promanârit, & in omnes Catholicos episcopos, sacerdotes, doctores toto orbe Christiano deriuata, ad nos vsque perducta, et innumeris non nisì diuinitùs editis miraculis confirmata sit. Quæ nimirùm scripturæ sacræ expositio

non sunt humanæ constitutiones, sed ipsa veritas diuina: potestq; eam ob rem non immeritò Dei verbum & dici et haberi: eamque qui reijcit, Deum ipsum & eius veritatem reijcit, dicente Domino IESV ad discipulos suos: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Luc. 10.

Quòd verò, quandoquidem controuersia omnis in sola Scripturæ expositione hæret, omnes Catholicæ fidei nostræ, quam nos confitemur, articuli eiuscemodi sint verbi Dei interpretatio Catholica, qualis est à me suprà memorata, id equidē diuina fretus gratia, paratus sum solidè certoque planum testatumque facere: & si facere nequiuero, vitæ, famæ, facultatumq; mearum iacturam faciam. Si iam Luterani Ecclesiastæ, nō dicam Christiani, sed ad minimùm honesti sunt homines, ipsi contrà se paratos offerant, conenturque planum facere omnes ipsorum Augustanæ confeßionis articulos, Staphyli oblatio.

con-

consonā esse Catholicamq; Scripturæ diuinæ interpretationem. At si quo casu Catholicum hoc illi vel nō velint, vel non poßint docere, (vti tamē coram Deo docere tenentur) mihi satisfactum patiar, si vel hoc probare certò queant, doctrinam Luteranam, quam Luterus, Melanchthon, Caluinus & Illyricus adferunt, itemq; Ecclesiæ ordinationem, quæ iam apud Luteranos diuersis modis instituitur, iamindè à Christi in cælos ascensione in vlla vspiàm Prouincia, Regione vel ciuitate eundem in modum palàm prædicatam, in publico ministerio vsurpatam, & in continuo vsu triginta annos continentèr & sinè vlla immutatione durauisse ac obseruatam esse: Isthuc, inquam, si illi bona fide planum facere poterunt, equidem illis pollicebor, nusquàm eos in vera Christi ecclesia hæreticorū loco haberi aut insimulari posse. Atquì verò si nec isthuc docere & testa-

tum facere ausi erunt, (vti sanè ipsi non nesciunt, se id nulla ratione vnquàm facere posse) iamnunc ego rursus hortor et obsecro Christianos Magistratus omnes, tum Dei, tum suæ ipsorum salutis nomine, (siquidem id nostræ fidei articulus ille, Credo Ecclesiam Catholicā & Apostolicam, deposcit) velint tamen arduum hoc negocium maiori sedulitate & studio, quàm hactenùs, secum ipsi pensitare. Præpotēs ille rerum omnium Dominus, qui corda nouit omnium, in supremo iudicio testis mihi erit, me in hoc præsertim negocio, nihil spectâsse magis, quàm Dei gloriam, Christianorum salutem, et Christianæ Reipublicæ communem pacem ac prosperitatem.

Atque pro huius ratione disputationis, inpræsentiarùm satis sit, hactenùs egisse de duplici illa scripturas rectè intelligendi via, à S. Patribus nobis explicata. Eius tantùm meminisse velit pius

Le-

Lector, quàm falsò, quàm veteratoriè, quàm perniciosè Luterani primam viam vsurpent: deindè nec hoc ignorare debet, hæreticos plerosque omnes alteram viam prorsus repudiare, nec eam ferre posse, vt in Sisinij & Imperatoris Theodosij consilio licet animaduerti, cuius suprà meminimus: itemq; certò potest confici ex Luteri Præfatione aduersùs Leonem Pontificem: deniquè haud obscurè colligere est ex crassa illa adulteratione seu falsificatione, qua Melanchthón in Epiphanij sententia, dùm in me scribit, deprauanda vsus est. Epiphanius enim lib. 2. Hæresum contra Catharos, vtranq; hanc viam descripsit: primam quidem, quòd in verbis Scripturæ sacræ adhibēda sit speculatio, vt sciri poßit, quæ cuiusque propositionis natura atq; vis sit: alteram verò, quòd opùs prætereà sit Traditiōe vti, vel consensum S. Patrum & Catholicæ Christi Ecclesiæ sequi. Ecquid verò hîc

Socrates li. 5. ca. 10. Hist. Eccle.

Luter. passim, & contra Leon. X.

Melāchthō libro cōtra Staphylū.

Vide Melāchthonis librū, et Staphyli respōsum. *facit Melāchthon? Primam viam ad suam inanem et laceram Philosophiam refert & interpretatur: alteram furacitèr excludit. Est igitur prorsus nuda, inanis & futilis hæc Smidelini oratio, qua ait:*

Smidelin. D. 2. fac. 2. Cùm igitur obscurus Diuinæ scripturæ locus incidit, quem uel unus aliquis uel plures è Patribus sic interpretati sint, ut eorum interpretatio pugnet cum alijs Scripturæ sacræ sententijs, iam ego eam interpretationē missam facio, ut Augustinus quoquè crebrò fecit: hortaturq; Christianos Doctores omnes, ut ipsi idem faciant, nec ullius hominis expositioni sese adstringant.

Epistola 19 ad D. Hierony. *D. Augustinus isthuc minimè sic docuit, sed hoc vult, vbi necessaria quæstio incidat, nec possit facilè declinari, neminem suo sensui & iudicio obsequi debere. Nanque Origenem, Didymum, Eusebium, Theodorum, et Augustinum quoquè errare ac falli posse. Sunt autem hæc illius verba alio in loco: Nullo modo, inquit,* Cōtra Donatist. de Baptismo li. 5. ca. 17. *meas literas ab omni errato liberas audeo vel putare vel dicere. Quid igitur agendum*

dum est, vbi quæstio necessaria occurrit? Smidelinus vult missam eam esse faciendam. Id quidem verum est, si non nisi infrugifera sit disputatio: sin verò necessaria est, non posśit rectè omitti. Atqui verò vndenàm certa petenda est Scripturæ explicatio, quæ errare nequeat? Duo quædam sunt in terris, in quæ error cadere non potest, nempe, Scripta diuina, & eorũ Catholica Catholicæ Christi Ecclesiæ expositio. Indè adeò scribit D. Basilius hunc in modum: Dogmata, quæ in Ecclesijs prædicãtur, quædam habemus è doctrina scripto prodita, quædam rursus ex Apostolorum traditione, in mysterio, id est, in occulto tradita recepimus: quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quisquam contradicit, quisquis sanè vel tenuitèr expertus est, quæ sint iura Ecclesiastica. Idem docet Chrysostomus, & complures alij.

Basil. Magnus 27. ca. de Spiritu sancto.

Chrysost. Oecumenius, Theophylact. in 2. Theß. 2.

Est id quoquè apertũ mendacium, inquit por-

Smidelin. D. 2. fac. 2.

rò Smidelinus, Luterũ sui capitis sententiam, Dei uerbum & puram sacram scripturam dicere, ut qui de seipso scribat, Luterum nolle esse Luteranum in eo, quod cum scriptura pugnare uideatur.

Isthuc profectò non esse mendacium, iam suprà ostendi. Legatur scriptum Luteri contra Leonem X. & Paulum III. itemque de Ecclesia & Concilijs, & res ipsa docebit, quàm non sim mentitus.

Libro Assertionũ &c.

Smidelin. D.2. fac.2.

Inprimis autẽ applaudit sibi Staphylus in ijs, quæ Luterus de Libero arbitrio & bonis operibus scripsit: quanquàm in priori Lutero haud obscurum mendacium affingit, dum his utitur uerbis: Nam si ex Luteranis asserentibus, Deum impellere homines ad malè agendum, Deum causam esse obstinationis et indurationis Iudæ, Bona opera ad salutem esse perniciosa, atque eius generis alia perconteris, ecquænam istiusmodi dogmata sint: actutùm illi respondent, Purum esse Euangelium, syncerumq; Dei uerbum, atq; ipsam scripturam sacram. At si porrò scisciteris, cupiasq; uerba & sententias huiusmodi expreßè tibi indicari, iam Nullus & Nemo domi est.

Vtitur hîc Smidelinus Topica Luteranis

ranis familiari: Cernens enim rei ex se ipsa nullum suppetere subsidium, quasdã perplexas comminiscitur interpretatiunculas et glossas, quas tamen Melãchthonici non minùs, atquè Caluiniani, sint repudiaturi. Et certè si Luterus ipse hunc Vulcanium audiret glossatorem, ad minimùm diceret: Quis huic insulso fabro id dedit negocij, mea vt mihi verba peruertat? Sic enim scribit Luterus: Liberum arbitrium post peccatum, res est de solo titulo, & dum homo facit quod in se est, peccat mortalitèr. Et nè Vulcanius Smidelinus suã velit adhibere glossam, ipsus sese interpretatur, ità scribens: Infelix liberum arbitrium: iustus in bono opere peccat mortalitèr. Sed videamus etiam, vt Melanchthon Luterum præceptorem suum & intellexerit, & interpretatus sit: cuius quidem hæc sunt verba in Annotatiõibus in Epistolam ad Romanos: Nos verò dicimus, non solùm permittere Deum

In Assertiõ. cõtra Leonem X. Articul. 36.

Philip. Mẽlancht. in Annotat. in Epist. ad Rom. ca. 8. fol. 53.

Deum creaturis vt operentur, sed ipsum omnia propriè agere: vt fatentur proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem, ità fatentur opera Dei propria esse, siue quæ media vocantur, vt comedere, bibere, cōmunia cum brutis: siue quæ mala sunt, vt Dauidis adulterium, Manlij sæuitiā animaduertentis in filium, & cæt. Iam cùm constet Deum omnia facere, non permissiuè, sed potētèr, vt Augustini verbo vtamur, id est, vt sit Dei opus proprium Iudæ proditio, sicut Pauli conuersio. Et paulò pòst: Ergò non est, cur frigidum glossema recipiamus, Deum mala permittere, non etiam facere. Hæc ille Melanchthon.

Non id docet Augustinus.

Quàm bellè concordat hic Luteri discipulus cum Smidelini glossemate? Quin & Carlstadium & Anabaptistas, suum hæresiarcham & patrem Luterum hac in doctrina vt intellexerint, audiamus. Sic enim D. Erasmus Alberus, Luteri inpri-

Erasm. Al-

inprimis fidus discipulus, scriptum reli- quit: Atque tametsi Carlstadius, inquit, hæc hominis nequam flagitia designet, at nihilo minùs gloriatur, se à Dei spiritu impelli. Sic etiam Anabaptistæ, Carlsta- dij soboles, gloriātur, quandò furtis, præ- dationibus, latrocinijs, stupris & libidi- nibus vacant, id se facere spiritu adactos &cæt. Hæc Alberus.

berus lib. contra exe- crabilem Carlstadi- orū doctri- nam &c. fol. V. 4.

Hanc verò doctrinam Carlstadius accepit à Lutero, & ab Carlstadio Ana- baptistæ. Quàm autem isthæc lepidè qua- drant ad Smidelini conciliationem? Cal- uinus & Theodorus Beza non postre- mum in Luteri discipulis locum obtinēt: quorum vterq; scribit, Deum maximam hominum partem ad damnationem cre- âsse, Deum mala omnia efficere in homi- ne, Deum malas homini cogitationes in- spirare, vt peccare cogatur.

Calui. lib. de Prædestinatione.

Beza cōtra Caluini sycophantas.

Quanuis autem Melāchthon isthanc Manichæorum et Luteri sententiam diù pro-

Melāchthō. Luteri er- rorē de Li-

bero Arbitrio reuocauit in Locu cõmu. Cap. de huma. viribus.

propugnârit, at tandèm tamen D. Iohannes Eckius in Colloquio Vuormatiensi eò illum perduxit, vt, quòd ad hunc quidem articulum attinet, saniorem tum sit doctrinam amplexus, atq; propalàm confessus. Ac postmodùm quoquè in Locis suis communibus aliquanto scripsit moderatiùs & cautiùs, vt in Cap. de Humanis viribus & Libero arbitrio videre licet. Sed hãc eius palinodiam rigidi Luterani neque volunt neque possunt perpeti: quin accusant Melanchthonẽ, quòd ab Augustana Confeßione instàr Apostatæ desciuerit ac defecerit. At posteaquàm Melãchthoni complures homines, & quædam etiam Vniuersitates subscripsêre illa in doctrina peculiari siue priuata, quam is Luteranæ doctrinæ contrariam sparsit, Nicolaus Gallus in libello suo, cuius titulus est, Responsio de libro Professorum Vuittẽbergensium, eam doctrinam in ius vocat, aitq́ Theologos

Gallus in lib. suo, wechterhan/ id est, Gallus excubitor.

Theologi Saxonici in libellus Supplicatorijs ad conuentum Numburgens.

Vuit-

Vuittenbergicos non paucas nouas Pelagianorum opiniones ex Erasmo introducere, ijsdemque peccatum originis eleuare & extenuare, Christique gratiam & Sancti spiritûs munus in hominis conuersione abolere &c.

Gallus in lib. Vox Vigilum.

Deindè in alio quoquè Tractatulo idêipse:

Philippus, inquit, *in postremis suis Latinis locis, post Luteri è viuis excessum, hãc ponit & defendit Definitionem, Liberum arbitrium esse quandam in homine facultatē, per quam ad gratiã se possit recipere. Pfeffingerus in Explicatione Disputationis suæ hac eadem verba ponit in eius definitionis declarationem: quemadmodùm doctrina per auscultationem potest intelligi, ità eam posse voluntate quodammodò recipi. Atque ità tribuit Libero Arbitrio synergiam vnà cum Spiritusancto ad hominis cõuersionem & suî immutationem, vel omnimodam innouationē. Huc quoquè pertinet illorum explicatio de trunco & de purè passiuo in eadē disputatione, et pluribus alijs locis, quibus aiunt hominē ad suî cõuersionem non se gerere instàr trunci, qui tantummodò in se sinat agi &c. eaq; omnia dicunt in peccati Originalis, gratiæ CHRISTI, & operationis Sancti spiritûs eleuationē, vt mox ex Antithesi licebit animaduerti.*

ANTI-

ANTITHESIS.

Luterus libro aduersùs Erasmum Roterodamum, vtranque hanc, tum Definitionem, tum Declarationem iam olim damnauit & confutauit, valideq; conclusit, hominẽ in causis DEI, salutisq; animæ suæ ad veram conuersionem ex seipso neq; vires, neque liberum, sed captiuum habere arbitrium: Ideoq; dici ab Augustino Seruum Arbitrium, tanquàm diaboli captiuum, Ephe. 2. 2. Tim. 2. Itemq; Conuersionem, fidem, innouationem & regenerationem, purum ac merum esse opus gratiæ DEI & solius Spiritus sancti, quod is largiatur vbì & quãdò velit per verbũ & Sacramenta: conuenientèr illis Pauli verbis, DEVS operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate, Phil. 2. Et fides ex auditu est, Rom. 10.

Augustinus neutiquàm ità docet.

Vt autem homo ex seipso neq; vires, neq; synergiam vel cooperatiõem, neq; vllam verè bonam voluntatem vel habet, vel habere potest ad cõuersionem suî & regeneratione: ità eum habere nihilo minùs quodam modo aliquid virium & opationis ad externam administrandam vitam, in eaq; bonũ agendum, & malum omittendum, Rom. 2. itemq; ad templum adeundum, verbum DEI auscultandum: porrò post conuersionẽ, quandò ex mala & inuoluntaria voluntate bona voluntas, ex vetere carnali homine nouus spiritalis homo factus est, iam tũ quoq; eum nonnullam habere facultatem & vires, suãq; cooperationẽ ad noua spiritalia efficiẽda opera, nõ tamen

Vbì hic est sola fides?

O vos stolidos moriones.

tamẽ citra adiutorium & etiamnùm necessariam Spiritussancti opem & fauorẽ, Rom. 6. & 8. Ephes. 5. Atq; his cõcordat Augustana Confeßio & Apologia, præsertim in 2. 5. & 18. articulis. itemq; Articuli Smalcaldienses, sub titulo, DE PECCATO. Hæc Gallus.

Hîc meritò compellendus sit Smidelinus, vt mentem expromat suam, dicatq; rotundis verbis, vtris suam accommodet glossam, Luteranis ne, an verò Melanchthonicis. Nam si illa vult Luterũ tueri, nõ potest non, instàr Galli huius, Vuittenbergicos Theologos hæresis Pelagianæ insimulare, quòd peccatum originis, gratiam Christi, & officium Sanctispiritûs eleuent & extenuent. Sin autem in Vuittenbergensium gratiam eam cudit glossam contra Luterum, facilè licet intelligi, cuiusmodi ea purgatio sit, quæ Lutero potiùs crimèn inferat, quàm eum soluat crimine. Itidèm facit cum bonis operibus.

Alterum, inquit, de bonis operibus Staphylus *Smidelin. D. 4. fac. 1.*

I *ità*

itá proponit, tanquàm Luterus indiſcriminatim de omnibus bonis operibus doceat, ea pernicioſa eſſe ad ſalutem: & qui uelit ſaluus eſſe, eum nullum facere debere opus bonum. Quod æquè eſt nequam Staphyli facinus.

Amſdorf. in lib. Quòd bona opera ſint pernicioſa &c.

Georgij Maioris & Iuſti Menijlibri contra Illyricum.

Equidem hîc ſciſcitor ex homine iſto parùm memore, num ipſi lectus ſit liber Nicolai Amſdorfij, quo ille defendere conatus eſt, propoſitionē hanc veram eſſe, Quòd bona opera ſint pernicioſa ſaluti. Rurſumque, num legerit ſcripta Georgij Maioris, Menij, et plurium aliorum, quibus illi ſtatuunt & definiunt, nullum hominem ſinè operibus bonis pòſſe ſaluum fieri, nec quenquam vnquàm abſque illis ſalutem adeptum eſſe ſempiternam &c. Hanc opinionem Melanchthon propugnādam ſuſcepit cauſa ſinè qua non, Anno 1537. contra D. Conradum Eccleſiaſten Stendelienſem in Marchia Brandeburgica. Cùm autem duæ hæ ſententiæ, Bona opera pernicioſa eſſe ſaluti, vt vult Amſdorfius: & eadem ſaluti tum

vtilia, tum necessaria esse, quod docent Adiaphoristæ, prorsus è diametro secum pugnent, ac nihilominùs Smidelinus eas ambas tanquàm sanas & veras tueri velit, non potest ille non esse homo perfrictæ frontis, & qui illam prophetæ maledictionem habeat neglectui, Væ qui dicitis bonum, malum: & malum, bonũ. Verùm hãc litem illi interim inter se transigant, nos rei euentum sustinebimus. Opera moraliter bona, ea quæ iustificatiõem p̃cedunt, eoq́ referũtur, quasi iustificationẽ illa mereãtur, iam pniciosa sunt. Porrò in seipsis, citra eiusmodi intentionẽ & ppositum, iustificatiõe iam adepta, et bona sunt, & vtilia, et necessaria ad salutẽ. Esa. 5. August. de Ciuita. Dei lib. 14. S. Thomas 1. 2. q. 71. et 2. 2. quæst. 10.

Deindè ostendit Staphylus, quandoquidem Luterani iactant se rectius assequi scripta Diuina, quàm Papistas, quo prætextu id illi faciant, scribitq́; in hæc uerba: Atque ut huic gloriabundæ suæ opinioni fuco quodam fidem concilient, asseuerant illi Episcopos, prælatos, sacerdotes & monachos omnes imperitos, incontinẽtes ac malè Smidelin. D. 4. fac. 2.

moratos, itemq; auaritiæ & abdomini deditos esse &c. se uerò, id est, Luteranos, præstanti eruditione, castimonia, sobrietate, liberalitate, religione præditos, atque omninò probos et inculpatos esse, qui etiam ingentia effecerint miracula, hodieq; efficiant.

Num Luterus bacchetur, proscindat, et propemodùm mortales omnes non alio quàm morionum loco reponat, docent eius scripta in Leonem X. et Paulum III. contra Louaniens. aduersùs Georgium Saxoniæ ducem, & Henricum ducem Brunsuicensem, & eos omninò omnes, in quos ille suum strinxit calamum. Etiam illustres personas ille fatuas, stipites, rudes bestias, & nescio quid non appellare minimè veretur. Quid verò Melāchthō? An nō is quoquè iactitat suam eximiam eruditionem & peritiam? In libello illo, quem de Ecclesia scripsit, nemo sanctorum Patrum tam illi visus est excellenti doctrina præditus, quin eum oportuerit ipsius ferulæ manum subducere, nec quisquam

quam inter illos est, qui pro ipsius iudicio exactè & propriè de rebus Theologicis loqui sciuerit: se vnum putat eum esse, qui Doctores omnes antecedat. Quàm verò apud Luteranos eruditi sint fartores, & nostri Monachi rudes sint asini, in præsens excutere nolo. Id profectò compertum ego habeo, et planum facere possum, quibusdam in locis carnifices & lictores apud Luteranos Ecclesias administrare, & pastorum fungi officio.

An non verò etiam Luterani sua ingentia iactent miracula, qui nôsse volet, legat Erasmum Alberum, multos cõmemorantẽ doctos viros, quos Luterus oẽs, quòd illius Euãgelio contradicerent, sua doctrina profligârit & extinxerit. Vt autem Luterus Vuittenbergæ, & alij locis alijs iocularitèr conati sint dæmones expellere, & Caluinus vita functos excitare, permulti nouerunt, & ego quoquè oculatus possum testis docere. Deniquè Libro cõtra hæreticos et hostes Luteri.

Deum creaturis vt operentur, sed ipsum omnia propriè agere: vt fatentur proprium Dei opus fuisse Pauli vocationem, ità fatentur opera Dei propria esse, siue quæ media vocantur, vt comedere, bibere, cōmunia cum brutis: siue quæ mala sunt, vt Dauidis adulterium, Manlij sæuitiā animaduertentis in filium, &cæt. Iam cùm constet Deum omnia facere, non permissiuè, sed potētèr, vt Augustini verbo vtamur, id est, vt sit Dei opus proprium Iudæ proditio, sicut Pauli conuersio. Et paulò pòst: Ergò non est, cur frigidum glossema recipiamus, Deum mala permittere, non etiam facere. Hæc ille Melanchthon.

Non id docet Augustinus.

Quàm bellè concordat hic Luteri discipulus cum Smidelini glossemate? Quin & Carlstadium & Anabaptistas, suum hæresiarcham & patrem Luterum hac in doctrina vt intellexerint, audiamus. Sic enim D. Erasmus Alberus, Luteri inpri-

Erasm. Al.

inprimis fidus discipulus, scriptum reliquit: Atque tametsi Carlstadius, inquit, hæc hominis nequam flagitia designet, at nihilo minùs gloriatur, se à Dei spiritu impelli. Sic etiam Anabaptistæ, Carlstadij soboles, gloriātur, quandò furtis, prædationibus, latrocinijs, stupris & libidinibus vacant, id se facere spiritu adactos &cæt. Hæc Alberus. berus lib. contra execrabilem Carlstadiorū doctrinam &c. fol. V. 4.

Hanc verò doctrinam Carlstadius accepit à Lutero, & ab Carlstadio Anabaptistæ. Quàm autem isthæc lepidè quadrant ad Smidelini conciliationem? Caluinus & Theodorus Beza non postremum in Luteri discipulis locum obtinēt: quorum vterq; scribit, Deum maximam hominum partem ad damnationem creâsse, Deum mala omnia efficere in homine, Deum malas homini cogitationes inspirare, vt peccare cogatur. Calui. lib. de Prædestinatione. Beza cōtra Caluini sycophantas.

Quanuis autem Melāchthon isthanc Manichæorum et Luteri sententiam diù Melāchthō. Luteri errorē de Li-

pro-

bero Arbitrio reuocauit in Locis comu. Cap. de huma. viribus.

propugnârit, at tandèm tamen D. Iohannes Eckius in Colloquio Vuormatiensi eò illum perduxit, vt, quòd ad hunc quidem articulum attinet, saniorem tum sit doctrinam amplexus, atq; propalàm confessus. Ac postmodùm quoquè in Locis suis communibus aliquanto scripsit moderatiùs & cautiùs, vt in Cap. de Humanis viribus & Libero arbitrio videre licet. Sed hãc eius palinodiam rigidi Luterani neque volunt neque possunt perpeti: quin accusant Melanchthonẽ, quòd ab Augustana Confessione instàr Apostatæ desciuerit ac defecerit. At posteaquàm Melãchthoni complures homines, & quædam etiam Vniuersitates subscripsêre illa in doctrina peculiari siue priuata, quam is Luteranæ doctrinæ contrariam sparsit, Nicolaus Gallus in libello suo, cuius titulus est, Responsio de libro Professorum Vuittẽbergensium, eam doctrinam in ius vocat, aitq́; Theologos

Gallus in lib. suo, wechter han / id est, Gallus excubitor. Theologi Saxonici in libellis Supplicatorijs ad conuentum Numburgens.

Vuit-

Vuittenbergicos non paucas nouas Pelagianorum opiniones ex Erasmo introducere, ijsdemque peccatum originis eleuare & extenuare, Christique gratiam & Sancti spiritûs munus in hominis conuersione abolere &c.

Gallus in lib. Vox Vigilum.

Deindè in alio quoquè Tractatulo idëipse:

Philippus, inquit, *in postremis suis Latinis locis, post Luteri è viuis excessum, hãc ponit & defendit Definitionem, Liberum arbitrium esse quandam in homine facultatẽ, per quam ad gratiã se posit recipere. Pfeffingerus in Explicatione Disputationis suæ hac eadem verba ponit in eius definitionis declarationem: quemadmodùm doctrina per auscultationem potest intelligi, ità eam posse voluntate quodammodò recipi. Atque ità tribuit Libero Arbitrio synergiam vnà cum Spiritusancto ad hominis cõuersionem & suî immutationem, vel omnimodam innouationẽ. Huc quoquè pertinet illorum explicatio de trunco & de purè passiuo in eadẽ disputatione, et pluribus alijs locis, quibus aiunt hominẽ ad suî cõuersionem non se gerere instàr trunci, qui tantummodò in se sinat agi &c. eaq; omnia dicunt in peccati Originalis, gratiæ CHRISTI, & operationis Sancti spiritûs eleuationẽ, vt mox ex Antithesi licebit animaduerti.*

ANTI-

ANTITHESIS.

Luterus libro aduersus Erasmum Roterodamum, vtranque hanc, tum Definitionem, tum Declarationem iam olim damnauit & confutauit, valideq; conclusit, hominē in causis DEI, salutisq; animæ suæ ad veram conuersionem ex seipso neq; vires, neque liberum, sed captiuum habere arbitrium: Ideoq; dici ab Augustino Seruum Arbitrium, tanquàm diaboli captiuum, Ephe. 2. 2. Tim. 2. Itemq; Conuersionem, fidem, innouationem & regenerationem, purum ac merum esse opus gratiæ DEI & solius Spiritus sancti, quod is largiatur vbì & quādò velit per verbū & Sacramenta: conuenientèr illis Pauli verbis, DEVS operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate, Phil. 2. Et fides ex auditu est, Rom. 10.

Augustinus neutiquàm ità docet.

Vt autem homo ex seipso neq; vires, neq; synergiam vel cooperatiōem, neq; vllam verè bonam voluntatem vel habet, vel habere potest ad cōuersionem suî & regeneratione: ità eum habere nihilo minùs quodam modo aliquid virium & opationis ad externam administrandam vitam, in eaq; bonū agendum, & malum omittendum, Rom. 2. itemq; ad templum adeundum, verbum DEI auscultandum: porrò post conuersione, quandò ex mala & inuoluntaria voluntate bona voluntas, ex vetere carnali homine nouus spiritalis homo factus est, iam tū quoq; eum nonnullam habere facultatem & vires, suāq; cooperatione ad noua spiritalia efficiēda opera, nō

Vbì hic est sola fides?

O vos stolidos moriones.

tamen

tamẽ citra adiutorium & etiamnũm necessariam Spiritussancti opem & fauorẽ, Rom. 6. & 8. Ephes. 5. Atq; his cõcordat Augustana Confessio & Apologia, præsertim in 2. 5. & 18. articulis. itemq; Articuli Smalcaldienses, sub titulo, DE PECCATO. Hæc Gallus.

Hîc meritò compellendus sit Smidelinus, vt mentem expromat suam, dicatq; rotundis verbis, vtris suam accommodet glossam, Luteranis ne, an verò Melanchthonicis. Nam si illa vult Luterũ tueri, nõ potest non, instàr Galli huius, Vuittenbergicos Theologos hæresis Pelagianæ insimulare, quòd peccatum originis, gratiam Christi, & officium Sanctispiritûs eleuent & extenuent. Sin autem in Vuittenbergensium gratiam eam cudit glossam contra Luterum, facilè licet intelligi, cuiusmodi ea purgatio sit, quæ Lutero potiùs crimen inferat, quàm eum soluat crimine. Itidèm facit cum bonis operibus.

Alterum, inquit, de bonis operibus Staphylus ita Smidelin. D. 4. fac. 1.

ità proponit, tanquàm Luterus indiſcriminatim de omnibus bonis operibus doceat, ea pernicioſa eſſe ad ſalutem: & qui uelit ſaluus eſſe, eum nullum facere debere opus bonum. Quod æquè eſt *nequam Staphyli facinus.*

Equidem hîc ſciſcitor ex homine iſto parùm memore, num ipſi lectus ſit liber Nicolai Amſdorfij, quo ille defendere conatus eſt, propoſitionē hanc Veram eſſe, Quòd bona opera ſint pernicioſa ſaluti. Rurſumque, num legerit ſcripta Georgij Maioris, Menij, et plurium aliorum, quibus illi ſtatuunt & definiunt, nullum hominem ſinè operibus bonis poſſe ſaluum fieri, nec quenquam Vnquàm abſque illis ſalutem adeptum eſſe ſempiternam &c. Hanc opinionem Melanchthon propugnãdam ſuſcepit cauſa ſinè qua non, Anno 1537. *contra D. Conradum Eccleſiaſten Stendelienſem in Marchia Brandeburgica. Cùm autem duæ hæ ſententiæ, Bona opera pernicioſa eſſe ſaluti, Vt Vult Amſdorfius: & eadem ſaluti tum uti-*

Amſdorf. in lib. Quòd bona opera ſint pernicioſa &c.

Georgij Maioris & Iuſti Menijlibri contra Illyricum.

vtilia, tum necessaria esse, quod docent Adiaphoristæ, prorsus è diametro secum pugnent, ac nihilominùs Smidelinus eas ambas tanquàm sanas & veras tueri velit, non potest ille non esse homo perfrictæ frontis, & qui illam prophetæ maledictionem habeat neglectui, Væ qui dicitis bonum, malum; & malum, bonū. Verùm hāc litem illi interim inter se transigant, nos rei euentum sustinebimus. Opera moralitèr bona, ea quæ iustificatiōem p̄cedunt, eoq; referūtur, quasi iustificatiōnē illa mereātur, iam pniciosa sunt. Porrò in seipsis, citra eiusmodi intentionē & ppositum, iustificatiōe iam adepta, et bona sunt, & vtilia, et necessaria ad salutē. Esa. 5. August. de Ciuita. Dei lib. 14. S. Thomas 1.2.q.71.et 2.2. quæst. 10.

Deindè ostendit Staphylus, quandoquidem Luterani iactant se rectius assequi scripta Diuina, quàm Papistas, quo prætextu id illi faciant, scribitq; in hæc uerba: Atque ut huic gloriabundæ suæ opinioni fuco quodam fidem concilient, asseuerant illi Episcopos, prælatos, sacerdotes & monachos omnes imperitos, incontinētes ac malè Smidelin. D. 4. fac. 2.

moratos, itemq́; auaritiæ & abdomini deditos esse &c. se uerò, id est, Luteranos, præstanti eruditione, castimonia, sobrietate, liberalitate, religione præditos, atque omninò probos et inculpatos esse, qui etiam ingentia effecerint miracula, hodieq́; efficiant.

Num Luterus bacchetur, proscindat, et propemodùm mortales omnes non alio quàm morionum loco reponat, docent eius scripta in Leonem X. et Paulum III. contra Louaniens. aduersùs Georgium Saxoniæ ducem, & Henricum ducem Brunsuicensem, & eos omninò omnes, in quos ille suum strinxit calamum. Etiam illustres personas ille fatuas, stipites, rudes bestias, & nescio quid non appellare minimè veretur. Quid verò Melāchthō? An nō is quoquè iactitat suam eximiam eruditionem & peritiam? In libello illo, quem de Ecclesia scripsit, nemo sanctorum Patrum tam illi visus est excellenti doctrina præditus, quin eum oportuerit ipsius ferulæ manum subducere, nec quisquam

quam inter illos est, qui pro ipsius iudicio exactè & propriè de rebus Theologicis loqui sciuerit: se vnum putat eum esse, qui Doctores omnes antecedat. Quàm verò apud Luteranos eruditi sint fartores, & nostri Monachi rudes sint asini, in præsens excutere nolo. Id profectò compertum ego habeo, et planum facere possum, quibusdam in locis carnifices & lictores apud Luteranos Ecclesias administrare, & pastorum fungi officio.

An non verò etiam Luterani sua ingentia iactent miracula, qui nôsse volet, legat Erasmum Alberum, multos cõmemorantẽ doctos viros, quos Luterus oẽs, quòd illius Euãgelio contradicerent, sua doctrina profligârit & extinxerit. Vt autem Luterus Vuittenbergæ, & alij locis alijs iocularitèr conati sint dæmones expellere, & Caluinus vita functos excitare, permulti nouerunt, & ego quoquè oculatus possum testis docere. Deniquè

Libro cõtra hæreticos et hostes Luteri.

institutum idemipse describit: quæ quidem nostris cœnobijs etiamnùm suum legitimum vsum obtinentibus, cumprimis consentanea sunt. Porrò vitam monasticam non in humanis constitutionibus, verbo Dei contrarijs, sed in Scripturis sacris certò fundatam esse, probat egregiè D. Augustinus in Explanatione Psalmi 132. in quo hæc verba, Habitare in vnum, (ἐπὶ τὸ αὐτὸ) leguntur. Vndè non Augustinus modò, verùetiam S. Patres omnes concludunt, secundùm spiritalem intelligentiam ea verba nulli alteri concordi conuictui & cohabitationi, quàm quæ apud monachos est, aptiùs posse accommodari. Atque isthæc eius Psalmi, vel eius Scripturæ diuinæ expositio, non solùm ab Augustino, Ambrosio, Hieronymo, Basilio & alijs sanctis Patribus est approbata, et pro Catholica habita, sed etiã hactenùs semper in totius Catholicæ Ecclesiæ vsu ac more posita et asseruata.

August. in Psal. 132. et alibì sæpè.

August. lib. de opere Monachorum.

Ambros. 3. libris ad Virgines.

Hieronym. in Regula Monachorũ et Monchaerum. Basilius in Asceticis.

Fundatiões S. Imperatorũ et Principum &c,

Atque hoc ipso expresso Dei verbo, et eiusdem vera Catholicaque interpretatione permoti, ante annos mille centum superioris Germaniæ Principes, ac deindè Imperator Carolus Magnus, & subindè complures Imperatores, principes et magnates Germaniæ, in præpotentis DEI laudem & hominum salutem multa passim collegia & cœnobia siue monasteria fundârunt, ijsq; res necessarias affatim attribuerunt. Quæ sanè monasteriorum & collegiorum fundationes si nulli alij rei aptiores, nec quicquam magis mereri putandæ sunt, quàm vt tandèm in equorum & vaccarum stabula, immò in foricas & cloacas redigantur, & vbi initiò Deus noctù diúque ab hominibus laudatus & inuocatus est, sanctum Dei verbum annunciatum est, venerãda Sacramenta tractata & administrata sunt, illic iam in eiusmodi Deo dicatis & sacratis locis bruta animãtia degant, & omne ne-

negociationum genus (quod Christus ipse magno zelo & seueritate castigauit) exerceatur; necesse profectò est, primos illos vetustos sanctos Patres, non nisi fallaces, idololatras, damnatosq́; fuisse doctores & episcopos, ac postmodùm etiam Imperatores, reges, principes & magnates non nisi à Christianismo alienos, & ethnicos, atque deliros fuisse, vt qui sub prætextu cultûs diuini non nisi putentes haras & vaccarum stabula, fœdasq́ue cloacas fundârint, sumptusq́ue tam ingentes tam malè collocârint. Atqui verò sic ego mihi psuadeo; homines illos egregios, sanctos Patres & Martyres hac in re verbum Dei probè assecutos esse, atq; etiam laudatissimos Imperatores, reges, principes, magnates nullam hîc admisisse idololatriam: immò verò nulla ratione hoc de suis posteris id expectâsse, eiusmodi insignes fundationes vt ab ijs in cloacas mutarentur. Quòd verò Ecclesiæ ho- Matth. 21. Mar. 11. Luc. 19.

 stis

stis Smidelinus obijcit, monachos prisca regula abuti, ad id Augustinus illi respondet his verbis: Et nos nouimus tales: sed non perijt fraternitas pia ꝓpter eos, qui profitentur quod non sunt.

Smidelin. 8.1.fac.1. Itidemq; libenter agnoscunt Luterani Ecclesiastæ, se tam inopes esse miraculorum, quæ facere deberent, ut nec equum claudum, nec canem claudicantem supra naturæ usum sanare queant. Sed res optime sese habet, quòd hoc ipso non habeant opus: quippe qui nullam adferant doctrinam nouam, sed peruetustam illam prophetarum & Apostolorũ in lucem reuocent, humanis constitutiunculis hactenus obscuratam.

Miracula propterea diuinitus eduntur, vt quandò ethnici doctrinæ Christianæ fidem commodare nolunt, vel miraculis, quibus doctrina adstruitur, credãt.
Iohan. 10. *Indè adeò Christus ipse dicit: Si mihi non vultis credere, operibus credite: quæ quidem miracula tum temporis erant necessaria. Christus enim doctrinam adferebat*
Luc. 1. *Iudæis in tenebris & vmbra mortis sedens-*

ſedentibus, non parùm obſcuram, gentibus verò prorsùs incognitam. Itaq; tum per ſeipſum, tum per diſcipulos & membra ſua in verbi Dei, eiuſdemq́; veræ Catholicæque interpretationis confirmationem multa præclara & ingentia miracula declarauit ac edidit. Fatemur autem nos Catholici liberrimè, paratosq́ue nos offerimus ad docendum euidentèr et abundè, nos Scripta diuina habere pura & incorrupta, eorumq́ue genuinam & Catholicam interpretationem ſiue explicationem: poſſumusq́ue quemlibet eiuſdem interpretationis Articulum ſupradictis miraculis, in Carholica Eccleſia diuina efficientia editis, comprobare. Atqui Luteranorum cùm ſit recens Scripturæ ſacræ expoſitiò, nec probari poßit iam indè ab Apoſtolorum æuo aliqua in regione eum in modum prædicatam eam eſſe & obſeruatam: certum eſt, teneri Luteranos nouam ſuam Euangelij explanationem

Pontificij ſuam doctrinam etiam miraculis adſtruunt.

Luterani debẽt miracula edere.

nem miraculis confirmare, vt cum Chri-
Iohan. 10. *sto Domino poßint dicere etiam ipsi: Si nobis non vultis credere, operibus credite, quæ à nobis efficiuntur. Fatetur nanq;*
Libr. cōtra Staph. E. 1. *Smidelinus ipse, qui nouam adferant doctrinam, eos nouatores illius confirmandæ causa miracula declarare debere. Luteranam autẽ doctrinam, seu diuini verbi interpretationem nouam esse, vel ex hoc ipso satis constat, quòd Luterani planum facere nequeunt, ipsorum Sacræ scripturæ Exegesin ante Hußi & Luteri tempora vspiàm vllo Christiani orbis loco receptam & approbatam esse, id quod infrà fusè docebimus.*

Porrò quòd Smidelinus, quandò ipsi virtute noui sui Euangelij non modò dæmones non expellere, sed nec canem quidem è furno elicere possunt, miracula in Catholica Christi patrata Ecclesia, appellat antichristiana, probatiōe opùs habet, nec satis est isthuc Smidelinum absq;

vllo

vllo veritatis fundo & congrua probatione dixisse.

Quod Staphylus nos Donatistis annumerat, hominis nequam facinus est. Sed uel uno in articulo nos illis assentiri doceat, & nos Staphylum utcunquè frugi hominis loco habebimus &c. Smidelin. E. 2. fa. 1.

Est illud inprimìs Euangelicum argumentum, vt vbì nullum aliud patet effugium, dicant esse facinus improbum. Eiusmodi verò præclaram Rhetoricen non dubitem ego etiam lenonem impudicum haud secùs, atquè Smidelinum, exhibere posse, si ea ratione res omnis transigi queat. Sed quid si ego Smidelino quippiam eiusmodi in eius os regeram? Scribit D. Augustinus, Donatistis monachos vel maximè inuisos fuisse, adeò vt nec monachorum nomen ferre possent, dicerentque, Quid sibi vult nomen monachorum? Quibus Augustinus respondet: Quanto meliùs dicimus nos, Quid sibi vult nomen Circũcellionum? Ecquid verò in August. in Psal. 132.

rò in illius Psalmi expositione aliud agit Augustinus, quàm quòd Monachos aduersum Circuncelliones siue Donatistas defendit? Atque hoc vnum sit. Deindè, ait ne Luterus, id quod Smidelinus ipse fatetur, se Euangelium è tenebris in lucem protulisse, extinctumque rursùs accendisse? Quid autem Donatistæ? an non idem ipsi quoquè iactitabant? Improperat hoc illis D. Augustinus his verbis: Ipsum Testamentum vos à flamma conseruâsse, gloriamini. Tertiò, An non Donatistæ se solos volebant Christianos haberi. Nos soli, inquiebant, Christiani. Et quid Luterani faciunt aliud, quàm quòd se solos volunt Christianos putari, reliquasque Sectas omnes, quæ tamen ab illis profectæ & enatæ sunt, ceu hæreticas proclamant & execrantur? Quartò, Est ne hæc Luteranorum vox, Christianum orbem humanis cõstitutiunculis siue traditionibus seductum esse? Atq; idem Donati-

August. lib. 1. contra Epistol. Parmeniani.

August. ibidem.

natistæ Catholicis objiciebãt. Dicit Parmenianus, vt inquit Augustinus, hinc probari sceleratũ fuisse orbem terrarum criminibus traditionis. Possum id genus plura hîc commemorare, ex quibus perspicuè liceat animaduerti, vter è nobis nequam facinus designârit. Augustin. ibidem.

Tres ego Regulas adduxi, vt opera à doctrina, & rursùs doctrina ab operibus secernenda sit. Has Regulas Smidelinus non improbat, hæretque certamen in sola applicatione & vsu illarum. Porrò Smidelinus cùm de hominum factis agere debeat, num sint Scripturæ consentanea, de illis loquitur operibus, quæ Deus ipse efficit per verbum suum, incusatque nos hunc in modum:

Si enim Staphylum rogem, quis fructus sit puræ doctrinæ, non potest ille non fateri, esse regnũ Dei in hominibus. Vbi enim regnum Dei in homine incipit, iam doctrina operatur & fructificat. Si porrò quæram, in quo consistat regnũ Dei, non potest respondere meliùs, quàm Apostolus Smidelin. E.2. fac. 2 Luc. 17.

Rom. 14. *ipse: Regnum Dei, inquiens, est iustitia, & pax, et gaudium in Spiritusancto. Quae ergò doctrina hanc iustitiam, hanc pacem, hoc gaudium in Spiritusancto non adducit, ea profectò non est uera, sed falsa doctrina. Quisquis igitur iustitiam, quae coram Deo ualet, in suis proprijs operibus quaerit, uti Papistae faciunt &c.*

Smidelini calumnia.

Hoc verò tum Smidelinus, tum haeretici omnes falsò nobis impingunt, quòd iustitiam illam, qua hominem saluum fieri oportet, in proprijs nostris operibus & propria dignitate citra Dei gratiam & Christi merita constituamus & aucupemur. Nam dum Christianus durauit orbis, nullus Doctor Catholicus eiusmodi Pelagianam haeresin vel somniauit vnquàm, tantum abest vt propugnandam susceperit. Itaque si Smidelinus vir esset probus & integer, deberet eius dogmatis assertores et professores nominatim proferre. Quod ergò iam antè dixi, id rursus asseuero, nos et docere, et confiteri, Christi merita nostram esse iustitiam citra vl-

la prae-

la præcedētia vel merita vel dignitatem nostram, vtì Augustinus fusè admodùm docet ac disputat. Quamobrē onerat nos Smidelinus falsa ac impia calūnia, quam nunquàm ille vlla poterit solida ratione probare. Lib. de Spū & lrā, De Natura & grā, et alibì copiosiss.

Sic etiam, ait porrò Smidelinus, ut de uita loquamur: Sacerdotes extra et citra Matrimonium debere continentèr & castè uiuere, eiusmodi doctrina est, quæ nullos bonos pariat fructus. Est enim castitas etiam in Matrimonio: extra quod cuiquam imponere continentiam, cui donum hoc datum nō est, contra uerbum Dei, quales fructus attulerit, satiùs est lachrymis quàm oratione prosequi. Smidelin. E. 3. fac. 1.

Vt is, qui solutus est, non ineat coniugium, non est præceptum, sed consilium Apostoli: neque in Papatu vel Romana Ecclesia vnquàm pcepti vel coactionis instàr allegatum est, quod nemini obscurum esse potest. Itaque cuique hoc liberum est, si per Dei gratiam, suo quoquè interim adhibito conatu & studio, pu- 1. Cor. 7.

tet se poße continentèr viuere, vt extra Matrimoniū vitam transigat suam: contrà verò si secùs sentiat, vt animum possit ad coniugium adijcere. Proindè dicit
1. Cor. 7. *Apostolus: Vnusquisq; proprium donum habet à Deo: alius quidem sic, alius verò sic. Atque tametsi dona Dei omnia bona*
Iacob. 1. *sunt, nec vllum malum, est tamen aliud alio præstantius. Atque hoc in casu peculiaritèr nobis libera facta potestas est, alterum ex his eligendi & amplectendi. Cùm autem isthæc optio vel electio libera cuique permittatur, nulli præcipitur vt vel hoc vel illud faciat, sed tantùm*
1. Cor. 7. *præstatur consilium. De virginibus, inquit Apostolus, præceptum Domini non habeo: consilium autem do. Ecquodnam isthuc est consilium? Qui statuit, ait, in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde suo, seruare virginem suam, benè facit. Igitur &*
qui

qui Matrimonio iungit virginem suam, benè facit: & qui non iungit, meliùs facit. Cernis hîc matrimonium inire, bonum esse: sed posthabito coniugio continentèr viuere, melius esse. Cùm igitur quispiam sponte sua statuit firmus in corde suo, vt hîc Apostolus loquitur, atq; è duobus alterum elegit: quæstio occurrit, num firmo illo suo proposito & decreto neglecto, à priori voto & promissione resilire posit. Respondet autem idem Apostolus his verbis: Alligatus es vxori? Noli quærere solutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Quæ sanè Apostoli verba non consilium sunt, sed grauissimum præpotentis Dei præceptum, per os Regis Salomonis ità iubentis: Quodcunque vóueris, redde: multóque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Vi atque vigore huius diuinæ iussionis vtrunque votum tam matrimonij, quàm castitatis, simulatq; vim Ibidem. Ecclef. 5.

actumq́ suum sortitum est, communitèr in irritum reuocari nō potest. Antè quàm coniugij legibus te implicueris, liberum tibi est abstinere à coniugio: mox autem vbì in matrimoniū te coniecisti, iam porrò fas tibi nō putes cælibem agere vitam, sed pertinet ad te illud Apostolicum: Al-
1. Cor. 7. *ligatus es vxori? noli quærere solutionē. Vxori vir debitum reddat: similitèr autem et vxor viro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similitèr autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier &c. Eadem ratio est statûs et voti continentiæ. Ante nuncupatum castitatis votum licet vxorem ducere: porrò vbì votum sponte tua deliberatoq́ue animo præstitisti, iam deincèps iurè nunquàm potes vxorem tibi adsciscere, sed cogitandum est illud Apostoli:*
Ibidèm. *Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem.*

De hoc Apostoli cōsilio iam olim quoquè

què disputatum est inter Romanam & Græcam Ecclesiam, et tandèm post diuturnam disputatiõem, cùm Apostolus dicat, eum qui matrimonio iungit virginẽ, benè facere: qui autem non iungit, eum meliùs facere: Græca Ecclesia amplexa quidem bonum est, sed Romana melius. Eò pertinet illud Pontificis Stephani: Occidentalis, non Orientalis, Ecclesia castitatis votum obtulit. Quid est igitur, quod hac in doctrina quisquam culpare possit? Sed sacerdotes, inquiunt, non seruant promissum. Et certè malè illi faciunt, nec iste malus fructus vlla ex parte cõsentit cum bonæ arboris doctrina. Nihil igitur aliud, quàm improba quædam captat effugia Smidelinus, dum obijcit, doctrinam nostram de non ducenda coniuge, vel eo nomine iniquam esse, quòd quidam monachi & sacrifici sua non soluant vota. Luteri de coniugio doctrina, in seipsa arbor putrida est: itaque nullos

Dist. 32. Cap. Occidental.

fructus bonos, sed illos duntaxat ferre potest, qui vbiquè palàm in Luteranismo, præsertim verò apud Luteranos sacerdotes, visuntur.

Quòd autem Smidelinus putat, quandoquidem nonnullorum sacerdotum vita offendiculis non caret, eam ob rem etiam Catholicam doctrinam nostram nõ posse esse integram et synceram, id prorsus non fit consequens. Nanque vitia ea omnia, quæ apud nos fiunt, tam pontificio, quàm ciuili sunt iure vetita: atque vtinàm executio iustæ animaduersionis tam esset efficax, quàm sunt Canones & doctrina syncera & integra. Porrò apud Luteranos & arbor putrida est, & fructus putridi, id est, talis eorum vita est, qualis doctrina: nec alia est doctrina quàm vita, vt in Apologia mea demonstratur.

Smidelinus de quibusdam me rogat criminibus, in eam adductus spem, fore vt nostri hac ratione euilescant: et primò qui-

quidem ſciſcitatur, num me fugiat, quendam Pontificem condonationes ſeu indulgentias elargitum eſſe in proſtibulum quoddam &c. Cui ego reſpondeo: Huius ego planè inſcius ſum: vti etiam hoc mihi neutiquàm conſtat, qua ratione hoſpitibus Romæ honoris cauſa ſcorta præbeantur: quanquàm mihi ipſe perſuadeo, Petrum Vergerium propria doctum experientia, ſatis cõmodè ad iſthuc reſpondere poſſe: & fortaßis Smidelinus errat in nomine, vt pro Iohanne Epiſcopo Beneuẽtano, Petrus Paulus Vergerius Epiſcopus Iuſtinopolitanus accipiendus ſit. Non enim poſſum adduci ego, eiuſmodi vt fœdis rebus fidem commodem, niſi ipſum priùs conſpiciam librum, & authorſuũ eſſe publicitùs fateatur, vel perſona ipſa legitimè teſtibus conuincatur.

Porrò quòd Cardinales & Epiſcopi quidam diſſolutè viuunt, id Deus oportuno tempore inultum abire non ſinet.

Quid verò improba vita ad sanam doctrinam pertinet? Certè Paulus III. & quidam Cardinales in eam fuêre curam & cogitationem Christianæ pietati congruentèr intenti, vt eiusmodi offendicula tollerentur; atque etiam proximis hisce aliquot annis quidam id genus dedêre pœnas, vt secuturis temporibus, permultis alijs terribili illi exemplo futuri sint. De prouentibus autem, quos aiunt isti Pontifices è scortis & aliundè habere, ipsi pontifices rationem reddituri sunt: nec id ad doctrinam pertinet; neque magìs eiuscemodi res ad Smidelini iudicium et censuram reuocari necesse est, quàm ad ☞ meam illud, quod Smidelinus cum sacratis Deo virginibus N. perpetrauit.

Vtrùm etiam conducibile sit, an perniciosum potiùs, publica lupanaria in magnis vrbibus tolerare, Smidelinus cum D. Ambrosio & alijs rerum peritis ac prudentibus viris disputet: discatque ab illis,

Ambros. lib. 3. de virginibus.

illis, duobus propositis malis, præstét ne minus offendiculum dißimulare, quô ma ius euitetur ac amoueatur: cuius rei in veteri Testamento aliquot extant Exempla. Genes. 38.

De magnis Collegijs, fundationibus & Cœnobijs id responsum sit Smidelino, tametsi quidam in illis non rectè se gerunt, votíque sui & arreptæ vocationis parùm memores sunt, non tamen Deum immemorem fore iustitiæ suæ, cùm scriptum sit: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. Hebr. 13.

Cæterùm quòd Smidelinus adfert, vitia hæc & flagitia ex Catholicorum proficisci doctrina, quæ cum verbo Dei pugnet, vana calumnia est: neque verò vnquàm ille testatum planumque facere poterit, Catholicos legitimum matrimonium damnare: sed hoc illi faciunt: vbi quispiam ex duabus rebus bonis potiorem elegit, iam fas ei eße nolunt à bono

præcipuo ad infimũ se referre ac descendere. Si quis igitur voluntarium ac benè deliberatum castè viuendi votum, quod vtiquè præstabilius est, vt Apostolus docet, causa seruiendi Deo, nuncupauit, atque matrimonium, quod inferiorem gradum obtinet, vltrò sibi interdixit: Catholica Ecclesia hoc in casu meritò eam in curam incumbit, nè eiusmodi votum periurio violetur. Quandò igitur sacerdotibus coniugio interdicitur, nihil illis aliud interdicitur, nisi vt caueant erga Deum & Ecclesiam Catholicam periurijs se reos ac votifragos declarare. Contrà autem docet Luterus, Deo soluenda non esse vota: continentèr viuere, id esse impoßibile: atque vt carnis libidini fiat abundè satis, Si non vult, inquit, vxor, veniat ancilla: nec dubitat dicere, si vir parùm sit matrimonio idoneus, licere vxori illius fratrem aut proximum cognatum apprehendere &c. Smidelinus inte-

Libro de Monasterijs.

Luter. in lib. de Cõiugio.

interim suos tum malleos, tum forcipes quantùm volet intendat & distringat, Luterumque elimare & fucare conetur pro viribus, non tamen vllam vnquàm aliam ex Luteri verbis poterit sententiam cudere, quàm ea ipsa luculenta ac expressa verba, quæ leguntur ab omnibus, præ se ferunt & ostendunt. Qualis ergò doctrina, talis quoque fructus: & qualis fructus, talis est doctrina: sicque perspicuum fit, hanc Regulã in inconcusso perstare fundamento. Scribit deindè Smidelinus de Ieiunio hunc in modum:

Quòd Luterus scripserit, Ieiunium esse humanum cõmentum, hoc quoquè conuiciator iste illi peruertit. Luterus enim de Papistico egit Ieiunio, in ciborum delectu ac discretione constituto, quod Apostolus doctrinam dæmoniorum uocat, 1. Timo. 4. Porrò Staphylus id ad omnia refert ieiunia, quod Lutero nunquàm ne in mentem quidem uenit asserere, ut omnes illius optimæ adhortationes docent, Christianos uidelicet perpetuò ieiunare, id est, sobriè & modestè uiuere debere & cæt. Smidelin. F. 1. fac.

Quem

Luter. lib. de Cauēdis hoīm doctri nis. Tom. 7. fol. 348. Amſdorfſius libr. Quòd bona opera ſint pernicioſa ſaluti: & plures alij.

Quem in modum, quáve mente et ſententia Luterus de Ieiunio & concionatus ſit & ſcripſerit, libri eius teſtantur, nempe, nullum opus bonum, nullum ieiunium, nullas preces, nullas eleemoſynas bonas eſſe, ſed hæc omnia pernicioſa ſaluti: quod idem plerique eius diſcipuli poſteà multis modis ſcripsêre ac vociferati ſunt, neque etiamdùm quidam ex eis deſinunt. Conſtat autem ex ſacris literis, vt D. Petrus innuit 1. *Pet.* 4. *propterea ieiunandum & ſobrietati ſtudendum eſſe, vt poßimus eſſe ad orandum aptiores. Indè ergò id proculdubiò conficitur, ſobrietatem conferre ad orationem. Hoc nanq; etiam Dominus ipſe ſuos docet diſcipulos, vbi ait: Attendite vobis, nè fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Si ergò ieiunium & ſobrietas in ſeipſis bona eſt, eò iam quæſtio deuoluetur, num ea virtus interim ad certum aliquod tempus, modum & circunſtantiam alli-*

Luc. 21.

gari

gari poßit: vtrùm præstabilius sit, in sacra Parasceue agere Bacchanalia, vt quidam faciunt Euangelici, an opportunis temporibus congrua admittere gaudia: num satiùs sit diebus Veneris in perpeßionis & mortis Dominicæ memoriam ieiunare, an potiùs ob iucundißimæ Christi resurrectionis commemoratiōem diebus Dominicis: præsertim dicēte Apostolo, vt omnia honestè & secundùm ordinem fiant in nobis. Ecquis verò ille ordo est, qui omnibus circunstantijs, omni temporis opportunitate, omni modo & mensura destitutus est? O miseram illam Christianam modestiam & disciplinam, si cuiuslibet vulgaris hominis iudicio & arbitrio citra ordinem, certamq́ue disciplinam, modum, tempus & mensurā permittenda sit. Ex hac Euangelica, immò Luterana libertate qui mores prognati sint, testātur huius ætatis Germaniæ mores, qui certè eius generis sunt, vt eos cæ

1.Cor.14.

teræ

teræ nationes omnes oderint et execrentur, nobis autem ſolis placeant.

Hîc etiam liquidò poteſt animaduerti, quàm candidè Luterani ſcripta diuina interpretentur, atque inter alia hunc
1. Tim. 4. *Apoſtoli locum: In nouiſsimis dieb⁹ quidam prohibebunt abſtinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarumactione fidelibus &c. perindè àc ſi Romanus Pontifex cibum interdicat, quandò vniuerſæ Eccleſiæ præſcribit, vt diebus Veneris & quibuſdam alijs ieiunent, piſcibus, non carnibus, veſcantur, vt laſciuienti carnis petulantiæ nonnihil ſubtrahatur. Hoccine igitur eſt cibos prohibere, quandò Catholica Chriſti Eccleſia, inſtàr prudētis medici, certis quibuſdam temporibus iubet hoc vel illo cibo abſtinere? Immò verò Catholica Eccleſia nullum omninò cibum penitùs interdixit, ſed ſapientiſsimè ac vtiliſsimè ſanciuit, non in animæ duntaxat, ſed etiam*

am corporis salutem, vt quibuslibet vtendis cibis legitimus & oportunus modus, mensura, tempus adhibeatur. Quod qui non intelligit, is sanè necdùm nouit, quid temperantia & sanitas vel sit, vel dicatur.

Vide Plutarchũ libris duobus de esu carnium.

Et quid verbis multis opus est? Hãc eandem Pauli sententiam ad Timotheum, etiã Arriani hæretici Catholicæ Ecclesiæ iam olim obiecerunt, eamq; Marcionisticæ, Manichææ, Encratisticæ hæresum insimulârunt: quæ nimirùm hæreses vel hæretici carne, vino, coniugio interdixêre, cùm interim Ecclesia Catholica nulla vnquàm ætate neq; matrimonium, neque carnis & vini vsum vetuerit, sed horum Dei donorum moderatum ac legitimum vsum præscripserit. Scribit iam porrò Smidelinus:

Epipha. lib. 1. contra hæreses. Epiphanius lib. 2. cõtra hæreses. August. lib. 30. contra Faustum.

Papisticum autẽ Ieiunium omnigenæ comessationi occasionem suppeditauit. Nanque ante illorum hypocriticũ ieiunium oportet priùs in Papatu mali dæmonis præcipuam peragere solennitatem,

Smidelin. F. 1. fac. 2.

nitatem, nempe Bacchanalia: in quibus non modò comessationibus et compotationibus uacatur, sed etiam sub laruarum tecta specie uiri & fœminæ ingentia probra et flagitia designant, & illud extitit prouerbium: Omnia hæc pertinent ad Bacchanalia: quæ quidem apud nos Christiani Magistratûs authoritate abrogata, & tum uerbo Dei, *tum Magistratûs censura & castigatione subditi ab illa ebria uiuendi ratione retrahuntur.*

Obserua hîc pie Lector, ieiunium & sobrium victum pro Smidelini sententia occasionem præbere comessationi et ebrietati, perindè àc si virtus sit causa vitiorum & criminum. Luteranos autem ieiunia omnia omnemq́ue temperantiam & sobrietatem ad solas terras relegâsse, omnibus in prospectu est: Bacchanalia verò illos retinuisse, immò perpetim per omnem annum eos viuere Bacchanalia, maximeq́ue diebus Veneris & alijs ieiunio dicatis, luce meridiana clarius est.

Smidelin. F. 1. fac. 2. Quòd Luterus discriminatim scripsit de subditorum obedientia erga sublimes Magistratus, nullumq; præstandum subsidium contra Turcas,

id Sta-

id Staphylus nudè allegat, sicq; etiam hac in re Luteri orationem deprauat, tanquàm Luterus sit aduersarius ordini siue statui Magistratûs: quod est mihi sanè mendacium impudens in tam honesto uiro, qualis est Staphylus. Audi hinc Luterum ipsum in libello, Vtrùm milites sint in statu salutis &c.

Quàm inepta, elumbis, prorsusq; insulsa est isthæc Smidelini purgatio? Equidem in meo libro aliquot Luteri scripta adduxi, & vel digito demonstraui, vt Luterum nullius puduerit sceleris ac improbitatis, quô suum posset virus spargere ac disseminare in vulgus. Principiò cùm videret negocio suo promouendo magnoperè obstare ciuiles & sacros Magistratus, populum et rusticos in vtrunque ordinē siue statum(vt Sleidanus de Luteranis Concionatoribus scribit) incitauit, sperans eosdē se successus habiturum, quos Mahometh apud Saracenos habuit. Scripsit ergò in Magistratum, maledictis & conuicijs proscidit Principes, In Parte 3. Sleidā. lib. 5. Historiæ. Libro de Seculari potestate, & locis alijs.

ſtultos & nequã improbos eos vocitans, præcepitq́ue vulgo, nè Principibus morigeros deincèps ſe præberent, vt illius in ſcriptis fuſiùs videre licet.

Hanc Luteri doctrinam miſera Rusticorum turba appræhendens, Luterani Euangelij defendendi cauſa, contra Magiſtratus omnes vi ſe erexit & comparauit.

Luter. in li. Num milites ſint in ſtatu ſalutis.

Cùm autem Principes vim vi à ſe depuliſſent, miſerosq́ue ac miſerè deceptos ruſticos trucidâſſent, Luterus edito libello ſcripſit Magiſtratui parendum eſſe. Annis aliquot poſteà, rurſus hoc Euangeliũ cœpit nullius eſſe precij, mutatumq́; eſt in aliud nouũ Euangelium, quod præ-

Luter. in libello ad principem Electorem et Lantgra.

ſcripſit, Ducem Henricũ bello appetendum & opprimendum, Cæſari reſiſtendum, & id genus alia.

Huius vigore Luterani Euangelij

In libello ad Bohemos et Sileſios.

Melãchthon publico ſcripto Bohemos ad ſeditionem concitauit, ſuoq́ue naturali ac hæreditario domino fecit rebelles, & immori-

morigeros, belláque & cædes multas effecit. Vigore eiusdem Euangelij Georgius Maior conatus est laudatissimum Imperatorem Carolum V. cælesti interdicto subijcere, & passim omnes ad rebellandum inflammare. Deniquè vigore eiusdem Euangelij Iustus Menius de armis contrà sumendis eum in modum scripsit, quòd Magdeburgens. Imperio rebellare non dubitârunt. Atq; hi libri omnes etiamnum extant: quàm autē seditiosè iam memorati Luterani Apostoli egerint, calamitosus exitus declarauit. Interim tamen horum omnium nulla prorsus habita ratione, molitur Vulcanius iste Faber immanes eiusmodi et letales plagas, quas orbis Christianus ab ijs, quos iam diximus, Euangelistis accepit, atque indè in animabus, corporibus, existimatione & facultatibus exitialitèr afflictus & læsus est, fuco quodam oblinere, cùm tamen Mathias Illyricus eas ipsas exulceret,

In libello cælestis interdicti.

Caspar Cruciger in Psal. 20.

Libr. de armis contrà sumendis.

dum virulenta hæc ſcelera Vuittenbergenſibus prophetis palàm improperat, in ſua illa Informatione vel Inſtructione de quibuſdam Articulis.

Prô Deus immortalis: mihi quidem cor ipſum crepare poßit, quotiès immanem hanc dulciſsimæ patriæ meæ calamitatem cogito, quàm veteratoriè et proditoriè verſuti hæretici nobiſcũ egerint. Anno 1548. Vuittenbergenſ. contra Carolum V. Imperatorem ſcripſerunt, eiq́ue & omnibus illi adhærentibus igni & aqua interdixerunt. Mox anno ſequenti, cùm Vuittenbergæ eſſet dux Mauritius inauguratus, isq́; Theologorum auxiſſet ſtipendium, & eos donis eſſet proſecutus, D. Iohãnes Pomeranus de tranſacto bello libellum edidit, quo non potuit nouum principem ſatìs pro dignitate, laude & prædicatione efferre, quem tamen ante paucos menſes vnà cum Cæſare Carolo V. diris omnibus deuouerat & excom-

communicârat: neque etiam ſatis ſuperiores principes conuicijs et contumelijs lacerare: deniquè vult, non poſſe duos eſſe electores Principes. In ſumma autem, ſic ſeſe res habet apud illos, quemadmodùm Epicureus ille Ethnicus ait, Quod prodeſt, Deus eſt, (videlicet nouum Euangelium) fitq́ue quòd Apoſtolus dicit, vt quæſtum exiſtiment pietatem. Noui ego celebris nominis virum, quandoquè Luteraniſmo non parùm addictum: qui cùm tandèm cerneret, quò Luteri & eius diſcipulorum conatus ſpectarent, ait, Luteranos eccleſiaſtas faſtum et argentum promptum arripere, & Turcis Chriſtianitatem prodere.

Plinius in Præfat. operis ſui.

1. Timo. 6.

Sed quia iam damnum partìm acceptum eſt, & tamen, vt metus eſt, ipſiſſima calamitas nobis adhuc præ foribꝰ impendet, equidem Dominum Deum quotidianis perpetuiſq́ue pulſo precibus, velit tamen laudatiſſimis Germanicæ Na-

tionis proceribus eam adspirare mentem, vt omni posito affectu, secum ipsi consultent ac deliberent, tantumque operæ sibi sumant, vt hoc maximi ponderis negocium recta secū via reputare queant. Quod si fiat, prorsus eam in spem venio, fore vt reipsa comperiant, vndè iste miserandus Imperij Romani interitus suam traxerit originem: omne quoquè adhibeant studium & conatum, vt cōmunibus tum consilijs tum auxilijs maturè illi poßint anteuertere. Feci quod officium fidelis subditi poscere videbatur, atque huius mali & incommodi scaturiginem in Luteranorum scriptis & libris demonstraui, loca vbi inuenienda sit, non tacui, certò id mihi de Dei benignitate pollicens, si clementiß. et clementes Domini mei vel per seipsos, vel alioquì per fidos ministros locos à me citatos, faciant inquiri, ipsos ad rem certam peruenturos, apertißimeque perspecturos, quicquid huius est calami-

tatis

tatis & miseriæ, id Luteri et Luteranorum doctrinæ ac seditiosis cõcionibus acceptum ferri oportere.

Quòd uerò Luterus charitatem & charitatis opera reiecerit, apertum, impudens, Staphylianum, Iscarioticum mendacium est. Smidelin. F. 2. fac. 2.

Si Luterus amorem omnẽ reiecisset, quo ille pacto, vtpotè Monachus, Nonnam sibi copulare potuisset? & si nulla quiuisset ferre vel tolerare bona opera, quis illi benignè fecisset, & opes diuitiasq́ue contulisset? Eam ergò charitatem, eaq́ bona opera, quæ hîc in terris sua habeant compendia & emolumenta, Luterus pro se suisq́ue Symmystis non iniquo tulit animo: illam autem charitatem, & illa rectè facta, quæ à nobis reposcit Deus, quibusq́ue fulti ad vitam ingredi, & salui effici queamus, Luterus prorsùs explosit, & saluti perniciosa iudicauit, vt in eius libris multiuariàm legere est, itemq́ue Amsdorffius, Illyricus & Gal- Matth. 19. Luter. in Epistolã ad Galat. Amsdorff. in libello, Quòd bona

 lus

opera sint perniciosa saluti. *lus testantur. Sed porrò audiamus Smidelinum;*

Smidelin. F. 2. fa. 1. Quòd D. Luterus scripserit, Deum impellere homines ad maleficia, itidèm crassum, & quod manibus taugi possit, Staphylianumq; mendacium est, satis suprà indicatum. Quod ergò ex his dogmatibus consequitur, nō debet Lutero imputari, qui eiusmodi dogmata nō tradiderit, ut à Staphylo produntur.

Equidem Christianū Lectorem oratum velim, vt in gratiam cognoscēdæ veritatis tantum sibi sumat negocij, vt Luteri legat librum illum, quem de Seruo Arbitrio inscriptum edidit contra Eràsmum Roterodamum, itemq; eius Assertiones aduersùs Leonem X. Romanum Pontificem, atque etiam Philippi Melanchthonis Annotationes in Epistolam ad Romanos: sicq; certò comperiet, Luterum & Melanchthonem docuisse & scripsisse, Deum in hominibus nō permissiuè, sed potentèr facere mala. Sic enim Melanchthon loquitur. Quæ quidem doctrina

Melāchthō in Annotation. super Epistolā ad Roma. editas Basileæ Anno 23.

ctrina in iam memoratis libris si ab illis expreßè scripta non est, & à plerisq; non legitur, nolim ego probi viri loco haberi. Quàm autem boni & integri viri officio Smidelinus fungatur, dum me hoc nomine palàm insimulat mendacij, negatque Luterum hæc vnquàm docuisse, cuilibet piè Christiano pensitandum relinquo.

Iam quòd superbè iactitat et asserit, neminem unquàm planum facere posse, Romanam Ecclesiam, quam ille Catholicam nominat, quippiam tradidisse uel sanxisse, quod uel scriptis diuinis, uel ciuili Magistratui repugnet, satis mirari non possum, Staphylum in tam aperta luce id tam confidentèr & impudentèr dicere non uereri. Smidelin. F. 2. fac. 2.

Id ego scripsi, & etiamnùm scribo: sic enim rei sese habet veritas certa & luculenta. Nec quicquam ad rem facit, quod mox subiungit Smidelinus:

Coniugio et cibis interdicere, an non pugnat cum sacris literis? Cœnam Domini sub altera tantùm specie sumere, non est aduersum scripturæ diuinæ? Peregrinationes religionis ergô suscipere, & à mortuis sanctis opem consiliumq; poscere, Smidelin. F. 2. fac. 2.

re,non ſcriptis diuinis repugnat? Remiſſionẽ peccatorum & iuſtitiã alibi quàm in ſanguine Chriſti quærere, an non ſcripturæ ſacræ contrarium eſt?

Reſpondemus: Catholica Chriſti Eccleſia coniugio nunquàm interdixit, ſed, vt eſt ſupradictum, abuſum coniugij vetuit, eorumq́ue perfidiam & periurium, qui Deo nuncupata vota perfringunt, et contra votiuum iuſiurandũ ſuum ad coniugium ſeſe transferũt. Nec etiam cibum prohibuit, ſed præclarũ & laude dignum cibis congruentèr vtendi modum præfixit: indicauit etiam, quibus de cauſis cõmunicantibus altera duntaxat, ſacrificantibus verò vtraque ſpecies ſumenda videatur. Quæ omnia hoc loco repetere nimìs longũ ſit: ſufficiat, Luterum ipſum & Melanchthonem confiteri, (quod tamen alioqui ipſiſſima diuina veritas eſt) totum & integrum Chriſtum non minùs ſub vna, atquè ſub vtraq; ſumi ſpecie. Quî poteſt

Luterus in ſuis Vuormatienſ. Collectaneis.

potest igitur hic vsus cum diuinis pugnare scripturis? Quod autem de Sanctorum intercessione & peregrinationibus obijcitur, non pauci Doctores fortissimè confutârunt, nec hoc loco extra nostrum institutum vlla habet disputatione opus.

Quasdam ego hîc facetias commemorabo, nuper Romæ creato Doctori Staphylo cumprimis iucundas futuras, quādoque ab honesto quodam nobili relatas, qui se diceret nulla re perterritum magis, quàm cùm dici audiuisset, non esse Purgatorium. Semper enim se ea in cogitatione fuisse, etiamsi diù multumq; peccaret, tandèm patella pice referta posse expiari omnia, quæ in Purgatorio ad ipsius podicem effusa, iam expiata fore omnia. Potest hoc Stapnylus de tota sua Papistica doctrina accipere. Sic enim persuasi fuêre homines, quicquid demùm ageret, modò in Quadragesima capite pendulo peccata confiterentur, & irrogatam à sacrifico mulctam persoluerent, iam se planè detersos & dilutos esse. Nouit hoc totus orbis: & ubi ad summum res discrimen adducta fuit, morsq; impendebat, monachi & sacrifici eos consolabantur, quòd si facultates suas sibi legarent, seipsos è Purgatorio orando, plangendo ex- Smidelin. F. 2. fac. 2.

do extracturos. Indè nata est impia, perdita, scelerata, Epicurea apud plerosq; omnes uita, ut est notum orbi uniuerso.

Sunt hæ profectò lepidæ quædam & planè Smidelinianæ vel Vulcaniæ facetiæ, quippe quæ à podice & ano sumant initium, vndè Smidelinus è sua Rhetorica bellas nouit institutiones petere. De Purgatorio disputare cum hæreticis, nihil est aliud, quàm oleum & operam perdere, quādoquidem nullus hæreticus venit in Purgatorium. Sed quam ob rem?
Tit. 3. *Hæreticus enim, vt Apostolus ait, proprio est iudicio condemnatus. Porrò in inferno nulla est redemptio. Nos Catholici ex certa verbi diuini institutiōe compertum habemus, tametsi Deus pœnas æternas pœnitentibus per Sacramentum pœnitentiæ remittat, non tamen eum simul etiam quibuslibet temporarias condonare pœnas. Vbi quis furatus est, illiq; peccatum & sempiterna supplicia vi ac*

virtu-

virtute meritorum et satisfactionis Christi in confeßione relaxantur, non tamen etiam temporaria tollitur pœna, sed nisi ablatum restituatur, peccatum non dimittitur: & si res poscat, insupèr etiam id quod meritus est, corpore luat. Quod si non faciat, neque Ciuili iustitiæ in hac vita ab illo fiat satìs, non debet tamen eadem iustitia, vtpotè diuinitùs decreta et sancita, absque satisfactione præteriri. Fatetur hoc Luterus ipse in 17. Articulo Assertionum contra Leonem X. Romanum Pontificem: Ego tamen & credo, inquit, esse Purgatorium, et consulo suadeoque credendum: sed neminem volo cogi.

Augustin. Epist. 54. ad Macedō. Decre. Lib. 6. de Regul. Iuris, Re. 4. Decret. par. 2. C. 14. q. 6. c. 1. Quod verò.

Porrò quòd Smidelinus hisce suis cumprimis vrbanis facetijs id vult innuere, tanquàm doceamus nos, licere cuiq; prædari, furari, latrocinari, mœchari, omnis generis exitialibus sceleribus sese obstringere, hæreses excitare ac tueri, & interim

rìm nihilo minùs spem sibi fingere, quòd quæuis mortifera peccata & supplicia sempiterna Purgatorio expiari queant: id planè Catholici nunquàm docuêre, Ecclesia nunquàm recepit, Scripta diuina nunquàm comprobârunt.

Quòd autem prætereà adfert Smidelinus, ex hac doctrina factos esse homines impios, perditos, scelerosos, Epicureos: ea nimirùm impia, Epicurea, Vulcania oratio & cogitatio est, flammis & ferro iurè meritoque vindicanda, quòd isthæc Vulcania calumnia, nulla probatione nitatur. Secùs autem rem se habere, non ratio duntaxat, sed ipsa quoquè docet quotidiana experientia. Nam posteaquàm Smidelinus cum suis complicibus eas quas Luterus reliquas fecerat, Purgatorij scintillas prorsùs extinxit, vulgum etiam Purgatorij irrisiõe ac exibilatione, certáque vitæ æternæ per inanem nudamque fidem obtinendæ pollici-

tatio-

tatione, ab omni iustitiæ diuinæ & pœnæ temporariæ metu abduxit: re ipsa compe- rimus euidentißimè, & senes et iuuenes, viros ac fœminas longè magis impios, sce- lerosos & Epicureos euasisse, (vt Lute- rus quoquè non vno loco fatetur) quàm anteà in Papatu fuerint, quandò commi- natione ignis æterni & Purgatorij à ma- gnis criminibus absterrebantur. Nam si- mul atquè Luterani Concionatores absq; vlla diuinæ & Apostolicæ scripturæ au- thoritate contra peruulgatam et commu- nem Catholicæ Ecclesiæ fidem publici- tùs blaterare cœperunt, post huius vitæ curriculum nullum esse medium vel im- pedimentum alicuius commeriti tempo- rarij luendi supplicij, atque idcircò Pur- gatorium monachos & sacrificos auari- tia percitos confinxisse: sed quisquis vel in supremo spiritu citra contritionem & pœnitentiam tantùm certò secum statue- re & credere poßit, peccata sua omnia,

In Euãgelium Dominicæ I. Aduentûs.

Luterana morientiũ consolatio.

quam-

quamlibèt ea et multa et magna esse queant, propter Christum remissa esse, iam non modò culpam, sed etiam pœnam oēm penitùs abolitam, condonatam, expiatam: Hæc, inquam, vbi illi ꝑpalàm concionari cœperunt, vsqueeò homines delicatuli & molles effecti sunt, quilibet ferè secum vt cogitet: Si quidem sic se res habet, vt mea errata & flagitia omnia sola fide abolere poßim, nec in illo seculo futuro vlla temporaria pœna formidanda sit, tam firmam ego me in Dei misericordiam per Christum appræhensurum spero fidutiam, quàm vllus vspiàm poßit concionator: atque eam ob rem non est quòd mihi curæ admodùm sint bona opera. Indè adeò factum est, quòd inter laicos permulti inueniuntur, qui magna temeritate dicere non dubitent: Modò nos siue sano corpore, siue ad ipsum mortis extremum Articulum adducti, cum publicano quinque illa verba proferre queamus:

Fidutia propria.

amus: Deus, propitius esto mihi peccato- Luc. 18.
ri: credamusque hac simplici & nuda fi-
dutia, sine vlla præcedente contritione et
congrua pœnitentia, ob Christi meritum
peccatorum omnium nos obtinere veni-
am: iam certi sumus, Deum nihil sibi fe-
cisse reliqui, sed vnà cum condonata cul-
pa, etiam temporariam pœnam omnem
remissurum.

Ità iam quilibet impius sola illa puta-
titia fide (quam solam volunt ad salutem
sufficere) & Dei misericordia sese erigit,
solatur ac nititur, idque adeò, vt absque
vllo tum Dei, tum hominũ metu, nullum
quanuis improbum facinus, & quæ in
Dei cedant contumeliam, in se admittere
& perpetrare vereatur. Eiusmodi fir-
mam in diuinæ opis & gratiæ fidutiam,
nullam præceptorum Dei obseruationem
requirentem, Thomas Munzerus à Lu-
tero præceptore & patrono suo didicit;
eamq; pôstmodùm conatus est apud mise-

ros & in fraudem impulsos Rusticos, in opus conferre. Scribit enim Erasmus Alberus, (quod non modò non legi, sed nec cogitari quidẽ sinè horrore queat) Munzerum hunc quandoquè apud rusticos suos ità dixisse, se nescio quid nõ velle Deo facere, si non tam (fidelitèr) cum ipso loqui vellet, atquè cum Abrahamo, Isaac & Iacob patriarchis. Sleidanus quoquè Luteranus historicus commemorat, miseros illos ac seditiosos Rusticos ad eam rebellionem aduersùs Magistratus suorum Euangelicorum Ecclesiastarum seditiosis concionibus incitatos, & in illo suo exitiali & execrando proposito maiorem in modum confirmatos fuisse. Hic iam ego penès quenlibet partium minimè studiosum iudicem, ferendæ sententiæ ius facultatemque esse velim, vtra doctrina magis atheos ac impios reddiderit homines, Catholicá ne an Luterana.

Libri cõtra execrandũ dogma Carlstadianorũ fol. P. 4. fac. 1.

Proh immanẽ blasphemiam.

Sleidanus lib. 5. histo.

Quandiù apud charissimos Maiores no-

nostros conciones habebantur de Purgatorio, ijsque sedulò inculcabatur, Deum nullum opus bonum irremuneratum, nullum opus malum impunitum relinquere, siue id in hoc, siue illo futuro fiat seculo: non modò homines pij in diuino timore et bona disciplina continebantur, sed etiam improbi, distorti, dyscoli et crudi Christiani si non commendatione & amore tum Dei, tum virtutis, at certè terroribus & comminatione pœnarum temporalium à sceleribus distinebantur. Atqui verò hac ætate, quandò Luterani Concionatores angustam & difficilem illam viam, quæ ducit ad vitam, prorsùs latam ac meabilem reddidêre, nemo est qui non videat, quantum virtuti & disciplinæ decesserit, quamq; vitia & flagitia in omni ætate excreuerint. Cuius certè ea non minima causa est, quòd ex Luteranorum dogmatistarum institutionibus passim oẽs sibi persuadẽt, Deum vnà cum culpa eti-

Roma. 2.

Matth. 7.
Luc. 13.

am temporariam pœnam simul omnē pœnitenti remittere, cùm tamen inter alia multa inprimis illustre extet in Regio
2. Reg. 12. *propheta Dauide Exemplum: cui post perpetratum adulterium et homicidium, cùm se corde contrito & culpæ suæ agnitione ad Deum conuertisset, peccatū quidem condonatum fuit, at tamen iubente Deo per Prophetam Nathan, sinè dissimulatione luculētèr illi significatum est, pœnam temporariam ipsum minimè euasurum: id quod deindè accidit, licèt causa infantis nō mediocritèr sese afflixisset, orando, ieiunando, humique cubando. In summa, pœna illa temporalis suos habuit successus, sicque diuinæ sententia iustitiæ immota permansit. Paruulus enim ille natus ex adulterio, non absque ingenti patris dolore, sua pelle facinus illud luit.*

Eadem est ratio ieiuniorum, eleemosynarum, confeßionis, pœnitentiæ vel satisfactionis, deniquè omnium operum bonorum,

norum, quæ ab homine Christiano siue debeant, siue poßint fieri. Nanq; sinè Dei gratia & absque Christi meritis ad delendum vel abolendum etiam minimum siue peccati mortiferi, siue pœnæ sempiternæ punctũ inefficacia sunt. Quòd autem illis, quibus peccata exitialia & pœna æterna, siue per Baptismum, siue per pœnitentiæ Sacramentũ condonata sunt, pœnam temporariam suprà dicta bona opera nõ minuant, vel etiam prorsus aboleant, mortalium nemo solida Scripturæ diuinæ authoritate docere poterit: sed sententia contraria luculentis Scripturæ sacræ locis, eorumq́ue genuina intelligentia validè probari potest.

Vide August. Enchirid. ca. 69. & in Psal. 80. et 107. Item de fide & operibus, ca. 16. & alios S. Patres plerosque.

Vbi autem indulgentiarum nundinatores, ait Smidelinus, aduentârunt, Deus bone, quàm multas indulgentias uendiderunt pro precio, quamq; multæ parua pecunia emi potuerunt, ultra quàm quis peccare potuerit, utì ego quoquè (nolim id Deo exprobratum quis putet) multas tales habeo, uerùm (propitius sit mihi Deus) prorsus nihili-

Smidelin. F. 3. fac. 1.

bilipendo, atque in eos adhibeo usus, ut Staphylus ægrè sit laturus, si commemorare uelim: mihi quoquè excommunicatio metuenda sit. ex reliquo familia mea fila deducit &c.

Gerson par. 2. Tractatu de Indulgẽtijs, Consider. 5. et 12. Frãcis. Maro in Tractatu de Indulgent.

Indulgentiæ vel condonationes (modò absque affectu & æquis oculis inspiciantur) non aliud sunt, quàm benigna quædam & clemens pœnæ temporariæ relaxatio, quæ vim & efficaciam suam habet ex paßionis Christi thesauro, cuius pro modo & conditione personarum pœnitentiam distribuendi ac dispensandi, ob pœnas temporarias vel mitigandas, vel exaggerãdas, penès Catholicam Ecclesiam facultas est & potestas. Si enim Principi licet reis pro ratione siue qualitate personarum, aliarumq́; circunstantiarum, supplicium in illos cõstitutum remittere vel moderari, cur non idem virtute clauium sancta poßit Catholica Ecclesia? Dicat ergò Smidelinus quicquid volet, non poterit tamen hanc Ecclesiæ pote-

poteſtatem conuellere. Nam tametſi ille veteratorÿs ſuis conſilÿs & artibus atq; clandeſtinis machinamentis perpetim in eam incumbit curam & operam, vt Ecclesia Dei corporalibus ſit nudanda theſauris: at certè eandem ipſam ſpiritali illo theſauro, quem quotidiè ex inexhauſtis et indeficiẽtibus Chriſti meritis haurit, & largitèr elargitur, nunquàm ſpoliare valebit.

Firma igitur manet Chriſti regula, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Vtq; ea intelligenda ſit: nempe ubi doctrina ſeritur, quæ te non promouet ad iuſtitiam illam, quæ ualet apud Deum, ad pacem conſcientiæ, & gaudium in Spirituſancto, ut fugias & uites talem doctrinam, neq; cures eam, ſiue ſacrificus modeſtus ſit, ſiue immodeſtus, ut etiam Papiſtæ omnes docent. Smidelin. F.3.fac.1.

Prorsùs recta & iuſta ſit, permaneatque neceſſè eſt hæc regula Seruatoris. Si ergò doctrina noſtra bona eſt & integra, ſi in Chriſti meritis plantata & fundata eſt, iam fructus quoquè, putà, pœnæ

temporariæ (quæ vtiquè Christi meritis vel aufertur, vel mitigatur) condonationes seu Indulgentiæ, idonei ac boni fructus sint oportet. Abusus personarũ, condonationes seu Indulgentias conferentium ac dispensantium, equidem tuendos non suscepi: recipient illi pro factis meritam haud dubiò mercedem.

Smidelin. F. 3. fac. 2. Rom. 3. 1. Cor. 1. Rom. 14.

Contrà uerò dum doctrina ad unum te remittit Christum, qui factus est nobis à Deo iustitia in sanguine suo, adfertq; tibi pacem conscientiæ, ut nôris te esse filium Dei, atque gaudium in Spiritusancto, unde iucundum cõsequitur omnis boni, quod Deo gratum sit, exequendi desiderium, itemq; pro Dei uoluntate uitam ducendi, atque gratitudinem hoc ipso pro percepta redemptione declarandi.

1. Cor. 1.

Vanus & mendax iste Smidelinus hoc loco subindicat, negare nos Christum nobis factum esse iustitiam, sed proprijs operibus, condonationibus vel Indulgentijs, & id genus alijs velle nos culpam et pœnam peccati sempiternã expiare, quod nulli

nulli Catholico et germanè Christiano homini vnquàm in mentem venit: tantum abest vt quisquam Catholicus eam Pelagianam hæresin tueri voluerit. Dicimus nos, confitemurque & docemus, omnem iustitiam nostram vel æternæ vitæ beatitudinem, non nisi Dei gratiam, Dei misericordiam, & Christi merita esse, atque planè, vt Paulus ait, gratia Dei nos esse id quod sumus: immò verò non minùs nos 1. Cor. 15.
nouimus, atque aliquanto etiam meliùs, quàm hæretici omnes, quòd Christus non Tit. 3.
ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundùm suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis &c. Item, quòd vita æterna, gratia est. Rom. 6.
Isthuc, inquã, nos æquè ac hæretici omnes, & etiam meliùs nouimus: prætereaque nec illud nos latet, quod illi nesciunt, aut scire nolunt, Christum Dominum dixisse: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matth. 19.
Quînam igitur duo hæc loca concilianda

sunt? Hîc quidē vita æterna dicitur obseruatio mandatorum Dei, illic verò gratia Dei. Iacob. 2. *Apostolus Iacobus medium nos tenere docet, idq́ eum in modum, vt vterque hic Scripturæ diuinæ locus, ipsissima sit maneatq́ue Dei veritas. Fides, inquit, cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides consummata est. Concordat huic D. Iacobi sententiæ doctrina illa beati Pauli:* Galat. 5. *Nam in Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, neque præputium, sed fides quæ per charitatem operatur. Atque ex hisce sententÿs liquidò & incommutabilitèr cernere est, non solam per se fidem saluos nos facere, sed eò quoquè charitatem necessariò adhiberi & adiungi oportere.*

Harum autem, quas iam protulimus ex sacris literis, sententiarum non aliam, quàm hancipsam, mentem esse et sensum genuinum, Catholica interpretatio testis est, quæ apud Augustinum fusè habetur. Lib. de fide et operibus.

Atque

Atq; adeò Luterus ipſe quandoquè hanc Pauli ſententiam eundem in modum & accepit & interpretatus eſt: ſed eo tempore, cùm eius ſpiritus vertiginis in eremum lignaturus auolâſſet. Sic enim ſcriptum ille reliquit in Ionam: Quamobrem nobis iam, perindè vt Niniuitis, nihil æquè neceſſarium eſt, quàm vera fides, quæ bona faciat opera, & homines probos reddat &c. Tomo.5. fol. 312. fac. 1.

Hîc iam neceſſum foret, percontari ex Smidelino, quæ ſit illa iuſtitia, quæ valeat apud Deum, hilareſque & ſecuras efficiat conſcientias. Si reſpondeat Smidelinus, ſolam eam fidem eſſe abſque charitate, non poteſt iuſtitia noſtra aliud eſſe, quàm fides mortua, vt D. Iacobus habet: vel, vt Luterus ſcribit, ocioſa & vacua vel inanis fides, quæ profectò non hilarem conſcientiam, nō vllum opus bonum, non vllam benè moratam & compoſitam vitam, non vllam honeſtatem, Luter. in 1. cap. Epiſtolæ 5. Iohannis.

pacem,

pacem, concordiam, sed omne malorũ genus efficere nouit. Cùm enim Deus charitas sit, vt D. Iohannes asserit, & qui manet in charitate, in Deo manet, conficitur indè, fidẽ illam, quæ charitatis expers sit, nihil posse cum Deo habere commercij, sed eandem ipsam esse, quam habent dæmones quoquè, qui vtiquè credunt & contremiscunt. Sin autem dicat Smidelinus, hominis iustitiam esse fidem illam, quæ per charitatem operatur, vim nobis adfert & iniuriam, dum ait nostrã de Iustificatione doctrinam, neq; pacem conscientiæ, neq; gaudium in spiritusancto, neque appetentiam et desiderium erga cuncta bona opera adferre & excitare: quandoquidem nos cum vniuerso orbe Christiano confitemur, iustitiam nostram eam esse fidem, quæ per charitatem operatur. Hæc enim sola efficit conscientias hilares, probosque et beatos homines. Quandò igitur Smidelinus iustitiam

1. Iohan. 4.

Iacob. 2.

Synodus Tridentina Sess. 5. Thomas Aquinas par. 3. q. 85.

tiam hanc, id est, fidem quæ per charitatem operatur, tolerare nō potest, sed vult nudam inanemq́ fidem solam saluos nos facere: fieri quî potest, vt vacua, inanis, & mortua fides, vitalia bona opera, bonosq́ue mores progignat? Quis ad hanc in Deum blasphemiam non clamitet, Iacobo Smidelino anathema? quippe cùm aliud Euangelium adferat, quàm sit allatum ab Apostolo: eueniatq́ue planè, vt est à me suprà commemoratum, vt Smidelini doctrina talis sit, qualis Luteranorū fructus: id est, hæresis Eunomiana. Est ergò arbor putrida, & fructus vitiosi atque cariosi. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum. Galat. 1. Epiphan. in Anacephaleosi. August. in Catalogo hæresum. Matth. 12.

Vbi autē Staphylus docere instituit, quî scire liceat, quæ sit uera Mosis cathedra, quæ non, duo principiò ponit crassa, & benè opima mendacia. Primùm est, quòd Luteranis concionatoribus falsò impingit, docere eos, solam scripturam sacram legendam, nulli expositioni fidem adhibendam. Smidelin. F. 3. fac. 2.

Alte-

Alterum, quòd S. Patrum scripta, & omnes illorum scripturæ sacræ interpretationes nō nisi hominum cogitationes & commenta, non Dei uerbum esse dicant, proptereaq; illis ut credatur, nihil necessum esse &c.

Equidem dixi, atque etiamnùm dico, siquidem sic rei habet euidentißima veritas, scripsisse ac docuisse Luterum, nihil se recipere extra Scripturam sacram: quæ cùm sit per se luculenta satìs, nulla eam neque S. Patrum, neque totius Christianitatis interpretatione et exegesi habere opùs. Quòd autem id ille docuerit, neque per mendacium à me in illum confictum sit, testantur scripta eius typis excusa, ad quæ ego prouoco: licetque id expreßè & fusè perspici in libro ab illo edito aduersùs Leonem X. itemque illo, quo respondet Henrico regi Anglorum, tertio suo fundamento: in libro quoquè de Ecclesia & Concilijs, in quo ille bacchatur & furit, Ecclesiam reformandā non esse, neque Hæresin vllam damnandam iuxta

In Aßertiō. cōtra Leon. X. cōtra Articul. 1. Tomo 6. fol. 438. fac. 2.

iuxta eam Scripturæ sacræ interpretationem & expositionem, quæ est apud S. Patres, & sicut ab illis scriptura est intellecta & accepta. Quid verò illo agit libro, quem de Seruo arbitrio inscripsit contra Erasmum, atque etiam alibi? id quòd illi Erasmus in suo Hyperaspiste improperat: quo ex libro tota Luteri sententia proprijs eius verbis compræhensa, iam suprà allata est, nec hîc eadem repetere opùs est.

Nè quis autem fortaßis cogitet, orationem hanc Lutero quandoquè incogitanti, et vt quædã alia temerè excidiße, nec vnquàm in opus collata esse, nôrint omnes, Luterum hanc, quam diximus, doctrinam suam eo pacto suorum discipulorum animis affixisse et inseuisse, vt etiam Carlstadius & Melanchthon publicitùs scripserint ac docuerint, nihil recipiendum & pro vero habendum, præter nudam scripturam sacram: eam enim esse per

Philippus in Præfatione Apost. Canonum. Erasmus Alberus in li. cõtra Carl-

stadium & Suermeros. Luterus in lib. de Captiu. Babylon. In lib. aduersùs Catharinum &c. Illyricus aduersùs Iustū Meniū. Luterus in lib. ad nobilitatem Germanicam.

per se satìs perspicuam, nec vllis indigere glossis vel interpretationibus: laico eius intelligentiam tam esse obuiam & expositam, atquè eruditissimo Doctori, quandoquidem omnes sumus θεοδίδακτοι, *diuinitùs edocti. Atque idcircò etiam Philosophiam ad genuinum capessendum Scripturæ sacræ sensum nihil esse necessariam: quæ Plato, Aristoteles, Cicero scripserint, ethnica & idololatrica esse, indigna quæ Christianùs legat vel addiscat, dempta Grammatica, Rhetorica & Dialectica.*

Hac nimirùm Carlstadij & Melanchthonis oratione & persuasione permoti complures studiosi Vuittenbergenses, libros suos igni iniectos combussère, Biblia sola sibi reseruantes, è quibus quem quisq; sibi seu viridem, seu cæruleum pro suo indicio hausisset sensum, is non poterat nō esse Sanctispiritûs instinctus quidam, & purum putum & esse & dici

Euan-

Euangelion. Ex qua Luterana & noua Euangelica arbore is præclarus enatus est fructus, quòd pleræque ciuitates Germaniæ passim scholas aliquandiù clausas tenuerunt & abrogârunt, suasque proles absque vlla disciplina & institutione ad alia opificia & victûs parandi mechanica studia applicuerunt. Melãchthon eam in curam intẽtus fuit, vt eius loci hodieq; aliquammulti nôrunt, pistoriæ arti suam vt nauaret operam. Carlstadius milliari vno à Vittẽberga iuxta oppidulũ Kembergum in pago quodam in rusticũ transformatus, ostendit neminem sibi victum religiosiùs parare posse, quàm qui iuxta Scripta diuina vescatur pane suo in sudore vultûs sui, conuenientèr illi Psalmi sententiæ, Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es &c. Hi nanque duo Scripturæ loci eam cogebantur pati interpretationẽ Euangelicam, quòd mortales omnes, qui se suosque secundùm De-

Eras. Alberus in lib. cõtra Carlstad. & Suermeros.

Genes. 3.

Psalm. 128.

N um &

um & honestè alere ac sustentare velint, in sudore vultûs sui victum sibi parare, id est, non nisi mechanici, rustici, & id genus homines esse debeant: contrà verò, studiosorum, parochorum, doctorum, nobilium, principum, regum, Imperatorum ordines siue status, inhonesti et impij censendi sint.

Vigore huius nouæ expositionis, qua Luterani illi Scripta diuina interpretabantur: Andreas Carolstadius, vt de illo scribit Erasmus Alberus, cōgruentèr Luterano Euangelio, victum suum hac ratione tolerauit. Non ambiuit ille vllū concionandi munus, sed rusticum agere contentus, agricolationi dabat operam: cædensq́; ligna, Vuittenbergam inuehebat, & ibì distrahebat: vini quoquè & ceruisiæ exercebat tabernam, et friuolarius vendebat vinum crematum, chartas lusorias, & res alias: veste vtebatur cinericia, pileo & ocreis rusticanis, ense quoquè

In lib. cōtra execrabilē doctrinam Carolstadianorū &c. parte 2. Alphabeto 2. L. 3.

què rustico in vagina lacera. Oportebat enim illum insanire, malo dæmone, quo occupatus erat, nullam ei requiem permittente. Nec vnquàm sumpsit Sacramentum, mansitque per omnem vitam hæreticus, vt compleretur trita illa hominum ore sententia, Nullum hæresiárcham resipiscère. Arrius suam recantauit hæresin, sed ficto animo. **Gricfel** *etiam cânit palinodiam, retractatq; Antinomiam suam, sed fallaci pectore: factusque seipso deterior, condendi INTERIM se socium præbuit. Paulus Samosatenus promisit Firmiliano, viro egregio & erudito, quiq; Samosatenum superârat, se nuncium suæ heresi remissurum, sed fidem fefellit, mortuusq; est hæresiarcha. Hæc Alberus.*

Iohannes Islebius notatur.

Et licèt hoc nomine Luterus Carolstadium quidem grauitèr insectatus sit, Melanchthonem verò acritèr castigârit, at tamen illius Luterana doctrina omnis

initiò eò ſpectabat, nihil extra Scripta diuina recipiendum eſſe: atque è diuerſo artes, ſcholas, Vniuerſitates omnes abrogauit, vt eius libro, quem in Ambroſium Catharinum Epiſcopum ſcripſit, luculentèr videre licet, vbi ſic habet: Ad Euangelium funditùs extinguendum videtur ſatanas nec aſtutius, nec efficacius inueniſſe commentum, quàm Vniuerſitatum erigendarum.

Luter. lib. contra Ambroſ. Catharinum.

Ex hoc Luteri Euangelio non tantùm Carolſtadius et Melāchthon omnes didicêre reycere Scripturæ ſacræ interpretationes, totamq́ue Philoſophiam & honeſtas diſciplinas oēs: ſed etiam Anabaptiſtæ harum rerum contemptum eum in modum ex Lutero hauſerunt, vt hoc errore in hunc vſque diem pertinacitèr implicati teneantur. Sic enim de illis ſcribit Iohannes Gaſtius Briſacenſ. in ſua Hiſtoria: Anabaptiſtæ literas bonas et omnem Philoſophiam contemnunt, vt patet

Lib. 1. de Origine Anabaptiſtarum.

tet ex Epistola D. Ioach. Vadiani ad Bullingerum, Actibus Apostolorũ præfixa: Habet hæc ætas nostra, vir doctissime, complusculos Euangelij ministros, pios quidem illos & diligentes viros, qui immodica quadam, vt mihi videtur, scripturarum veneratione adducti, in ea hæresi sunt, vt existiment presbyteris, ad pascendum gregem Dominicum vocatis, non licere præter scripturã verè sacram, vllam Philosophiæ partem legere aut tractare. Hæc Gastius.

Lutерani cõcionatores cõtemnunt Philosophiam.

Postquàm autem Luterus certa didicit experientia, si Scholæ et Philosophiæ disciplinæ scholasticæ abolerẽtur, se quintum suum Euãgelium, quod iam diù parturiebat, parere non posse, neque in homines propagare, librum edidit ad præcipuas Germaniæ vrbes, quo illas hortatur, vt scholas & scholasticas disciplinas instaurent, sed tamen, vt in libro Germanicæ nobilitati scripto iubet, ea conditione,

Luter. Tomo 6. fol. 335.

Luter. Tomo 6. fol. 589.

vt ex vniuersa Philosophia non nisi pars Logica retineatur: reliquæ pcipuæ partes, Moralis, Physica, Metaphysica, de Anima, et eius generis scientiæ aliæ, quibus, quod non immeritò ille reformidabat, germanus veri Euangelij sensus propugnari, nouumq; Euangelion oppugnari & expugnari atque euerti posset, explodantur & eliminentur. Itaque dicere non dubitat, figulum quempiam maiori præditum esse rerum naturalium cognitione, quàm in memoratis Aristotelicis lucubrationibus habeatur &c.

Atque sanè in his omnibus non modò ingens illa scholarum & disciplinarum omnium, quæ in id tempus incidit, vastatio & desolatio, sed multò etiam magis summa consequentium temporum dãna, in hoc Luteri improbo ac fallaci proposito detestanda sunt. Nanque in hodiernum vsq; diem isthuc Luteri virus, quod ille in multa hominum centena millia dif-

fudit, prorsùs induruit & occalluit, dum ità scribit cōtra Episcopum Ambrosium Catharinum: Ad Euangelium funditùs extinguēdum videtur Satanas nec astutius nec efficacius inuenisse cōmentum, quàm Vniuersitatū erigendarum. Quandò igitur Vniuersitates omnes, virus diaboli sunt, immò vniuersi, quaquauersùm patet, Christiani orbis consensus atq; conspiratio, (vt est suprà à Lutero dictum) non nisi damnata & execrabilis mali dæmonis doctrina & venenum est: quid (oro) à discipulis suis omnibus Luterus aliud exigit, idque inpræsens vsq; tempus, quàm vt Scriptura sacra prorsus nuda & absque vlla interpretatione recipiatur ac retineatur? Hic ergò pius & integer Lector secùm ipse perpēdat, num crassum, insigne ac benè opimatum sit mendacium, quòd ego scripsi atque dixi, Luterum cum discipulis suis nolle, vt scri

Luter. in Responsio. aduersus Ambros. Catharinum.

pta Diuina explanentur, & S. Patrum expositiones admittantur.

Sed quandò tamen Smidelinus hoc loco in scripto suo propalàm fatetur & concedit, Scripturam sacram & posse et debere explicari, nos id pro confesso recipimus, eóque nos referimus, spe bona freti, nos eo pacto cum Smidelino rem hanc ad exitum perducturos, vt ille, Deo benè fauente, non poßit è nostris elabi manibus. Atque porrò in eo iam totius causæ huius cardo vertitur, vtra pars optimam & verißimam Sacræ scripturæ explanationem obtineat, Catholicíne, an verò Luterani. Smidelinus quidem, vt planũ faciat, Luteranam scripturæ Exegesin probiorem magísque genuinã esse quàm nostram, ne vnam quidem aliam adfert rationem, præter eam solam, se Luterum audiuiße prælegentem, & propterea veram eße Luteri doctrinam. Eiusmodi

pror-

prorsus ficulnea argumenta solent ab illis etiam plura adduci, nec quicquam relinquunt intentatum, quô suo infami & obscuro Euangelio secundùm Martinum, existimationem aliquam et gratiam conciliare queant: quemadmodùm etiam superiùs licet perspici, vbì de Latomi & Hofmeisteri obitu dictum est. sup.80.

Ad extremum autem, dum his omnibus Vulcanijs argumentis destituuntur, nec quicquam efficere possunt, hoc illis cuiusdàm instàr Achillis est, Luterum esse tertium Eliam, quintum Euangelistam, et alioquì valdè magni precij athletam seu heroëm & virum Dei, vt ipsus quoquè de se permultis scribit locis. Non potest igitur Luterana Scripturæ sacræ interpretatio vel expositio, non esse Dei verbum & ipsum sacrosanctum Euangelion.

Luter. Tomo 6. fol. 165. fac. 2. in glosa in putatitium Cæsaris edictum. In li. ad regē Angliæ. In Epistola ad Argentineſ. In oratione funebri Melāchthonis, itemq; Pomerani. Illyricus in Præfatione Apologiæ contra Menium.

Nos pauperculi Catholici tam præclaram & insignem eruditionem atque au-

thoritatem nobis vendicare nō possumus, sed tamen offerimus nos promptos atque paratos ad docendum planumquè faciendum, eam diuinæ Scripturæ interpretationem siue expositionem, quæ apud nos est, ab Apostolis promanâsse, & per eorum successores in totum orbem propagatam, atque ad hanc vsque ætatem nostram absque vlla immutatione perductam, confessam & prædicatam: atque etiam perpetuis tēporibus & locis omnibus Christianas Ecclesias omnes super ea exædificatas & conseruatas esse, vti suprà id à me abundè demonstratum est.

Smidelin. F.4.fac.1. *Nostri piæ memoriæ præceptores,* (ait Smidelinus) non modò studiosè legerunt Patrum interpretationes, sed idem etiam suis discipulis faciendum sedulò mandârunt, ea tamen conditione, ut Augustinus quoquè fecit, ut non statim omnibus credant quæ illi scribunt, sed quæ tum sacris literis, tum sufficientibus rationibus probent.

Equidē meminisse possum, me quandoquè ex ipso Lutero & Melanchthone audi-

audiuisse, legi quidem licere S. Patres, sed tamen cum iudicio: id est, quatenùs cum Scriptura sacra concordant, recipiendos eos esse ceu Christianæ Ecclesiæ testes: at nihilo minùs tamen hac ratione, vtì nè eorum testimonijs nitamur atque fidamus. Hic, quæso te, Christiane & amice Lector, fœdissimam Luteri & Luteranorum Ecclesiastarum fraudem ac imposturam obseruato. Licet quidem, aiunt illi, S. Patrum expositiones legere, sed tamen non nisi eatenùs eis fides habenda est, quatenùs quicunque eas legit, apud se statuere potest & decernere, vtrùm benè an malè illi docuerint. An non verò isthæc est apertissima fraus, & euersio atque seductio miseræ iuuentutis & studiosorum, & quidem contra expressum Dei verbum? Christus ipse dicit: Luc. 6.
Non est discipulus super magistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister eius. Cùm igitur Luterani Doctores

suis

ſuis præſcribunt diſcipulis, vt S. Patres legant quidem, ſed quatenùs eos aduertunt recta docere, doctrinam eorum probent: ſin minùs id aduertant, eos dãnent & reijciant: an nõ hoc eſt diſcipulos anteponere magiſtris, ſi poteſtas fiat iunioribus diſcipulis veteres illos ſanctos Patres iudicandi, eoſque pro ſuo cerebro vel vt germanos & idoneos interpretes probandi, vel vt prauos & vitioſos reijciendi & condemnandi?

Sed dicit Smidelinus, S. Patres errâſſe. Quod ego quoquè illi aſſentior, & ità ſe res habet: ſed hoc tantùm de quibuſdã punctis ſeu articulis accipiendum eſt, qui antè quàm illi ſua ſcripta euulgâſſent, ab vniuerſali Eccleſia necdùm declarati ſatìs & approbati fuêre. Atq; idcircò vlteriùs ex Smidelino hîc percontandum eſt, cui id ex officio incumbat, eiuſmodi S. Patrum errores cognoſcere & pronunciare: num quiſquis legere nouit,

uit, ea sit authoritate præditus, vt pro suo iudicio poßit dicere: Isthuc in S. Patribus pro vero & orthodoxo, illud verò pro falso & à Christiana pietate alieno habendum ac censendum est? Mihi quidem nō fit verisimile, vllum vsquàm simplicem laicum adeò nulla ratione præditum, vt eiuscemodi lectoris censuram atque sententiam, æquam & bonam putaturus sit, præsertim si cogitet, eumipsum lectorem hominem quoquè esse, qui errare & falli poßit, cùm scriptum sit, Omnis Psal. 115. *homo mendax. Interim tamen, vti nè S. Patrum errores, qui interdùm nō ex peruicacia & temeritate, sed quadam infirmitate allucinati sunt, silentio præterirentur, Catholica Christi Ecclesia eos co-* Augustin. *gnouit, taxauit & indicauit, vt eos caue-* contra Donatist. li. 2. *re omnes possent, veracemq́; S. Patrum* & 4. *doctrinam pro genuina verbi Dei interpretatione reciperent et amplecterentur: contrà verò paucos quosdam stipites & rupes,*

rupes, ad quas S. Patres in doctrina impegerunt, prouida circunspectione (vt solent periti naucleri) prætereundo vitarent. Ea est enim germana & integra, non, vt Luteri, falsa & obliqua Patres lectitandi norma & amußis.

Smidelin. F.4. fac. 1. Neque nostri quicquam petière aliud, quàm ut scripta sua cum iudicio legantur, et quæ uerbo Dei consentanea non sunt, missa fiant.

Hæc & id genus verba quotiès ex Smidelino vel audio, vel lego, actutùm non mediocris sese mihi offert hæsitatio, Smidelinus ne imperitior, an verò impudentior habendus sit. Quis enim tam poßsit eße indoctus discipulus, quàm is qui suum admodùm effert & iactat præceptorem, nec eius tamen scripta vnquàm probè lectitârit? Rursùm verò an nō impudens illa temeritas & arrogantia est, hominib⁹ persuadere velle, Luterum eousquè sese submisiße, vt paratus fuerit de scriptis suis aliorum ferre censuram, cùm ille

ille totius orbis Christiani censorem & magistrum professus sit? An forsitan istbuc in Luteri operibus Smidelinus non legit? Aut verò persuasum habet, neminem mortalium in Lutero legisse, quæ ille in secundo Tomo Germanico publicè scribit hunc in modum? Quæ ego doceo et scribo, vera permanebunt, etiamsi totius orbis rumpantur ilia. Item vbi contra Angliæ regem his vtitur verbis: Ampliùs dico: Pœnitet me Vuormatiæ vsqueadeò Cæsari submisisse, quòd doctrinæ meæ cẽsores ferre volui, & audire si quis alicuius me posset erroris conuincere. Non enim debui tam stolidã præ me ferre humilitatem, cùm certus essem, & tamen apud tyrannum illum nihil proficerem. Oportet rerum suarum tam certum esse, vt etiamsi totus sese opponat mundus, tamen in sententia persistatur. Eundem in modum etiam contra Erasmum scribit in libro de Seruo Arbitrio: Ego verò,

Tomo 2. fol. 269. fac. 2. editionis anno 1548.

Tomo 6. fol. 436. fac. 2. editionis anno 1553.

Tomo Latino 2. fol. 526. fac. 1. editionis anno 1553.

verò, inquit, hoc libro nō contuli, sed aſſerui & aſſero, ac penès nullum volo eſſe iudicium, ſed omnibus ſuadeo, vt præſtēt obſequium. Hæc Luterus. Vtri ergò ex his duobus eſt adhibenda fides, Luteróne, qui ſcripta ſua vult verbi Dei loco haberi, proptereaque nullius hominis pati iudicium: an certè Smidelino, qui hîc diuerſum contra me ſcribit, vt ſequitur?

Smidelin. F.4. fac. 1. Itidèm hoc quoquè craſſum et impudēs mendacium eſt, quòd ille de Luteranis ſcribit, illos Catholicæ Chriſti Eccleſiæ concordem, ueram, ſyncerам uerbi Dei interpretationem pro hominum commentis & opinionibus proclamare & reijcere, cùm tamen illi ſola ſcripturæ authoritate, atq; etiam S. Patrum teſtimonijs arguerint & condemnârint, quicquid per carnales Romanos Pontifices & alios Epiſcopos, ſub Chriſtianæ Eccleſiæ nomine, errorum & abuſuum in Eccleſias inuectum eſt.

Quid Luterus & eius diſcipuli de S. Patribus, adeoque de toto orbe Chriſtiano ſenſerint, iam antè commemoraui, nec hîc repetere attinet. Quòd autem prætereà di-

eà dixi, eos Catholicæ Christi Ecclesiæ concordem, veram, synceram verbi Dei interpretationem reijcere, eamq; ceu hominum cõmenta & opiniones proclamare & damnare, id ego non eo inficiàs, sed iterùm repeto, paratus planũ testatumq; illud facere. Quid enim Luterus agit aliud, dum contra Erasmum ità scribit: Depone quicquid armaturæ suppeditant orthodoxi veteres, Theologorum scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot seculorum & totius populi Christiani &c?

Lib. de Seruo arbitrio contra Erasmum.

Quid etiam Luterus, aduersùs Angliæ Regem scribens, maiori vi molitur, quàm vt vocẽ hanc, CATHOLICA, ex Christiano & Apostolico fidei nostræ Symbolo eradat? Hæc enim illius oratio est: Quæro autẽ ex quolibet ratione prædito, si satis est ad fidei nostræ probandam veritatem, quòd tam diù & à tam multis retenta est, quî tandèm Iudæorum

Tomo 6. fol. 438. fac. 2.

O & Tur-

& Turcarum fidem cõfutabimus? Si dicimus, fidem nostram tam multos hactenùs et tam diù tenuisse, iam à Turcis & Iudæis stabit victoria. Turcica nanq; fides iam ad mille durauit annos, priusque cœpit, quàm Germania Christianismum amplexa fuerit. Iudæi autem vltra duo annorum millia ante Christum natum. Quarè autem nos Germani in Christum credidimus, cùm tamen Maiores nostri omnes iamindè ab initio idola priùs coluerint? Hac ratione ethnicorum religio approbabitur, Christianorum fides mala ostendetur. Ethnicorum enim religio & multo est diuturnior, & decuplo plures cultores habuit. Hæc Luterus. Eodem *argumento vtitur etiam Brentius contra Petrum à Soto, et Nicolaus Gallus Ratisbonæ aduersùs summæ ædis Ratisbonens. concionatorem.*

Iohã. Brentius in Prologom. con-

Ecquis iam adeò est omni humana ratione destitutus, vt non hîc palàm & cer-

cer-

cernat & audiat, Luterum, Brentium, Gallum remis velisq́ totos in id incumbere, vt CATHOLICI nomen penitùs obliterent et deleant, vtì nè cogantur Catholicam verbi Dei expositionem recipere? Quid autem hîc Smidelinus dicit? tra Petrum à Soto. Nicolaus Gallus in libello, De Papistico idololatrico festo Corporis Christi. A. 2.

Itidèm hoc quoquè crassum, inquit, & impudens mendacium est, quod Staphylus de Luteranis scribit, illos Catholicæ Christi Ecclesiæ concordem, ueram, synceram uerbi Dei interpretationem pro hominum commentis & opinionibus proclamare & reijcere. Smidelin. F. 4. fac. 1.

Sic Smidelinus. Sed quæso pius Lector hanc Smidelini orationem cum memorata Luteri, Brentij, Galli opinione et sententia conferat, re ipsa comperturus, vtrùm mihi, an potiùs Smidelino crassũ isthuc & impudens mendacium attribuendum sit. Et licèt non flagitet necessitas hoc loco quippiam de consensu Catholico commemorare, quandò illum Smidelinus non inuitus nobis permittit: nè ta-

men vulgares laici necessarium illum articulum, CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM, ex Symbolo Apostolico auelli patiantur, eos hîc nōnihil præmonitos volo.

Luterani status, vt in Augustana confeßione videre est, hucusquè Symbola Apostolicum, Athanasianum, et illud inprimìs, quod quotidiè in toto orbe Christiano, etiam apud Vuittenbergenses canitur, publicè profeßi sunt: neque quisquam inficiàs ire potest, in his Symbolis Christianæ fidei hunc quoquè articulum legi et ꝓnunciari, Credo vnam sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Si ergò vna est Ecclesia, vt in typo Domini Saluatoris Rex Salomon cecinit:
Cant. 6. *Vna est columba mea, perfecta mea: Itidemq́; si non nisi vna fides est, teste Apo-*
Ephes. 4. *stolo, non potest sanè non nisi vnus verus germanusq́; verbi Dei intellectus seu interpretatio esse: ità vt reliquæ omnes in-*

ter-

terpretationes ſeu explanationes, q̃ huic repugnant, pro falſis & ſchiſmaticis habendæ ſint. Nam quàm non potuerunt ſexaginta illæ reginæ & octoginta concubinæ, vnicæ ſponſæ Domini ſibi vendicare nomen: tam non poſſunt aliæ oẽs Sectariæ fides et Scripturæ ſacræ expoſitiões, vnica illa verbi Dei veritas aut eſſe, aut haberi. Deindè ſi Eccleſia quoquè ſancta eſt & immaculata, & Domini lex ſancta, & mandatum ſanctum, vt Apoſtolus affirmat, ipſa quoquè vera Scripturæ diuinæ expoſitio ſancta et immaculata vt ſit permaneatq́ neceſſè eſt. Iam ſi Eccleſia Apoſtolica eſt, fieri quî poteſt, vt genuina ſcripturæ Apoſtolicæ Sacræque ſcripturæ non ſit Apoſtolica? Deniquè ſi Catholicũ ſignificat id, quod vbiquè & ſemper eſt, quis non videt citra vllam controuerſiam iſthuc indè conſici, Interpretationem illam, quæ Catholica dici poſſit, in ſeipſa vnicam, non ſchi=

Cant. 6.

Epheſ. 5.
Roma. 7.

Auguſt. li. 3. cõtra Gaudentiũ Donatiſt. Ariſtot. 2. Poſter. & Metaphyſ.

ſmaticam: ſanctam, non extraneis hæreſibus contaminatam, ſed Apoſtolicam et eſſe & dici oportere, vt probari poßit, ab Apoſtolis eam eſſe profectam?

Quandò igitur de Catholica verbi Dei expoſitione loquimur, eiuſmodi nos expoſitionem accipi & intelligi volumus, quæ Schiſmatis expers, in ſeipſa non niſi vna ſit, quæ immaculata, ſancta & pura ſit, quæ à Domini Seruatoris Apoſtolis ſuam trahat originem, non ab Ethnicis, non à Iudæis, non à Mahomete. Ethnici enim in ſua fide, vt ſic loquar, ob multas Philoſophorum ſectas, ſchiſmatici et diſcordes inter ſeſe fuêre, teſtibus Cicerone, Plutarcho & alijs Philoſophis. Sic etiam Iudæorũ fides in aliquot Sectas diſſecta fuit, nempe, Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſænorum. Sed neque Mahometica fides vna eſt. Perſæ enim ſequuntur Haly, & alitèr credunt atquè Turcæ: Turcæ autem ſequuntur Homary, et diuer-

Lucianus in Toxari, & de ſacrificijs gentiũ. Cicero in lib. de Natu. Deo. Pluta. in ſuis placitis, & de Iſide et Oſyride. Ioſephus de Bello Iuda. lib. 2. cap. 7. Iouius Hiſtoriarũ ſui temporis lib. 13.

diuersum sentiunt à Persis: atque inter Turcas & Persas tanta est tamque vehemẽs dissẽsio, vt alij alios extremè execrentur & persequantur. Atq; itá omninò apud ethnicos, Turcas et Iudæos magna est religionis & persuasionis dissensio. Porrò in nostra Catholica religione & fide est pax, concordia, & Catholicus consensus. Tum quoquè apud ethnicos, Turcas & Iudæos non est sancta, sed impura & multis horrendis absurditatibus conspurcata fides: id quod ethnicæ illæ idololatriæ testantur, & apud Homerũ, Vergilium, Ciceronem, Plutarchum, & inprimìs apud Lactantiũ legere est. Tertiò, non possunt Iudæi, Turcæ & gentiles ad totam se referre Sacram scripturã. Iudæi enim partem aliam recipiunt, aliam repudiant. Turcæ hincindè quippiam excerpunt. Gentiles autem, vt apud Galenum & Lucianum perspici licet, eam prorsus exibilant & irrident, eoque suæ reli-

Iudæi nouũ Testamentum nõ recipiunt.

Galenus li. 2. de differentijs pulsuum.

Lucianus in peregrino.

religionis nullum neq; initium, neq; medium, neque finem reperire ac ſtatuere poſſunt: id quod tamen vera fidei conditio exigit: ſiquidem credere oportet præterita, præſentia & futura, iuxta Pauli doctrinam ad Hebr. 11. *cap. Poſtremò, neque Iudæi, neque Ethnici, neque Turcæ planum facere poſſunt, interpretationem verbi Dei, quantumquantum apud ipſos eſt, à mundi exordio vſque in præſens, vnum eundemq́ue verum & conſonum nationum omnium conſenſum atque ſenſum, perpetuò obtinuiſſe.*

Eiuſmodi verò Scripturæ ſacræ interpretatiõem nos Catholicam appellamus, paratiq́ ſumus omnes Catholicæ doctrinæ noſtræ Articulos eiuſcemodi Catholica verbi Dei expoſitione niti ac fundatos eſſe, vera ac ſolida authoritate & firmitate docere: contraq́ aſſerimus alias omnes fides & interpretationes, ſiue illæ Ethnicæ, ſiue Turcicæ, ſiue Iudaicæ, ſiue

ue hæreticæ et Luteranæ ſint, ſeu quouis alio vocentur nomine, nunquàm eò torqueri & inflecti poſſe, vt eo, quem diximus, modò Catholicum nomen obtinere ſibiq́ue vendicare queant.

Si ergò Turcica fides vetuſtatis nomen meretur, certè noſtra fides ſexcentis annis ea vetuſtior eſt, eademq́ à Moſe, à Prophetis, à S. Apoſtolis profecta, & quæ naturam excederent, prorſusq́ue Diuinis miraculis eſt abundè approbata. Turcica aũt perſuaſio à Mahomet ſumpſit initium, videlicet à pſeudopropheta, cui tamen non ſuffragatur totius orbis latitudo, & dictio, Vbiquè: ſed neque dictio, Semper: quin deeſt illi quoquè ſanctitas puræ veritatis, deficit germanæ intelligentiæ concordia. Sic itidèm ſi antiqua eſt Iudæorum fides, & iure ſibi à Prophetis vendicat originẽ: at certè non occupat totum orbem terrarum. Non eſt enim Iudaica fides in totum propagata

orbem. Deficit illi quoquè finis temporis. Nanque Iudaica politia non nisi tantispèr durare debuit, donec veniret Silo, et
Genes. 49. sceptrum de Iuda auferretur: quo tempore venturus erat Messias, vt est à Diuo Iacob Patriarcha prophetatum, eoq́ pertinet
Luc. 16. illud, Lex & Propheta vsque ad Iohannem. Prætereà, licèt Ethnicorum fides vel persuasio totius orbis occupârit latitudinem, & temporis quoquè iam indè ab ipso Noë longitudinem obtinuerit, at tamen à Cham & Nemrod, qui degeneres Noë soboles fuêre, sumpsit exordium, atque etiam impura fuit dæmonum cultu, & in multas Sectas distracta, & in discordiam redacta. At nostra fides suam originem ab Adamo vsque recenset, atque in Sem filio Noë perseuerauit, et per Moisen aliosq́ Prophetas ad Christum vsque propagata est, ac tandèm ad nos vsq; peruenit: ità vt in toto orbe terrarum nulla sit fides vel Religio nostrâ

vetu-

vetustior, siue ea Turcica sit, siue Ethnica, seu verò Mahometica, vel Iudaica.

Atque hîc ego Luterum, Brentium, Gallum, Smidelinum omnes suas artes salutemq́ue periclitari & adhibere patiar, vtrúm ne vnam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam fidem nostram, id est, germanum & verum verbi Dei intellectum, vel Turcico Alcorano, vel Iudaico Thalmud, vel Ethnicorum idololatriæ, vel quibuslibet alijs Sectis comparare & conciliare queant.

Cui locutus est, mi Staphyle, Christus ipse, cùm ait: Attendite uobis à falsis prophetis. Item: Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum? An non nisi uncti sacerdotes in illo monte adstiterunt? Item cùm Apostolus dicit, Omnia probate, quod bonum est tenete: an non uniuersæ hoc Thessalonicensium Ecclesiæ dicit? Denique Iohãnes: Nolite, inquiens, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex DEO sint: nónne de Christianis omnibus loquitur? Smidelin. F. 4. fac. 2. Matth. 7. Matth. 15. 1. Thess. 5. 1. Iohan. 4.

Equidem ad has Smidelini allegationes

ones non aliud habeo quod respondeam, nisi quod Spiritussanctus per Dauidem
Psalm. 49. ait: Quarè tu testamentum meum assumis per os tuum? Ità nimirùm solenne est hæreticis omnibus allegare Scripturas, atque eum in modum, quantumuis repugnantes, detorquere ad suam prauã opinionem & sententiam, vt miseri ac indocti laici, à genuino verbi Dei sensu & intellectu, in falsas hæreticasque interpretatiões abducãtur. Non est certè ea Domini Seruatoris mens & sententia, imperitos laicos suis doctoribus eruditiores esse oportere. Nam si id necessè sit, etiam discipulus supra magistrum suum esse debebit: quandoquidem fieri non potest, vt vspiàm vllus sit discipulus, qui donec erit discipulus, suum excellat præceptorẽ siue
Theophyla. in 10. cap. Matth. magistrum. Ità nanque apud Theophylactum legimus hunc locum interpretantem: Intellige igitur, inquit, quòd donec fuerint discipuli, minores erũt præceptoribus:

ribus: quòd si præstantiores fuerint, non erunt iam discipuli.

Quod cùm ità se habeat, quînam sententiæ illæ Scripturæ diuinæ à Smidelino allatæ, ad eam possunt trahi intelligentiam, quòd laici statuere & iudicare debeant, num Cõcionatores rectè an malè doceant? Id profectò impoßibile est, et ipsis quoquè sacris literis prorsùs cõtrarium. Laicis enim & auditoribus certè dictum est: Obedite præpositis vestris, Hebr. 13.
nempe, Episcopis, Doctoribus & Pasto- Ephes. 5.
ribus. Et illud ipsius Christi: Super Ca- Matth. 23.
thedram Moisis sederũt Scribæ & Pharisæi: omnia ergò quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: secundùm verò opera eorum nolite facere: id est, secundùm mala eorum opera nolite facere. Vbì certè liquidò & planè perspici licet, auditores siue laicos suis Præpositis, Episcopis, Pastoribus & Doctoribus obedire debere, non autem iudicare illos: sed attende-

re ad

re ad suos concionatores & præpositos, num super Moisis cathedram ritè atque ordine & legitima ratione sedeant. Id
Rom. 10. *enim sibi vult illud Paulinum: Quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur? Quod eam adeò ob causam dixit Apostolus,*
Ierem. 13. *quòd multi currant, vt propheta conqueritur, quos nemo tamen miserit.*

Quandò igitur Dominus laicis præcipit, sibi vt à pseudoprophetis attendant,
Matth. 15. *nec cæcis ducibus credant atque fidant,*
1. Iohan. 4. *& per D. Iohannem, vt spiritus probēt, si ex Deo sint &c. non id vult intelligi, laicos teneri et obligari ad destinatorum concionatorum doctrinam iudicandam: sed teneri eos obseruare & attēdere, num ipsorum Doctores in Moisis cathedra sedeant, & an à Catholico, Ecclesiastico, seu sacro Magistratu mißi sint, idq́; concionentur, quod perpetuis temporibus et vbiquè locorum ceu Apostolicum, Catholicum, sanctum concorditèr prædicatum*

& ha-

& habitum est. Nam tametsi Luterus, quotiès illi cum Catholicis lis est & concertatio, id ægrè admodùm admittit, nè pudefiat: at idemipse tamen ea vtitur doctrina aduersùm Zuinglianos & angulares concionatores. Sic nanque scribit: Hîc iam profectò nullum aliud consilium superest, nisi vt vtraque functio, sacra & ciuilis, omnem eò impendat operam. Et sacra quidem populũ certè continentèr & accuratè instituere debebit, vt ea quæ diximus, suis affigant animis, nè quem admittant obrepentem, sed non alio quàm satanæ nuncij loco certissimè eum habeant, discantq́; ex eiusmodi percontari: Vndè venis? Quis te misit? Quis tibi apud nos concionãdi prouinciam demandauit? Vbì tuum est diploma sigillo munitum, quod testetur te ab hominibus missum? Vbì tua sunt miracula, quibus fidem facias te missum diuinitùs? Cur nõ pastorem nostrum accedis? &c. Et mox eodem

Tomo 2. fol. 245. fac. 1. in Epistola de angulari concione.

eodem folio: Igitur sic se res habet: Aut doceas tuam concionandi vocationem et mandatum: aut prorsùs concionandi munere tibi nóueris interdictum. Appellatur enim munus siue functio: atquì munere vel ministerio fungi non potest, nisi id illi demãdatum sit, vel eò vocatus sit. Gratias tibi Lutere, quòd vel semèl tandèm vera loqueris.

Ex hac igitur et eius generis germana Scripturæ diuinæ expositione, potest id citra dubium vllum animaduerti, scripta diuina, quæ Smidelinus allegauit, falsò ab illo & hæreticè allata esse, in summam miseræ ac seductæ plebis perniciem & euersionem.

Quòd verò D. Paulus Thessalonicenses admonens, dicit, Omnia probate, 1. Thess. 5. *quod bonũ est tenete: id nullo pacto eam admittit interpretationem, quòd discipuli & auditores Scripta diuina tam exactè intelligere teneantur, vt iudicare ac*

sta-

statuere poßint, num ipsi præpositi Doctores verbi Diuini Scripturam modis omnibus probè ac legitimè interpretentur, vel potiùs minimè. Nanque licèt auditores, si quem percipiant Concionatorem publicè contra verbum Dei & luculentas Scripturas verba facere, nullo pacto id vt approbent compellendi sint: at tamen sententiam hanc non de legitimis præpositis, Doctoribus et pastoribus, sed de falsis & neutiquàm vocatis prophetis certum est accipi oportere. Quamobrem etiam Græci Theologi locũ hunc, Omnia Oecumenius in cõmuni Cõmentario Theologorum super Paul. in 1. Theß. 5. *probate &c. ità interpretantur:* τουτέστι, τοὺς ἀληθεῖς προφήτας κατέχετε, καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθε. *id est, veros prophetas recipite, eosque plurimi facitote.*

Eundem in modum torquet Smidelinus proximam quoquè Apostoli sententiam, ità dicentis: Prophetæ (id est, prædicatores & explanatores Scripturæ) duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent 1. Cor. 14.

ſmaticam: ſanctam, non extraneis hæreſibus contaminatam, ſed Apoſtolicam et eſſe & dici oportere, vt probari poſsit, ab Apoſtolis eam eſſe profectam?

Quandò igitur de Catholica verbi Dei expoſitione loquimur, eiuſmodi nos expoſitionem accipi & intelligi volumus, quæ Schiſmatis expers, in ſeipſa non niſi vna ſit, quæ immaculata, ſancta & pura ſit, quæ à Domini Seruatoris Apoſtolis ſuam trahat originem, non ab Ethnicis, non à Iudæis, non à Mahomete. Ethnici enim in ſua fide, vt ſic loquar, ob multas Philoſophorum ſectas, ſchiſmatici et diſcordes inter ſeſe fuêre, teſtibus Cicerone, Plutarcho & alijs Philoſophis. Sic etiam Iudæorũ fides in aliquot Sectas diſſecta fuit, nempe, Phariſæorum, Sadducæorum & Eſſænorum. Sed neque Mahometica fides vna eſt. Perſæ enim ſequuntur Haly, & alitèr credunt atquè Turcæ: Turcæ autem ſequuntur Homary, et diuer-

Lucianus in Toxari, & de ſacrificijs gentiũ. Cicero in lib. de Natu. Deo. Pluta. in ſuis placitis, & de Iſide et Oſyride. Ioſephus de Bello Iuda. lib. 2. cap. 7. Iouius Hiſtoriarũ ſui temporis lib. 13.

diuersum sentiunt à Persis: atque inter Turcas & Persas tanta est tamque vehemēs dissēsio, vt alij alios extremè execrentur & persequantur. Atq; ità omninò apud ethnicos, Turcas et Iudæos magna est religionis & persuasionis dissensio. Porrò in nostra Catholica religione & fide est pax, concordia, & Catholicus consensus. Tum quoquè apud ethnicos, Turcas & Iudæos non est sancta, sed impura & multis horrendis absurditatibus conspurcata fides: id quod ethnicæ illæ idololatriæ testantur, & apud Homerū, Vergilium, Ciceronem, Plutarchum, & inprimis apud Lactantiū legere est. Tertiò, non possunt Iudæi, Turcæ & gentiles ad totam se referre Sacram scripturā. Iudæi enim partem aliam recipiunt, aliam repudiant. Turcæ hincindè quippiam excerpunt. Gentiles autem, vt apud Galenum & Lucianum perspici licet, eam prorsus exibilant & irrident, eoque suæ

Iudæi nouū Testamentum nō recipiunt.

Galenus li. 2. de differentijs pulsuum.

Lucianus in peregrino.

 reli-

religionis nullum neq; initium, neq; medium, neque finem reperire ac ſtatuere poſſunt: id quod tamen vera fidei conditio exigit: ſiquidem credere oportet præterita, præſentia & futura, iuxta Pauli doctrinam ad Hebr. 11. *cap. Poſtremò, neque Iudæi, neque Ethnici, neque Turcæ planum facere poſſunt, interpretationem verbi Dei, quantumquantum apud ipſos eſt, à mundi exordio vſque in præſens, vnum eundemq́ue verum & conſonum nationum omnium conſenſum atque ſenſum, perpetuò obtinuiſſe.*

Eiuſmodi verò Scripturæ ſacræ interpretatiōem nos Catholicam appellamus, paratiq́; ſumus omnes Catholicæ doctrinæ noſtræ Articulos eiuſcemodi Catholica verbi Dei expoſitione niti ac fundatos eſſe, vera ac ſolida authoritate & firmitate docere: contraq́; aſſerimus alias omnes fides & interpretationes, ſiue illæ Ethnicæ, ſiue Turcicæ, ſiue Iudaicæ, ſiue

ue hæreticæ et Luteranæ ſint, ſeu quouis alio vocentur nomine, nunquàm eò torqueri & inflecti poſſe, vt eo, quem diximus, modò Catholicum nomen obtinere ſibiq́ue vendicare queant.

Si ergò Turcica fides vetuſtatis nomen meretur, certè noſtra fides ſexcentis annis ea vetuſtior eſt, eademq́ à Moſe, à Prophetis, à S. Apoſtolis profecta, & quæ naturam excederent, prorſusq́ue Diuinis miraculis eſt abundè approbata. Turcica aũt perſuaſio à Mahomet ſumpſit initium, videlicet à pſeudopropheta, cui tamen non ſuffragatur totius orbis latitudo, & dictio, Vbiquè: ſed neque dictio, Semper: quin deeſt illi quoquè ſanctitas puræ veritatis, deficit germanæ intelligentiæ concordia. Sic itidèm ſi antiqua eſt Iudæorum fides, & iure ſibi à Prophetis vendicat originẽ: at certè non occupat totum orbem terrarum. Non eſt enim Iudaica fides in totum propagata

orbem. Deficit illi quoquè finis temporis. Nanque Iudaica politia non nisi tantispèr durare debuit, donec veniret Silo, et
Genes. 49. *sceptrum de Iuda auferretur: quo tempore venturus erat Meßias, vt est à Diuo Iacob Patriarcha prophetatum, eoq́ pertinet illud, Lex & Propheta vsque ad*
Luc. 16. *Iohannem. Præterea, licèt Ethnicorum fides vel persuasio totius orbis occupârit latitudinem, & temporis quoquè iam indè ab ipso Noë longitudinem obtinuerit, at tamen à Cham & Nemrod, qui degeneres Noë soboles fuêre, sumpsit exordium, atque etiam impura fuit dæmonum cultu, & in multas Sectas distracta, & in discordiam redacta. At nostra fides suam originem ab Adamo vsque recenset, atque in Sem filio Noë perseuerauit, et per Moisen aliosq́ Prophetas ad Christum vsque propagata est, ac tandèm ad nos vsq; peruenit: ità vt in toto orbe terrarum nulla sit fides vel Religio nostrâ*

vetu-

vetustior, siue ea Turcica sit, siue Ethnica, seu verò Mahometica, vel Iudaica.

Atque hîc ego Luterum, Brentium, Gallum, Smidelinum omnes suas artes salutemque periclitari & adhibere patiar, vtrúmne vnam, Sanctam, Catholicam & Apostolicam fidem nostram, id est, germanum & verum verbi Dei intellectum, vel Turcico Alcorano, vel Iudaico Thalmud, vel Ethnicorum idololatriæ, vel quibuslibet alijs Sectis comparare & conciliare queant.

Cui locutus est, mi Staphyle, Christus ipse, cùm ait: Attendite uobis à falsis prophetis. Item: Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum? An non nisi uncti sacerdotes in illo monte adstiterunt? Item cùm Apostolus dicit, Omnia probate, quod bonum est tenete: an non uniuersæ hoc Thessalonicensium Ecclesiæ dicit? Denique Iohãnes: Nolite, inquiens, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex DEO sint: nónne de Christianis omnibus loquitur?

Smidelin. F. 4. fac. 2.
Matth. 7.
Matth. 15.
1. Thess. 5.
1. Iohan. 4.

Equidem ad has Smidelini allegationes

ones non aliud habeo quod respondeam, nisi quod Spiritussanctus per Dauidem ait: Quarè tu testamentum meum assumis per os tuum? Ità nimirùm solenne est hæreticis omnibus allegare Scripturas, atque eum in modum, quantunuis repugnantes, detorquere ad suam prauã opinionem & sententiam, vt miseri ac indocti laici, à genuino verbi Dei sensu & intellectu, in falsas hæreticasque interpretatiões abducãtur. Non est certè ea Domini Seruatoris mens & sententia, imperitos laicos suis doctoribus eruditiores esse oportere. Nam si id necessè sit, etiam discipulus supra magistrum suum esse debebit: quandoquidem fieri non potest, vt vspiàm vllus sit discipulus, qui donec erit discipulus, suum excellat præceptorẽ siue magistrum. Ità nanque apud Theophylactum legimus hunc locum interpretantem: Intellige igitur, inquit, quòd donec fuerint discipuli, minores erũt præceptoribus:

Psalm. 49.

Theophyla. in 10. cap. Matth.

ribus: quòd si præstantiores fuerint, non erunt iam discipuli.

Quod cùm ità se habeat, quînam sententiæ illæ Scripturæ diuinæ à Smidelino allatæ, ad eam possunt trahi intelligentiam, quòd laici statuere & iudicare debeant, num Cõcionatores rectè an malè doceant? Id profectò impoßibile est, et ipsis quoquè sacris literis prorsùs cõtrarium. Laicis enim & auditoribus certè dictum est: Obedite præpositis vestris, Hebr. 13.
nempe, Episcopis, Doctoribus & Pastoribus. Et illud ipsius Christi: Super Cathedram Moisis sederũt Scribæ & Pharisæi: omnia ergò quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite: secundùm verò opera eorum nolite facere: id est, secundùm mala eorum opera nolite facere. Vbi certè liquidò & planè perspici licet, auditores siue laicos suis Præpositis, Episcopis, Pastoribus & Doctoribus obedire debere, non autem iudicare illos: sed attende- Ephes. 5. Matth. 23.

re ad

re ad suos concionatores & præpositos, num super Moisis cathedram ritè atque ordine & legitima ratione sedeant. Id
Rom. 10. *enim sibi vult illud Paulinum: Quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur? Quod eam adeò ob causam dixit Apostolus,*
Ierem. 13. *quòd multi currant, vt propheta conqueritur, quos nemo tamen miserit.*

Quandò igitur Dominus laicis præcipit, sibi vt à pseudoprophetis attendant,
Matth. 15. *nec cæcis ducibus credant atque fidant,*
1. Iohan. 4. *& per D. Iohannem, vt spiritus probēt, si ex Deo sint &c. non id vult intelligi, laicos teneri et obligari ad destinatorum concionatorum doctrinam iudicandam: sed teneri eos obseruare & attēdere, num ipsorum Doctores in Moisis cathedra sedeant, & an à Catholico, Ecclesiastico, seu sacro Magistratu missi sint, idq́ concionentur, quod perpetuis temporibus et vbiquè locorum ceu Apostolicum, Catholicum, sanctum concorditèr prædicatum*

& ha-

& habitum est. Nam tametsi Luterus, quotiès illi cum Catholicis lis est & concertatio, id ægrè admodùm admittit, nè pudefiat: at idem ipse tamen ea vtitur doctrina aduersùm Zuinglianos & angulares concionatores. Sic nanque scribit: Hîc iam profectò nullum aliud consilium superest, nisi vt vtraque functio, sacra & ciuilis, omnem eò impendat operam. Et sacra quidem populũ certè continentèr & accuratè instituere debebit, vt ea quæ diximus, suis affigant animis, nè quem admittant obrepentem, sed non alio quàm satanæ nuncij loco certissimè eum habeant, discantq́; ex eiusmodi percontari: Vndè venis? Quis te misit? Quis tibi apud nos concionãdi prouinciam demandauit? Vbì tuum est diploma sigillo munitum, quod testetur te ab hominibus missum? Vbì tua sunt miracula, quibus fidem facias te missum diuinitùs? Cur nõ pastorem nostrum accedis? &c. Et mox

Tomo 2. fol. 245. fac. 1. in Epistola de angulari concione.

eodem

ſtatuere poßint, num ipſi præpoſiti Doctores verbi Diuini Scripturam modis omnibus probè ac legitimè interpretentur, vel potiùs minimè. Nanque licèt auditores, ſi quem percipiant Concionatorem publicè contra verbum Dei & luculentas Scripturas verba facere, nullo pacto id vt approbent compellendi ſint: at tamen ſententiam hanc non de legitimis præpoſitis, Doctoribus et paſtoribus, ſed de falſis & neutiquàm vocatis prophetis certum eſt accipi oportere. Quamobrem etiam Græci Theologi locũ hunc, Omnia probate &c. ità interpretantur: τουτέστι τοὺς ἀληθεῖς προφήτας κατέχετε, καὶ περὶ πολλοῦ ποιεῖσθε. id eſt, veros prophetas recipite, eoſque plurimi facitote. Oecumenius in cõmuni Cõmentario Theologorum ſuper Paul. in 1. Theß. 5.

Eundem in modum torquet Smidelinus proximam quoquè Apoſtoli ſententiam, ità dicentis: Prophetæ (id eſt, prædicatores & explanatores Scripturæ) duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent 1. Cor. 14.

P &cæt.

&cæt. Indè profundus ille Theologus concludit his verbis:

Smidelin. G.1. fa.1.

Ecquid dicturus est Staphylus? D. Paulus permittit eis (nempe, laicis) non modò dijudicare, sed prophetare etiam. Qui si iam uiueret, Staphylus id minimè illi concederet. Sed sic impingere necesse est eos, qui agnitæ sese ueritati opponunt.

Puto equidem Smidelinum, dum ad fornacem ferrariam oculis incendio afflatis, subitò è fumario prospexit, albumq; vidit canem, putâsse quempiam ex officina pistoria se videre. Tradunt quidam præclari Philosophi, nulla re magis falli homines, quàm cùm falsum veri speciem præ se fert. Vndè etiam accidit, quod Galenus alibi subindicat, vt non parùm multi in medicinis errores admittantur, dum plerique circunforanei & circulatores, fortè fortuna aliquod vspiàm Receptum, vt vocant, vel remedium adepti, quo fortaßis febris quædã semèl curata sit, idem remedium alijs omnibus febribus adhibent:

Plato in Phædr. Cicer. in Academ. Quæst. lib. 1. Galen. de Remedijs animæ, lib. 2.

bent: vel alioquì saccum quēdam circunferūt Receptis siue remedijs plenum, vndè morbidis, nulla morborum habita notione, remedium depromunt, atque his verbis porrigūt, Det tibi Deus vnum bonum. Eum in modum facit & Smidelinus et hæretici omnes. Voculam aliquam è sacris literis arripiunt, eamq́ inflectūt, torquent, diducūt & extendunt, ad multigenas hæreticas cogitationes, tanquàm eæ DEI verbum sint, ea ipsa fucandas. Smidelinus verbum illud, Iudicent, in Paulo appræhendit, neque aliud persuasum habet, quàm alibì iudicari non posse de prophetiæ interpretatione, p̄terquàm in templo, vbì Ecclesiaste è pulpito, prophetarum oracula exponente, vulgus inferiùs sedens debeat dijudicare & ferre sententiam, ità vt cuilibet è populo fas sit (vt hisce Euangelicis temporibus more comparatum videmus) sublata voce dicere concionatori: Mentiris sacrifice,

Vide Lutherum de angulari concione.

Non ex te locutus est Spiritussanctus. Hunc receptum apud Euangelicos morem, sub Lutero ortum, perquàm vellet Smidelinus etiam apud nos Catholicos magìs ac magìs inuehere ac promouere. Verùm quandò illi fortaßis neque veteres, neq; recentiores Theologi lecti sunt, ac nihilo minùs eiusmodi seditiosas hæreticasque interpretationes è suo cerebro comminisci non veretur: vera, Catholica, Apostolicaque illi expositione occurrendum est, docendumque, memoratam Pauli orationē non ad hominum vulgus, sed ad prophetas & ordinarios sacrarum literarum Doctores pertinere.

Ambros. Tomo 5. in Cōmentar. super 1. Corinth. 14.

D. Ambrosius eum locum sic interpretatur: *Hæc traditio Synagogæ est, quam nos vult sectari: quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Iudæis: vt sedentes disputent seniores dignitate in Cathedris, sequentes in subsellijs, nouißimi in pauimento super* mat-

mattas: quibus si reuelatum fuerit, dandum locum dicendi præcipit, nec despiciendos, quia membra corporis sunt.

En hîc perspicuè licet & citra vllam dubitationem animaduerti, hanc Pauli orationem non ad totam aliquam imperiti populi frequentiam vel concionem, in qua concionator loqui, & plebs iudicare debeat, referendam esse, sed ad Synagogæ vel Scholæ traditionem, vt Ambrosius ipse loquitur, vbì non modò ordinarij, sed etiam alij eruditi Doctores, Magistri & discipuli disputandi & opponendi ius habent. Et quorsùm tandèm multis opùs est? Tametsi enim Luterus in quibusdã lucubrationibus suis scribit & clamitat, vnicuilibet homini, siue vir ille sit, siue fœmina, siue diues seu pauper, fas esse debere & oportere sacram Scripturam legere, interpretari, & de quibuslibet rebus Theologicis iudicare ac statuere, atq; etiam Sacramenta administrare, quan- De Captiu. Babylo. In Aßertion. Illyricus li. contra Menium.

doquidē ex æquo omnes sacerdotes sunt: at nihilo minùs depræhenditur & coarguitur hìc Luterus, vt de hæreticis omnibus D. Iacobus prædixit, vir duplex animo, & inconstans in omnibus vijs suis. (Iacob. 1.) *Atque est id sanè in Lutero admiratione dignum, quòd vbì cum Catholicis confligit, homines omnes, etiam laici & quilibet è vulgo, scripta Diuina interpretari debeant & dijudicare. Contrà verò, vbì illi cum suis Symmystis bellum est, illud verum esse debeat, quod Apostolus ait: Obedite præpositis vestris.* (Hebr. 13.) *Item illud Christi: Super cathedram Moisis sederunt Scribæ & Pharisæi. Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate et facite:* (Matth. 23.) *sicque eleuat populi iudicium, prohibetque illi suos carpere & repræhendere concionatores, atque de illorum iudicare doctrina. Ità nanque ille scribit in Epistola de angulari concione: Sunt quidem qui dicant, Apostolum 1. Corint. 14. cuili-*

(Luter. contra angulares conciones. Tomo 2. fol. 246.)

cuilibet fecisse potestatem in populo concionandi, atque etiam ordinario Ecclesiastæ obstrependi et oblatrandi, dum ait: Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Indè enim sibi persuadent clancularij isti, ad quã Ecclesiam venerint, in ea ius fasq; sibi esse Concionatores arguere, & secùs, atquè illi, concionari. At toto hi errant cælo. Non attendunt clancularij isti textum ità vt par erat: sed excerpunt indè, imò coquunt in eo quicquid libet. D. Paulus eo loco agit de Prophetis, qui docere debeãt, non de populo, qui auscultat. Prophetæ aũt Doctores sunt, qui concionãdi munere funguntur in Ecclesia. Cur enim alioquì Propheta diceretur? Probẽt ergò priùs clancularij isti, se Prophetas vel Doctores esse in Ecclesia, ad quam accedunt, et quis ibidèm illis eam prouinciam tradiderit: atque ità demùm audiendi sunt iuxta Apostoli doctrinam. Sin minùs id probent, sine illos

Formula agendi cum locustis Lutericis.

Nota.

abire ad malum dæmonem, à quo missi sunt, iussiq́ alienam prædicandi prouinciam prædari in ea Ecclesia, ad quam tamen nec vt auditores quidem vel discipuli, tantum abest, vt Prophetæ & Magistri pertineant.

Nota. *Quàm verò hoc bellum erit spectaculum, si Parocho concionante, cuilibet fas sit eius interrūpere sermonem, atq; cum eo contendere et iurgari? Mox enim etiam istorū duorum alius interpellabit orationem, ijsq́ue silentium imperabit. Deindè alius quispiam potu madidus è taberna proruens, horumq́ue triúm sese verbis ingerens, etiam tertium intra silentium sese tenere iubebit. Tandèm etiam fœminæ eodem gaudere iure volent tanquàm sedentes, virosq́ue tacitos esse iubebunt: atque rursùs fœminæ aliæ ab alijs eodem modo tractabūtur. Lepida inprimis hæc erunt encænia atq; nundinæ. In qua tandèm porcorum hara non moderatiùs agetur,*

tur, quàm in eiuſmodi Eccleſia? Et paulò pòst: Num ergò ferendum eſt, vt extraneus quiſpiam erro & circulator clàm poßit irrepere? aut ciuis non vocatus in Senatum ſe ingerat, Conſulem caſtigaturus, & illi imperaturus? Ea res non poterit nō malè cedere. Talis per caput arripiendus eſt, & carnifici tradendus: qui eum probè docturus eſt, vbi ſedere debeat, iusq́ue ſedendi cum illo bellè exequetur. Multo verò minùs tolerandum eſt, vt in ſacrum Senatum, id eſt, verbi miniſterinm, vel prophetarum ſedem peregrinus quidam erro clancularius ſeſe ingerat, vel laicus quiſpiam minimè vocatus concionandi munus ſibi vendicet in ſua parœcia. Hoc muneris prophetis demandatum eſt eritq́, qui doctrinæ vacabunt, et vicißim docebunt, ac per ſingulos prophetabunt, aliq́ue alijs fidam nauabunt operam, ità vt honeſtè, & ſecundùm ordinem omnia fiant, ſicut Apoſtolus dicit:

Nota.

Nota. Luterus damnat Luterum.

Quî poteſt autem honeſtè & ſecundùm ordinem fieri, vbì alij aliorum præoccupant partes ipſis nõ demandatas, & quilibet laici in Eccleſia docendi ſiue concionãdi prouinciã arripere volunt? Hucuſquè Luterus.

Hîc iam Smidelinus manus conſerat cum Lutero, atq; inter ſe litem hanc ipſi tranſigant, mâlit ne Smidelinus Luterum habere Luteranum, vbì is hæreticè hac de re loquitur: an potiùs Catholicum, vbì Scripta diuina rectè interpretatur, vt hoc loco fecit. Equidem ſusque dequé fero, vtrancunq; partem Smidelinus amplecti velit. Satìs eſt ad Catholicam docendam comprobandamque veritatem, quòd Luterus, ceu veritatis inimicus, tamen propria conuictus conſcientia, tandèm veritati non poteſt non ferre teſtimonium, Catholicamq́; ſupradictæ Paulinæ ſententiæ interpretationem approbare, & diſcipuli ſui Smidelini falſam atq;

hære-

hæreticam expositionem eo ipso reycere & condemnare.

Testantur omnes idonei Catholici, Apostolicíq́; scripturæ Diuinæ interpretes atque Doctores, in veteri Testamento lepram hæresion typum gessisse, quæ in Testamento nouo essent orituræ. Atqui verò inficiàs ire nemo potest, Deum in lege sua præcepisse, vt sacerdotes duntaxat, non laici, non reges, non principes pronunciare debeant quis leprosus sit, quis mundus à lepra. Ea potestate & iure D. Ambrosius perquàm seriò & ità vt par erat, vsus est aduersùs Imperatorem Valentinianum, quandò inter alia multa vltrò citróque dicta, ex eodem Imperatore sciscitabatur hunc in modum: Quandò audîsti, clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicâsse? Ità ergò quadam adulatione curuamur, vt Sacerdotalis iuris simus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc ipse alijs

Leuit. 13. Deut. 17.

Ambros. lib. 5. Epist. 32.

putem

putem esse credendum? Si docendus est Episcopus à laico, quid sequatur? Laicus ergò disputet, et Episcopus audiat, Episcopus discat à laico &c. Id genus permulta scripturæ Diuinæ testimonia, eorumque non paucas Catholicas Apostolicasque interpretationes hoc loco adferre possem, nisi operis huius molem et prolixitatem vulgaribus hominibus onerosum fore putarem.

Smidelin. G.1.fac.1. Texit etiam hîc Staphylus magnam querimoniam aduersùm inordinationē illam, quòd quilibet Magistratus pro suo arbitratu Concionatores instituat: tum etiam de Luteranorū inconstantia, quòd aliâs necessariam putant uocatiōem, aliâs minimè. Sed nôsse debet Staphylus, nos nunquàm eiusmodi apud nos Ecclesiā iactâsse, in qua nihil sit inordinatum, nullum offendiculum: alioquì non esset ea Ecclesia Christiana &c.

An non hoc est prorsùs Euāgelicum, cumprimisque euidens Ecclesiæ Euangelicæ signum & argumentum, vt omniuariæ dissensiones & inordinationes in

ea existant, nec possint non extare in ea, perindè àc si Deus ipse Zizania tritico superseminârit, & non malus dæmon? Math. 13.
Quanuìs autem negari non possit, etiam in vera, genuina, Catholica Ecclesia zizania morum et vitam offensionibus non carentem apud quosdam semper fuisse, hodieque esse, semperq; futuram esse, vtì Dominus ipse parabolis zizaniorum, & sagenæ omni genere piscium impletæ, luculentèr satis indicat: at tamen Smidelinus cum toto suo grege nunquàm docere poterit, quemadmodùm in Ecclesia in quibusdam malæ vitæ zizania toleratur, ità etiam dogmata hæretica tolerari oportere. Est tamē certè hæc, quemadmodùm Epiphanius & Augustinus scriptum reliquêre, peruetusta & iam olìm damnata hæresis Pepuzianorum & Aërianorum, sacerdotium, quod Luterani vocationem appellant, reijcere, Sacramenti loco recipere nolle, dicereque, mares & fœmi- Ibidem. Epiphan. lib. 2. cōtra Heres. Augustin. lib. de Heres. ad Quoduultdeum.

fœminas, adeoq; laicos omnes esse sacerdotes. Neque item inficiari Smidelinus potest, Luterum, Caluinum, Illyricum et complures alios, vocationem vel Sacerdotium non modò nullius Sacramēti habere loco, sed prorsus illud reiecisse, vt testari potest liber Luteri De Captiuitate Babylonica, itemque alius De falso statu cleri, atque etiam Illyrici Apologia contra Menium.

Luter. de Cap. Baby. & de falso statu cleri. Illyric. in Apolog. cōtra Meniū.

Lib. de praescription.

Tertullianus perantiquus Theologus, singularem eam vult esse notam haereticae Ecclesiae, vbi ordo Sacerdotij mutatur, vt si quis hodiè Diaconus sit, mox ostiarius fiat. Quantò ille magis id de Luterana diceret Ecclesia, in qua longè maior est ordinis perturbatio & confusio, quàm in vlla vnquàm antehàc haeretica Ecclesia fuerit? Non solùm enim sutores, sartores, cerdones, lictores, carnifices ea in Ecclesia sacerdotalibus fungūtur ministerijs: sed vicissim etiam illi, qui quando-

doquè Luterani sacerdotes fuêre, posteà mercatores, nugiuendi et circulatores effecti sunt: quales ego, si res postulet, aliquot nominatìm recensere possim. Si ergò ista ordinis confusio vel inordinatio signũ est & nota hæreticæ Ecclesiæ, certè Ecclesia Luterana ipsius tartarei dæmonis antitypon sit oportet, quippe cuius ministri tam repentè in tot figuras transformentur.

Neq; possum meminisse, Magistratum quempiam absq; peritorum Theologorum consilio per sese Ecclesiastas instituisse: id autem noui, per uestros placentarum initiatores tam stolidos sacrificulos Ecclesiæ oblatos, qui tres anseres non possent internoscere, prætereaq; corruptis degerent moribus. Smidelin. G.1. fac. 2.

Nisi exempla odiosa forent, Deus bone, quot hîc ego commemorare possem? Quæratur tãtùm ex Smidelino, quis Osiandrum in Prussia instituerit, Morlinũ destituerit. Qui verò docti in consilium adhibentur, quandò nobiles in pagis pastores

stores permutant haud secùs, atquè mangones equas cadauerinas solent?

Matthias Illyricus cum sua cohorte doctrinam Luteri aduersùm Vuittenbergenses Theologos annis sedecim vsquequaquè propugnauit, eamque Illyrici doctrinam pleriq; ordines siue Status ipsissimum Luterici Euangelij nucleum putauerunt. Iam verò intra paucos menses eò res redijt, vt eadem Illyrici doctrina non porrò Luterana sit, neque Euangelica, sed seditiosa impostura & deprauatio veri Euangelij appelletur. Quis verò ecclesiasticus Magistratus eam tulit sententiam? Quæ Synodus causam hanc cognouit, & executioni mandandam iussit? Aut qui tandèm sunt periti illi Theologi, qui hanc in Illyricanos sententiam promulgârũt? Nimirùm, Georgius Maior, Pfeffingerus, &c. acerrimi Illyrici hostes.

Smidelin. G. 1. fac. 2. Tum præterea non te latet Staphyle, quid Philip-

Philippus Melanchthon, piæ memoriæ, integer præceptor tuus, Papistis non semèl responderit, petentibus ut nostri suos Ecclesiarum ministros ipsis sacris initiandos mittant, nempe, se libentèr id facturos, sed uos illos nobis non remittere, cogereq; ut abiurent purum Euangelion, & ad uestras constitutiunculas promittant se seruaturos, quæ palàm contrariæ sunt uerbo Dei &c.

Hîc, obsecro, perpendat et inspiciat pius Lector, Brentianorum & Smidelinianorum ingentem constantiam. Ante hoc semestre Melanchthon vir erat pius, & probus ac integer præceptor: at nunc libris editis, Zuinglianæ illum hæreseos insimulant & condemnant. Quàm autem candidè & ingenuè se gesserit Melanchthon, non in eo duntaxat, qui ad sacerdotij vel ordinis Sacramentum pertinet, sed etiam in alijs omnibus Articulis, testantur scriptum eius ad Carlouitium, & Lipsense Interìm, & quod cum isto pugnat è diametro, scriptū aduersùs Bauaricā Visitationem. Quàm etiam idem

ipse probi viri officio functus sit in Osiandri negocio, equidem sat benè cōpertum habeo, et Illyricus non id illi reticuit, nec Morlinus suam negliget rei benè gerendæ occasionem & opportunitatem.

Smidelin. G.2.fac.1. Sed audite homines boni, quæso audite, ut Staphylus ex sacris literis doceat & probet, laicos non ex scriptis Diuinis, sed è suis pastoribus discere debere. Ecquid uerò ipse sibi Dominus uoluit, cùm ad Discipulos diceret: Vobis datum est (Luc. 8.) nôsse mysterium regni DEI, cæteris autem in parabolis: ut uidentes, non uideant, & audientes non intelligant? Quid hac, inquam, oratione Dominus innuit? Illud nimirùm, peculiare esse Dei donum, scripturā sacrā probè intelligere: idemq; donum peculiaritèr præstitum esse Apostolis, eorumq; discipulis, & successoribus sacerdotibus, illorum officio functuris: Porrò uulgo hominum sufficere, ut quantum est saluti necessarium, ex Doctoribus & Pastoribus per similitudines & prouerbia scripturæ Diuinæ explanationem percipiant: id quod innumeris sacrarū literarum testimonijs confirmari potest. En hîc habes, uulgaris laice, de toto pio ordine tuo, quid de te Staphylus sentiat, quidq; ille tibi permittat. Primò qui-

quidem non ad te pertinet, nôsse mysteria regni Dei: id enim solis sacerdotibus datum est: Secundò, non debent ea tibi luculentèr et perspicuè, sed per parabolas & prouerbia indicari, ut etiamsi ea audias, non tamen poßis intelligere.

Hanc Domini sententiam, Vobis datum est nôsse mysterium regni Dei &c. ego sic interpretatus sum, quòd non quibuslibet æquè præstitum sit rectè assequi mysteria verbi Dei. Atque huius interpretationis authorem habeo Chrysostomum, ità dicentem: Omnis quidem intellectus de Spiritusancto est: tamen alia gratia, quam Deus omnibus hominibus creando donauit: alia est, quam nō omnibus hominibus, sed dignioribus, et excellentioribus, & electioribus donat. Hæc ille. Atqui verò negari non potest, subliliorem intelligentiā triplici ratione cuiquam obtingere posse: Primò quidem ex mero ac solo Dei dono et beneficentia, sicuti piscatores intellectu donati sunt

In Matth. cap. 15. Homil. 31.

Apostolico, quibus ꝓptereà Christus ipse
Matth. 10. *dixit: Nolite cogitare, quomodò aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Secundò, ob magnam impensam operam & studium, vti Demosthenes, Cicero, Aristoteles præclaram suam eruditionem multo studio & magna opera adepti sunt. Tertiò, partim ex peculiari quodam Dei munere, quod per ordinis Sacramentũ & manuum impositionem cõfertur, teste Apostolo, his verbis suum compellante disci-*
1. Tim. 4. *pulum Timotheum: Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij: partim ex humano studio &*
2. Tim. 3. *conatu, de quo idem Apostolus iam dicto Timotheo scribit in hæc verba: Tu verò permane in ijs, quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quòd ab infantia sacras literas nôsti. Qua autem ratione, quáve sentẽtia, vtraq; hæc,*
Dei

Dei donum et humanum studium ac opera, in præposito alijs Episcopo, Pastore vel Doctore inter se conuenire et concurrere debeant, D. Augustinus perspicuè docet his verbis: Quisquis autem dicit, non esse hominibus præcipiendum, quid vel quemadmodùm doceant, si Doctores sanctus efficit Spiritus, potest dicere, nec orandum nobis esse, quia Dominus ait, Scit Pater vester, quid vobis necessariũ sit, priusquã petatis, &c. Nunquid contra seipsum sentit Apostolus, qui cùm dicat, Doctores operatione fieri Spiritussancti, ipse illis præcipit, quid & quemadmodùm doceant? An intelligendũ est, & hominum officia, ipso sancto Spiritu largiente, in docendis ipsis etiam Doctoribus non debere cessare: & tamen neq; qui plantat, esse aliquid, neque qui rigat, sed Deum qui incrementum dat?

De Doctri. Christian. lib. 4. cap. 16. &c.

Matth. 6.

1. Cor. 3.

Cùm sic igitur sese res habeat, sublimisque intelligentia, qua Dei verbũ pro-

bè capiatur, sacerdotibus & ordinarijs Doctoribus à Deo Opt. Max per ordinis Sacramentum, vel impositionem manuum presbyterij, vt Paulus ait, collata sit, prætereaque diuturnum, ingens & sedulum Scripta diuina ab eruditis Doctoribus discendi studium, in recenti ac nouo Ecclesiæ Doctore necessariò requiratur: vltra modum admirari compellor, quînam Smidelinus hæc præclara Dei præpotentis munera, ac diuturnum vocatorum Doctorum studium cuilibet laico attribuere vel velit vel possit, vt is æquè dicere possit ex sententia, quẽadmodùm illi, Mihi datum est nôsse mysteria regni cælorum: quandoquidẽ impositio manuum presbyterij, et multa discendi studendique opera in vulgari Laico neque est, neque esse potest.

Quòd autem è diuerso scripsi, satìs esse laicis vulgaribus, si q̃ saluti animæ ipsorum necessaria sunt, ea à legitimis seu ordina-

dinarijs suis pastoribus et curionibus per similitudines & pias adhortationes discant & instituantur: id ego sanè non eô feci, quòd vulgares laicos obduratis Iudæis illis, de quib⁹ Esaias loquitur, comparare voluerim. Esa. 6. *Auditores enim illi in duplici genere sunt, quibus per parabolas & similitudines prædicatur. Alij suapte malitia & proteruia eum in modum atq; vsqueadeò obduruerunt, vt dum videntes videre, & audientes audire nolunt, in pœnam scelerum suorum, Dei verbum non aliter quàm in parabolis audire debeant, sicut Euangelista Marcus ait, Illis qui foris sunt, (scilicet, extra regnum Dei) in parabolis omnia fiunt.* Mar. 4. *Atque ad hos pertinet oratio Esaiæ Prophetæ: per* Esa. 6. *quem etiam alio loco dicit Dominus: In* Esa. 28. *alijs linguis, & in alijs labijs loquar populo huic: quod exponens D. Chrysostomus,* In Matth. Homil. 3. *Si dixisset, inquit, Ideò in parabolis loquor illis, vt videntes non videant: for-* August. li. Quæst. ex

 sitan

Matthæi cap. 14. & in 6. cap. Iohan.

ſitan non eſſet culpa nõ intelligẽtium Iudæorum, ſed Chriſti, qui ſic loquebatur, vt non intelligeretur ab eis. Nunc autem dicit, Ideò in parabolis loquor illis, quia videntes non vident. Intelligitis ergò, quia non eſt culpa Chriſti nolentis dicere manifeſtè, ſed eorum, qui audientes nolebant audire.

Deindè ſunt alij plerique, quibus itidèm per parabolas fit ſermo, non tamen perindè, vt obſtinatis Phariſæis, ſed vt imperitæ vulgariq́ plebeculæ, quæ cùm adhuc carnalis ſit, nondùm ſpiritualis, tanquàm paruulis in Chriſto, lac potus datur, non eſca & ſolidus cibus. Theophylactus in 4. cap. Marci, has Domini Seruatoris parabolas interpretans, Dicebat autem, inquit, ad turbas in parabolis multis, iuxta habitudinem audientium compoſitis parabolis. Quoniam enim turba erat imperita et indocta, ideò mentionem facit grani ſinapis, & herbæ, & ſe-

1. Cor. 3. Super hanc ſententiã cõſule Chryſoſt. Ambr. Theophyla. Haymonem & cæt.

ſeminis, vt cognitis & conſuetis nominibus doceat eos vtile quiddam, vel excitet, vt accedant & interrogent, & interrogando, quæ ignorant, diſcant. Diſcipulis enim exponebat omnia &c.

En habes hîc, pie Lector, tum ipſum Dei verbum, tum illius Catholicā, Apoſtolicam, Chriſtianam interpretationem, videlicet, non propterea Dominum Saluatorem apud quoſlibet auditores indiſcriminatim parabolis vſum eſſe, vt videntes non videant, et audientes non audiant: ſed multo magis ea cauſa, vt tritis & vſitatis verbis et parabolis, quibus in ſuis concionibus libentèr vtebatur, quippiam boni & quod ſaluti animæ conducibile foret, perdiſcerent. Itaque libet hîc percontari, num in Cananitidis mulieris deteſtationem & execrationem factum ſit, quòd Chriſtus ſub canis ſimilitudine illi dixit: Non eſt bonum ſumere panem Matth. 15. *filiorum, et mittere canibus. Tum etiam,*

quæ illa fuerit parabola, qua ad Nicode-
Iohan. 3. *mum Christus vsus, per similitudinẽ carnalis generationis ducere eum voluit ad spiritalis regenerationis cognitiõem? An verò hoc in illius execrationem et dãnationem factum est, perindè vt obduratis Pharisæis? aut potiùs imperito illi et germanæ Diuini verbi intelligentiæ experti Nicodemo lactis poculũ fuit, vt Pau-*
1. Cor. 3. *lus ait, illius in salutẽ ei præstitum? Chri-*
Matth. 15. *stus Dominus turbas ad se vocans, ità illis locutus est: Audite et intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Num isthæc parabola vulgo & Apostolis, tametsi initiò non æquè oẽs eam ceperint, in exitium dicta est?*

In prima parte Apologiæ. *Hoc igitur ego fretus vero, Catholico et Apostolico verbi Diuini intellectu, meo in opere ità scripsi: Vulgo hominum sufficere, vt quantum est saluti necessarium, ex Doctoribus & Pastoribus per simi-*

ſimilitudines et prouerbia Scripturæ diuinæ explanationem percipiant: id quod innumeris Sacrarum literarum teſtimonijs confirmari poteſt. At hæc mea, immò non mea priuata, ſed Catholica & Apoſtolica verbi Dei interpretatio Smidelino tantùm valet, quantùm ſequitur in ipſius libro his verbis:

Hoc *tantũdem eſt, inquit, àc ſi dicat* Staphy*lus, laicos eſſe diaboli, & pertinere ad diabolum, nec ſcire debere, quînam ſempiterna ſalus comparanda ſit: atque etiamſi id audiant, tamen intelligere non debere.* Smidelin. G.2. fac. 2.

Vt autem improbam hanc ſuam dictorum meorum deprauationem & calumniam Smidelinus apud vulgus imperitum fucare poſſit, facit vt hæreticorum omnium more comparatum eſt: criminatur, maledicit, conuicia & contumelias iactat, Principum & magnatum fidem implorat, ſcilicet vt tam apertæ calũniæ & ſceleri ipſi calculos ſuos adijciant, idq́ tue-

tueantur: cùm tamẽ interim nôsse ille potuerit, vt laudatissima Bauarorum principum domus iam ad mille ferè annos in vera, Catholica & Apostolica verbi Dei intelligentia & fide eum in modum constans permanserit & perseuerârit, vt sæpenumerò quoquè eius nomine terras & subditos suos, facultates quoquè et vitam ipsam profundere parati fuerint: adeoq; etiam multo libentiùs oblatam ipsis totius Boëmici regni coronam repudiârint, quàm vel in minimi alicuius Christianæ fidei articuli oppugnationẽ consentirent, multo etiam minùs eam approbarent: quemadmodùm de illa celeberrima Baioariæ principum domo, ipsa Boëmorum Chronica testantur. Atq; eamobrem nihil necessè habuit Smidelinus, clementissimo Domino & Principi meo eiusmodi hæreticum et seditiosum scriptum offerri curare, maximè quandò isthæc perniciosa impias nouationes attentandi leuitas,

Vuenceslaus Hagek in Annalibus Boëmorum. Auentinus.

in

in hac ditione nunquàm antehàc in vsu fuit, neq; comperta quandoquè.

Rogatum autem velim quemlibet è vulgo Christianũ laicum, vtì nè huic impudenti homini vllam commodet fidem, tanquàm ego adeò totus vel mente captus fuerim, vel fidẽ Christianam, quam à parentibus meis accepi, abiurârim, vt de me improbus iste Smidelinus publicè editis libris asseuerat. Dico equidem, sicut & antè dixi, vulgari & indocto homini vtilius et tutius esse, vt quantum saluti animæ ipsius scire necessarium est, id discat à legitimis pastoribus suis, quibus ex Dei mandato in rebus ad animæ salutem pertinentibus, obedientiam præstare tenetur: quàm vt scripta Diuina rimari admodùm velit, sibíque pro suo priuato iudicio (id quod Smidelinus & eius perdita cohors facit) priuatam ac peculiarem quendam indè conflare & elicere intellectum, qui cum Catholicæ Ecclesiæ

sen-

ſenſu pugnet è diametro. Atqui verò ſi deuotione, aut accidente quodam deſide-rio ad Scripturas ſacras domi legendas permouetur, atque alicubì in contentio-ſum quendam incidit Articulum, vti nè vllo pacto ipſus ſeſe hîc iudicē aut ſeque-ſtrum conſtituat, ſed ità potiùs ſecum co-gitet: Quandoquidem in hoc articulo eti-am doctiſsimi Sectariorum Doctores in-ter ſeſe conſpirare non poſſunt, multo mi-nùs ad me imperitum laicum pertinebit quippiam indè ſtatuere ac pronunciare. Itaque quod certius eſt eligens, iſthuc & eius generis alia non alitèr accipiã, quàm vt ſunt cunctis Maioribus meis ad mille vſque & eo ampliùs annos conſona, & concordi ſententia expoſita et explana-ta: libenſque in hac ſentētia acquieſcam,
Rom. 11. 12. *Nolite altum ſapere, ſed ſapere ad ſobri-etatem.*

Smidelinus nunquàm id docere pote-rit, vulgarem & indoctum Laicum, qui nun-

nunquàm sit sacræ Scripturæ studio traditus & adhibitus, neq; ad docendi prouinciam accitus & initiatus, tanta eruditione præditũ esse oportere, vt de scripturæ Diuinæ expositionibus, & Theologicis disputationibus poßit pronunciare & ferre sententiam. Quatenùs autem communis plebecula in doctrina Christiana quãdoquè per prouerbia, parabolas, atq; alias oportunas docendi rationes instituenda sit, haud obscurè perspici licet ex egregijs illis præclarisque de tempore Sermonibus D. Ambrosij, Augustini, Bernardi: itemq́ insignibus ac luculentis Homilijs D. Chrysostomi, Gregorij, Bedæ, & id genus aliorum S. Patrum. Qui quidẽ Sermones & Homiliæ, si per omnes ætates toto orbe Christiano vulgari plebeculæ ad animæ salutem satis fuêre, quid adeò præposterè et contra rationem omnem Smidelinus bacchatur et furit, maximè cùm non scripserim ego po

pulo

pulo verbum Dei prorsus subtrahendum, tanquàm nihil de animæ suæ salute nôsse debeant?

Smidelin. G.3. fac. 1. *Tum uerò quid tam ridiculum est, quàm quòd ait,* Donum Dei, *scripturas rectè intelligendi, datum esse sacerdotibus, Missarijs sacrificulis, qui uix legere illam nôrunt, & pleriq; omnes meliùs cognitum habent crepitaculorum regem in ludo chartarum, quàm sacra* Biblia, *id quod nullus negare potest.*

Vt sacerdos vel presbyter quilibet suo in ministerio, quo Deo præpotenti idoneum se seruum declarare queat, probè sese gerere debeat, ipsa Diuina ordinatio luculentèr secum adfert, Apostolo id accuratè & distinctè admodùm docente his Rom. 12. *verbis: Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundē actum habēt: ità multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes donatiōes, secundùm gratiam quæ data est nobis, differentes: siue prophetiam secundùm ratio-*

rationem fidei, siue ministerium in ministrãdo, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, qui miseretur in hilaritate.

En hîc diuersa ac distincta cernuntur officia et ministeria, vno Gratiæ verbo compræhensa: nempe, prophetiam, id est, veram, Catholicam, Apostolicã scripturæ Diuinæ expositionem: item ministerium seu administrationem functionis alicuius, item doctrinam & gubernationem &c. Quæ igitur ad Sacerdotij munus pertinent, putà, prophetia & Scripturæ sacræ interpretatio, sanæ doctrinæ prædicatio, tum etiam administratio, id est, Sacramentorum & eorum omnium, quæ illis annexa sunt, exhibitio et dispẽsatio, ea omnia Dei dona sunt, & discreti Ecclesiæ ordines: quæ dona siue charismata per impositionem manuum presbyterij ab omnipotente Deo, vt Apostolus 1. Tim. 4.

R diser-

disertis affirmat verbis, præstantur et attribuuntur. Cur igitur abbreuiata sit manus Domini, vt non poßit cuilibet etiam sacrifico eam conferre gratiam, qua diuinum illud Missæ sacrum ritè peragat? cumq; sacerdotij ordine non tantùm Missarij sacrificuli (sic enim illos Smidelino irridiculè vocitare libitum fuit) verùm
Actor. 20. *etiam Episcopi, Pastores, & Doctores*
1. Pet. 2. Ephes. 4. *contineantur, quidni etiam illis ipsis per impositionem manuum presbyterij & ordinis Sacramentum, pro suo cuique munere vel officio, germana verbi Dei intelligentia collata sit, & eius Sacramenti virtute communicata? præsertim Apostolo isthuc apertè, syncerè, diserteque, vt*
1. Tim. 4. *crebrò commemoratum est, docente atq; testante?*

Smidelin. *Hic ego illi, inquit Smidelinus, ut laicus re-*
C. 3. fac. 1. *spondebo. Ego enim à nullo sacerdote neque sale conspersus, neque liquamine delibutus sum.*

Primò hîc Smidelino de ipsius ꝓpria per-

persona, quam hoc loco nulla necessitate adactus introducit, satisfaciam, cùm se dicit neque sale perfusum, neque eliquatum, vel liquamine delibutum. Ego profectò sic mihi planè persuadeo, illum toto libro suo, quem aduersùm me atque alioqui etiam typis excudēdum curauit, nusquàm quicquā dixisse aut scripsisse verius, quàm omninò isthuc ipsum. Est enim ille sanè quidem sic satis insulsus & ineptus, vt ipse se vocat(**vngesaltzen/vngeschmaltzen** *) id quod omnes eius libri, argumenta et actiones testātur. Quid autem est ineptum? Quod nullum neque vigorem, neque succum habet. Quid verò insulsum? Christus Dominus exponit: Si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foràs, et conculcetur ab hominibus: quod Hungaricè dici solet, Detur ei* **Harum paltzack.** *Quòd autē Smidelinus seipsum insulsum & ineptum dicit, credo equidem id illum* Matth. 5.

eò referre, vt significet se non per verum
Iohan. 10. *ostium, sed per tectum, in suum hoc Ecclesiasticum ministerium irrepsisse. Quod quidem fit ab illo contra expressum Dei*
Hier. 13. *verbum, cùm currat ipse non missus à*
Rom. 10. *Deo. Atque eam ob rem mirum non est,*
Quomodò prædicabunt, nisi mittantur? *quandò è suo cerebro natas cogitationes, aliorum omnium Doctorum atq; sanctorum Patrum, qui iam indè à Christianæ religiõis exordio in cœnæ Dominicæ verba commentati sunt, temerè ac impudentèr anteferre, ac maiori in precio habere non dubitat. An non verò isthuc est ingens quædam & insulsa ac inepta temeritas et arrogantia siue præsumptio, quæ hæresum omnium mater est?*

Tom. 1. Epistola. fo. 58. *D. Hieronymus, cui Smidelinus neque in minimo conferendus est, longè alitèr de seipso scriptum reliquit: Doceo, inquit, quod didiceram, nõ à meipso, id est, præsumptione pessimo præceptore, sed ab illustribus Ecclesiæ viris. Itidèm de diuo*

Gre-

Gregorio Nazianzeno & Basilio Magno scribit Ruffinus vndecimo libro historiæ Ecclesiasticæ, cap. 9. eos diuinæ Scripturæ voluminibus operam dedisse, eorumq; intelligentiam, non ex propria præsumptione, sed ex Maiorum scriptis & authoritate, secutos. Sed his omnibus neglectui habitis, Smidelinus pro sui capitis instituto verba cœnæ Dominicæ ad suum arbitriũ vult interpretari, vti tanquàm insulsus & ineptus Doctor, præ alijs insulsis Doctoribus ipse omnium insulsißimus habeatur. Atque idcircò scribit ità vt sequitur: In Histor. Ecclesiast. Eusebij lib. 11. cap. 9.

Propono mihi uerba Christi Domini mei, sic dicentis: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus: quiq; mihi instituit sacrosanctam Cœnam suam, quandò accepto pane & calice, Patri cælesti gratias egit, & discipulis suis atque etiam nobis omnibus mandauit, ut edamus & bibamus, dixitq; hoc esse corpus suum & sanguinem suum. Iuxta hoc illius uerbũ credo ego corpus & sanguinem eius uerè præsentia esse in san- Smidelin. G. 3. fac. 1. Iohan. 6.

cta Cœna, & uerè unà cum pane & uino distribui & sumi. Quod cum uera fide si faciam, cibor & confirmor in fide & uita mea. Sin autē in hypocrisi id faciam, per illud ego iudicabor & puniar: facioq; in hoc, ut est à Christo institutum & ordinatum. Velim equidem uidere, num Staphylus prauæ hic intelligentiæ me posit arguere, qui simplici fide Dominico præcepto obtempero, nec illud rimor atque perscrutor, quod ratione capere nequeo.

Exemplum ego Dominicæ cœnæ introduxi, quòd verba Seruatoris Christi multiuarijs ijsdemq́ue compugnātibus et à vero abhorrentibus modis à plerisq; insolentibus hæreticis et insulsis concionatoribus exponantur. In hoc enim Sacramento, & necessario Christianæ fidei nostræ articulo, Zuingliani inter se plùs octo contrarias habent interpretationes, vt quidem Luterus asserit: vt verò Alberus, plùs duodecim. Inter Luteranos quoquè de eodem Sacramēto sex discrepantes extant opiniones, vt Melāchthon qui-

In breui cōfessione de Cœna.

Alberus cōtra execrādam Carlstadianorū doctrinam.

Melāchthō in Iudicio suo Heydelbergæ edito ad Palatinū Rheni.

quiritatur. Porrò harũ omnium licèt pugnantium interpretationũ nulla eſt, quæ non ab authore & Sectatoribus ſuis legitima ac idonea, immò non alio quàm ipſius verbi Dei & ſacroſancti Euangelij loco habeatur, proclametur ac propugnetur: ſicut è diuerſo, qui illis ſubſcribere nolint, ab illis condemnantur & pro hæreticis proclamantur.

Hîc iam quæſtio ſeſe offert, quinàm ſimplex laicus ex eiuſmodi diſſenſionibus, ſchiſmatîs & compugnantibus opinionibus extricare ſe debeat: id eſt, vndenàm vulgaris imperitus laicus ſcire ac ſtatuere poßit, quænam ex his omnibus pro vera et genuina ſupradictorum Chriſti verborũ interpretatione habenda amplectendaq́ue ſit. Smidelinus experitur omnia: at vbi cernit nullum poſſe aliud reſponſum reddi, quàm quod eſt in meo libro allatum, proripit ſeſe, ſuamq́ue profert ſententiam: perindè àc ſi quicquid

ab illo dictum sit, tam purum, perspicuum, luculentum, immò vsqueeò verum sit in seipso, vt nulli liceat mortalium quicquam indè ambigere: cùm tamen interìm reliqui omnes, qui hac de re inter se digladiãtur, suas priuatas opiniões æquè pro luculentis, illustribus, & pro ipsa adeò veritate diuina habeant & proclament. Ecquid verò miseris indoctisque Laicis isthæc ambigua & inconstans pugnantium interpretum doctrina confert? Nec tantillum quidem. Nanq; si miserorum conscientiæ ex tot ambiguis diuinæ Scripturæ expositionibus in solidam & constantem veritatis lucem adduci debeant, certum aliquod signum adsit oportet, quo verissima interpretatio ab alijs omnibus prauis & falsis opinionibus liquidò possit secerni ac internosci. Atq; hîc non intempestiuè forsan percontetur quispiam, quodnam illud tam certum signum sit? Respondeo: Vbì interpretatio doceri vel pro-

probari potest esse sancta, Catholica, Apostolica, & concors: cui quidem contrariæ aliæ omnes, non nisi quædā priuatæ, singulares, hoc est, hæreticæ sunt opiniones.

Est & illa, inquit Smidelinus, *prorsus crassa et inepta similitudo, dum* Staphylus *scribit, quàm non poßit sutor de aurifabri egregio opere iudicare, tam non debere hominem indoctum de religione uelle ferre sentētiam.* Certè *rudis ille* Doctor *est, quisquis illum examinandum suscepit.* Non *præcepit* Deus, *ut quilibet sutor de aurifabrorum operibus iudicet: sed præcepit ut* Doctores *& doctrina probentur utrùm ex* Deo *sint, et ut quod bonum est teneatur, ut est suprà indicatum.* Itaque *claudicat hoc simile, & non nisi uno graditur pede, licuissetq́; Staphylo illud domi tenere.*

Smidelin. G.3. fac.2.

Matth.7. 1. Iohan.4. 2. Theß.2.

Quòd à simili argumētatus sum, quàm parùm laicus capiat Theologicas res & disputationes, quas nō didicerit: tam non posse sutorem subtilia aurifabrorum opera, quæ non didicerit, exercere, aut de ijs æstimare: id quidem per se firmum satìs

est, nec discrepat ab illa Poëtæ sententia:

Quodq; parùm nouit, nemo docere potest.

Apostolos sanctos excipio, quorum priuilegium ad paucos aliquot piscatores & telonarios se extendit, vix ad vllos alios. Est igitur perniciosa ea temeritas & arrogantia, quòd iam propemodùm singuli quique mechanici opifices vel vulgares laici, quodq; deterius est, etiam infames quidam & ignominia notati, illud sibi priuilegij vendicare non dubitant. Vbi nanque eiusmodi priuilegium (putà absq; studio et scholastica exercitatione ac disciplina Scripturam sacram & Theologiam rectè intelligendi) adest, ibi etiam miracula adhibeantur oportet. Si igitur ea in sententia Smidelinus insistit, quòd Laici Scripta diuina interpretari & docere debeant, cùm ea non didicerint, iam ille quoquè necessariò compellitur eam illis facultatem potestatemque conferre, vt instàr illorum telonariorum & piscatorum,

torum, id est, Apostolorum, miracula possint edere. Vt autem hæ sententiæ, quas Smidelinus allegat, Catholicè & Apostolicè intelligantur, suprà dictum et pertractatum est.

Præsertim uerò sub salutis suæ periculo eam tenetur uitare Ecclesiam, in qua idololatriæ exercentur, & ui retinentur, uti scriptum est, Custodite uos à simulacris: itemq́; Nolite iugum ducere cum infidelibus. Smidelin. G. 4. fac. 1. 1. Iohan. 5. 1. Cor. 6.

Quòd Smidelinus nobis Catholicis idololatriã impingit, quasi in nostra Catholica Ecclesia idololatria extet &c. non nisi verba sunt, nulla veritate subnixa, quibus propterea magna probatione esset opus. Quanquàm interim ego nolim abusus quosdam, qui in nostram Catholicam Ecclesiam hincindè irrepsêre, nostræque doctrinæ Catholicæ repugnant, hoc loco defendẽdos suscipere: magis autem, sicubi tales extant, paratus sum pro mea virili ijs extirpandis nauare operam. Quod verò

verò ad doctrinam ipsam pertinet, Smidelinus nullius nos idololatriæ vnquàm reos peragere poterit.

Smidelin. G. 4. fac. 1. Ait porrò Staphylus: Atquì fieri quî potest, ut cæcus exploratum habeat, num dux ipsius uidere queat? Hîc rursùs non negligentèr animaduertendum uenit, quem Staphylus Laicis titulum attribuat, eos omnes cæcos uocans, qui nihil uideant, cæciq; maneant, atque idcircò necessè habeant scipione quodam nitentes ingredi, id est, sinè ullo intellectu pendere à sacerdotibus, et quod ij ipsis dixerint, id credere. Solos nanque uidere sacerdotes &c.

Smidelinus nullum non funem mouet, non vt causam suam veritate tueri poßit, quod sibi intelligit impoßibile, sed vt me apud vulgus & paßim omnes in odium inuidiamque adducat. Atque hac causa multùm ille nititur captare vulgi gratiam, efficereque populo vt placerent quas fecisset fabulas, quod Apostolus tantoperè prohibet, Gal. 1. *sperans apud vulgus magnā se initurum gratiam, & apud omnes non mini-*

*minimam ſibi authoritatem conciliatu-
rum. Vt autem hanc ſuam hypocriſin & adulationem tanto inſidioſiùs in vulgus promouere queat, facit quod ſerpens Euæ,* Gen. 3.
ait vulgares homines ſacra Biblia lectitare ſiue guſtare debere, ſicq; eorũ apertum iri oculos, ità vt per ſeipſos videre queant quid bonum, quídve malum ſit, nec neceſſè fore, vt à ſuis legitimis Epiſcopis & Paſtoribus pendeant. Atquì verò non parùm ego metuo, nè Smidelino & eius aſſeclis eueniat illud Apoſtolicum: Dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Rom. 1.
Quòd ego dixi, vulgus hominum cæcum eſſe, eò pertinet, vt S. Patres exponunt, quòd imperitum indoctumq; vulgus (in quo multa hominum millia ſunt, qui nunquàm Bibliorũ vel apicem vnũ lectitârint, immò nec poßint legere) genuinum verbi DEI intellectum à ſeipſo abſque peritis ducibus, id eſt, ſinè præpoſitis ſibi Doctoribus & legitimis paſtoribus Actor. 3.

bus videre & assequi non possit: sed suis debeat pastoribus, quorum institutione ad verũ Scripturæ diuinæ iter, eiusdemq́; Scripturæ genuinam intelligentiam deducendus sit, omni cum submißiõe obtẽperare & morem gerere, nè cum fallacibus illis suis cæcis ducibus, id est, hæreticis, in hæresios foueam prolabatur. Ità planè D. Hieronymus illam Christi Seruatoris sententiam intelligit, dum verba illa, Sinite illos, cæci sunt, et duces cæcorum, hunc in modum interpretatur: Hoc
In Matth. cap. 15. *est, inquit Hieronymus, quod Apostolus præceperat, Hæreticum hominem post vnam & alteram correptionem deuita, sciens quòd peruersus sit huiusmodi, & à semetipso damnatus. In hunc sensum & Saluator præcipit, Doctores peßimos dimittendos arbitrio suo, sciens eos difficultèr ad veritatẽ posse trahi, & cæcos esse, & cæcum populum in errorem trahere. En hîc D. Hieronymus disertis verbis popu-*

populum cæcum vocat, eumq́, à cæcis ducibus, hæreticis trahi in errorem, & impelli in foueam. Itaque perspicuè hinc licet animaduerti, etiam D. Hieronymum commune ac indoctum vulgus Christianorum in verbi Dei aut Sacræ scripturæ interpretatione eum in modũ cæcum appellare, vt facilè poßit ab hæreticis cæcorum ducibus induci in errorem. Quid? An non Deus ipse electum populũ Israëliticum, cæcum nominat? Quis est cæcus, inquit, nisi seruus meus? Quis verò est hic Domini seruus? Hieronymus, Lyra & alÿ id ad electum populũ Israël referunt. Is enim peculiaritèr Diuino erat cultui obligatus: & interim tamen cæcus fuit. Sed quî tandèm cæcus? Vulgus hominum viã veritatis in verbi Dei mystérÿs cernere suoipsius cerebro nõ potuit, sed semper necessarius ille fuit Propheta aliquis ordinarius, tanquàm cæcorum dux. Discimus hoc ex Samuelis libro, vbi scriptum

Esa. 42. Hierony. et Lyra in 42. cap. Esaiæ.

1. Reg. 9. *ptum est: Olim in Israël sic loquebatur vnusquisque, vadens cõsulere Deum: Venite, eamus ad videntem. Qui enim Propheta dicitur hodiè, vocabatur olim videns. Cùm igitur sic quondàm fuerit diuinitùs institutum, vt non modò personæ viles in illa plebe Israëlitica, sed illi etiã, quos in eius populi rectores Dominus sibi elegisset, à iam dictis videntibus in rebus dubijs instituerentur ac edocerentur: satìs id nobis documẽto esse potest, etiam in nouo Testamẽto indoctum vulgus veritatis viam per se cognoscere non posse, sed voluntatẽ ac mysteria diuina ab ipso præfectis & præpositis videntibus discere debere: cuius quidem insigne exem-*
Actor. 9. *plum in ipso Apostolo nobis proponitur: Qui licèt initiò egregiè doctus et zelosus esset Rabinus, ac deindè à Christo in vas electionis, seu electum organum DEI, adeóque in Gentium Doctorem præordinaretur atque crearetur, vt tamen pecto-*
ris

ris sui agnosceret cæcitatem, triduò coactus est etiam externam oculorum cæcitatem perpeti, nec ab illa liberari potuit, donec eius legitimus et à Deo missus præceptor et Vidēs Ananias, de diuina eum voluntate instituisset. Atq; tum demùm non solùm velamē ab eius corde ablatum est, sed etiam visus pro Dei benignitate restitutus.

Interim tamen isthæc vulgaris plebeculæ cæcitas eatenùs restringenda est, vt quadam comparatione, et non per se simpliciter ac nudè accipiatur. Plerosque enim inuenias licet tam angusta, debili ac infirma oculorū acie, vt ad ea omnia, quæ aliquanto remotiora sint, conspicienda planè cæcutiant: quæ autem propiùs posita sunt, ea vtcunquè cernant, nec sint prorsus omni oculorum luce priuati. Fertur perdix, vt Aristoteles quoquè annotauit, quæ propinqua sunt, sic satis videre posse: procùl autem & è longinquo Aristot. de Partib. Animal. et Caus. lib. 2.

S nihil

nihil prorsùs cernere. Contrà autē Aquilam aiunt ſupra alites omnes in longum, latum, et profundum cernere acutiſſimè, ità vt perdix Aquilæ comparatione cæcus iudicari queat. Quò facit etiam illud Galeni: Si homo, quòd ad viſum attinet, cum lynce vel Aquila componatur, eum tanquàm malè cernentem non poſſe non exiſtimari. Eum ergò in modum etiam de imperito vulgari Laico dicendum eſt: qui tametſi ex Paſtoris ſui inſtitutione in Catechiſmo ſuo, atque alioquì etiam, quantùm ſaluti animæ eius neceſſarium eſt, perſpicere poteſt, quidnam ſentire, quid agere & omittere debeat: at nihilo minùs in arduis Theologicis diſputationibus, et arcanis myſterijs (quæ, teſte D. Clemente Alexandrino, Deus eruditis paſtoribus in aurem, non autem vulgo de tecto annunciat) cæcus, ſurdus & mutus eſt: adeò vt etiamſi illi dicantur, non ea capiat tamen: & licèt ipſi demonſtrentur,

Lib. 1. De tuenda valetudine.

Stromat. lib. 2.

Luc. 18.

tur, non tamen ea conspiciat: atque eam ob rem instàr muti nihil neque solidè, neque sapientèr indè fari queat. Isthuc verò populo aut vulgaribus hominibus nullum adfert salutis eorum detrimentum, tum quòd diuinitùs illis collatum non sit arcana DEI nôsse mysteria, tum quòd tanquàm Laici, literis operam dare nequiuerint: sed hac in parte cæci et esse & permanere debuerint, ijsque contenti degere, quæ à legitimis Pastoribus suis accipiant, & ad salutem necessaria ostendantur, atque pro concione tradantur.

Quòd autem Smidelinus ait, scripsisse me, laicos omnes cæcos esse, et cæcos permanere oportere, id ab illo confictum est, à me scriptum minimè. Nanque euenire potest, vt simplex quidam rusticus in futura illa vita aut æquè, aut magis etiam, quàm excellens Doctor, instàr magnæ cuiusdam stellæ luceat in cælo. 1. Cor. 15.

Primò quidem sciscitor ego ex Staphylo, do- Smidelin. G. 4 fac. 2.

ctißimo illo Romano Doctore, uti Apostoli illa sententia ad Laicos cæcos quadret, ità scribentis laicis: Fratres, nolite pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote, sensibus autem perfecti estote. Cæcum esse, & sensibus perfectum esse, est instàr lucis & tenebrarum, instàr atri et candidi, si inter se conferantur. Indè tu colligere debebas, te cæcum esse, qui isthuc uidere nequeas.

1. Cor. 14.

Sciscitatur hîc Smidelinus, quînam duo hæc inter se consentiant, Cæcum esse, & Sensibus perfectum esse. Cui ego hoc simplex reddo responsum, ipsum Smidelinum hanc Apostoli sententiam, aliorum more hæreticorum & factiosorum hominum interpretari, cùm tamen eam sancti Patres omnes secùs interpretati sint, immò et tota Christi Catholica Ecclesia perpetuis temporibus alitèr eam intellexerit. Non enim hoc loco id asserit Apostolus, quemlibet rusticum tam debere esse perfectum, vt per seipsum & poßit et teneatur omnia Scripturæ diuinæ mysteria, cunctas Theologicas disputationes,

&

& tum Pastoris sui, tum aliorum Ecclesiastarum doctrinam non modò rectè intelligere, sed etiam iudicare. Tum quoquè memoratum decimũquartum caput Epistolæ prioris ad Corinthios, non ad rudes rusticos vel simplex vulgus refertur, sed Ecclesiæ ministros et Doctores: id quod ex multiuarijs ac peculiaribus illis Dei charismatis potest intelligi, quæ illic ab Apostolo enumerantur. Sic enim illo ipso capite scribit: Quid ergò est fratres? cùm conuenitis, vnusquisq; vestrûm Psalmum habet, doctrinam habet, Apocalypsim habet, linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationem fiant &c. Quanuis igitur populus vnà Psalmos fortaßis cantare poßit, non est tamen laici vel rustici negocium, Apocalypsim habere, linguas interpretari, doctrinam proponere: quippe quæ omnia ad præpositos Ecclesiæ ministros vel doctores pertineant, vt nos iam suprà, vbi de

Prophetiæ munere dictum est, disputauimus.

Ex his igitur id liquidò potest colligi & confici, quibusnam personis in Ecclesia Dei id propriè congruat & tribuendum sit, quòd sensibus perfecti esse debeant. Atque ea re D. Ambrosius vocem hanc, Perfecti, sic interpretatur: Perfectos illos vult esse, vt sciant quid ad instructionem Ecclesiæ sit necessarium, vt recedentes à malitia et erroribus, his studerent, quæ proficerent ad vtilitatem fratrum. Vbi potest luce meridiana clariùs videri, sensûs perfectionem ab illis exigi, qui Christianum populum instituere debeant, vt homines à malitia et erroribus recedentes, ad salutis suæ vtilitatem promoueantur.

In cap. 14. Epistolæ 1. ad Corinth.

Smidelin. G. 4. fac. 2.

Aut num tibi Christianus ille cæcus esse uidetur, qui ex Decalogo discit nôsse peccata sua? tum quid æquum, quid iniquum sit, ut uel faciat, uel uitet? qui ex Christiano symbolo suo didicit Deum agnoscere patrem suum, Christum redemptorem,

ptorem, qui morte et perpeßione sua ipsum à peccatis, à morte, à satana, ab inferis & damnatione uindicârit: qui Spiritumsanctum pro suo doctore, duce & ductore habeat, qui in ipso fidem operetur, per quam Christianitati adiunctus, remißionem peccatorũ & uitam credit sempiternam?

Qua ratione indoctus & simplex laicus pro cæco vel vidente haberi poßit, in superioribꝰ diximus: nempè, Laicos, qui non eiusmodi vacârint studijs, nec eò vocati sint, eos in disputationibus Theologicis, & arcanis Scripturæ diuinæ mysterijs cæcos esse, ac nihilo minùs, quantùm quidem pro animæ salute ipsis scitu necessariũ est, in suo Catechismo & quotidianis concionibus sufficientèr videre posse. Quid verò in Theologicis controuersijs rectum aut prauũ sit, non illorum est, sed sacerdotũ aut aliorum doctorum virorum, quibus id ex officio incumbat, dijudicare. Sic nanq; Deus ipse per Moisis os loquitur: Si difficile & ambiguum Deut. 17.

apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem et ſanguinem, cauſam et cauſam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſſcende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesque ad ſacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis. Qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius: ſequerisque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexterum, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbiêrit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſraël: cunctosque populus audiens timebit, vt nullus deincèps intumeſcat ſuperbia. Certè ſi nullum aliud vſquàm extaret pceptum verbi Dei, ex hoc vno ſatis ſuperq; poſſit

intel-

intelligi, Scripturæ sacræ interpretationem nō ad Laicos, sed ad sacerdotes propriè pertinere.

Et quid prætereà nôsse debet? An comperti aliquid habere debet de D. Alexij bracha, uel de S. Dominici caligis? Smidelin. H. 1. fac. 1.

Ad hanc Smidelini quæstionem (si eius Rhetoricēn imitari libèret) possem ego contrà ex illo percōtari, num vulgus quippiam scire debeat de prophetia Iacobi Smidelini, qua ait virginē Eslingensem certum esse typum & exemplar Luteranæ Euangelicæ Ecclesiæ? Item num vulgum scire oporteat, vt ex sacris sacratarum virginum cœnobijs publica sint efficiēda lupanaria? Sed de eiusmodi Smidelinus suæ parœciæ homines p sese probè instituet. Porrò concio eius, quam de eadem Euangelica Eslingensi virgine publicè habuit, oportuno tempore suis ornata coloribus prodibit in lucem.

Tertiò, quandoquidem id tenendum est, quod Smidelin. H. 1. fac. 1.

in S. Biblijs fundatum est, & ab Apostolis profe-ctum, quînam potest Romana Ecclesia esse Catholica, quæ alteram Sacramenti partem Laicis subtraxit, quod neque Christus, neque Apostoli eius factitarunt? Sunt autẽ Apostoli cunctis Episcopis antiquiores. Itaque etiam Cœna sub altera tantùm specie, noua est: sub utraque, uetus.

Hîc Smidelinus immane quàm inuictum ac insuperabilem producit Achillem, ità ratiocinans: Alteram porrigere speciem, nouũ est, & non antiquum: Romana Ecclesia altera tantùm specie vtitur, Est ergò alterius speciei vsus recens, vtriusque vetus. Cùm sit autem prima propositio ruinosa & nutabunda, debebat meritò Smidelinus eam nonnihil fulcire, testatumq́ facere, Eucharistiæ sub vna specie perceptionem, nouam esse, & in veteri Catholica Ecclesia minimè vsitatam. Ecquid verò Smidelinus agit? Perindè àc si isthuc prorsus nulla probatione egeat, ità ille incitato gradu transilit. Sed quid si ego illi diuersum probem,

idq́

idque adeò, vt ipsum quoquè Dominum Saluatorem doceam Sacramentũ sub altera tantùm specie præbuisse, quemadmodùm Historia euntis in Emaus luculentèr indicat? Et factũ est, inquit Euangelista, dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit, ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognouerunt eum: et ipse euanuit ex oculis eorum. Luc. 24.

Quòd autem Christus Dominus hoc loco cum discipulis suis nõ simplicem Cœnam egerit, sed illos cœnæ Sacramento refecerit, potest duplici ratione planum fieri. Primò quidem miraculum illud de patefactis oculis, ex vsitata panis fractione sperari non potest: sed longè magis statuendum est, id factum esse vi & virtute Sacramenti. Secundò, dubitandum non est Apostolos facti huius causam non aliter intellexisse, sed iam dictam opinionem suorum discipulorũ animis affixisse, quan-

quandoquidem ij per successores suos eam nobis tradidêre, putà, Christum eo loci suis discipulis Eucharistiã sub altera specie porrexisse: id quod permulti sancti patres, Chrysostomus, Augustinus, Theophylactus, Beda, & plures alij palàm & expressè testantur. Sed neque verisimile est, memoratos sanctos Patres hanc iam dictam de altera specie Eucharistiæ interpretationem, absq; vlla traditione vel doctrina, è suis exuxisse digitis: pręsertim cùm illi multis scribant et doceant locis, Scripta diuina haud secùs exponenda esse, vt suprà quoquè annotatũ est, quàm à S. Patribus & ipsorum Maioribus exposita sint. Sed neque illud credibile est, eos quos diximus, sanctos Patres, qui toto orbe in diuersis locis tam longè alij ab alijs habitârunt, hac de re sinè Sanctispiritûs instinctu tanta concordia scribere potuisse: maximè cùm iam quotidiana discamus experientia, quod etiam antè com-

Chrysost. in Matth. Homil. 17. August. lib. 3. de Consen. Euangelist. cap. 25. Theophyl. in Lucam. Beda in Luc. ca. 24.

commemoratum eſt, Sectarios concionatores in proximis circũcircà poſitis Germaniæ vrbibus, in articulo illo, qui de Sacramento Euchariſtiæ eſt, nullo pacto inter ſeſe conſpirare poſſe. Sic enim vt diximus, ſcripſit Chryſoſtomus in Thracia, Auguſtinus Hippone in Africa, Beda in Anglia, Theophylactus in Bulgaria vel Vualachia. Nec eſt, quòd Smidelinus nobis improperet hos præſtantes viros recentioribus ſeculis vixiſſe, cùm doceri poſſit, Chryſoſtomum et Auguſtinũ vixiſſe à Chriſto nato Anno quadringenteſimo, Bedam Anno ſeptingenteſimo, Theophylactum Anno ſeptingenteſimotertio. Num igitur quod ante mille centum & eo ampliùs annos in quotidiano vſu publicè poſitum fuit, id pro nouo & nupèr orto habendum eſt?

Ad hæc autem non minimam id habet admirationem, quòd noui Luterani populum ad vtranque ſumendam ſpeciem

em tantoperè prouocant & adigunt, perindè àc si Christianorum salus in Sacramenti speciebus, & non in ipsa Sacramenti re sita sit: cùm tamē Luterus ipse multis locis confiteatur, sub altera specie æquè esse totū Christum, atquè sub vtraque: & vbi sub vtraque haberi non possit, sub vna sumere iubeat, neque eo nomine vllam excitare discordiam vel dissensionem. In libro nanque ad Germanicam nobilitatem de Boëmis ità scribit: Neq; ego consuluerim, vt compellantur (Boëmi) vtranque Sacramenti speciem abrogare, cùm non sit isthuc neq; impium, neque hæreticum: sed permittantur, modò velint, illo in instituto permanere, ità tamen, vt nouus Episcopus inuigilet, nè qua eius instituti causa discordia existat: sed eos comitèr instituat, neutra ex parte errorem admitti: quemadmodùm neque illud dissensioni materiam præbere debet, quòd sacerdotes alio vtantur habitu,

Luter. in Collectis articul. Vuormatiens. & in libello, Declaratio Eucharistiæ.

In lib. ad Christianā Germanicā nobilitatē, Tom. 6. fol. 588.

atquè

atquè laici. Hæc Luterus. Atq; hoc pacto nõ isto duntaxat loco ille scripsit, sed & compluribus alijs. Neq; id obscurum est, Melanchthonem non paucis studiosis Vuittenbergæ cõsuluisse, cùm Sacramentum siue in sua patria, siue alibì sub vtraque specie habere non possunt, bona conscientia sub vna sumi posse. Luterus quoquè in sua postrema Confeßione fatetur illam D. Thomæ Prosam rectè de Sacramento agere, vndè isthæc verba allegat:

Sumit vnus, sumunt mille,
Quantum isti, tantum ille:
Nec sumptus consumitur.
Sumunt boni, sumunt mali,
Sorte tamen inæquali,
Vitæ, vel interitûs.
Mors est malis, vita bonis:
Vide paris sumptionis
Quàm sit dispar exitus.
Fracto demùm Sacramento,
Nè vacilles, sed memento

Tan-

Tantum esse sub fragmento,
Quantum toto tegitur.
Nulla rei fit scißura,
Signi tantùm fit fractura,
Qua nec status, nec statura
Signati minuitur.

Atque tametsi Prosa hæc non adeò vetus est, at tamen horum dictorum veritas non D. Thomæ Aquinatis demùm tempore nata est & in lucem prolata, sed ab ipsis adeò Catholicæ Ecclesiæ primis initijs & cognita et tradita, teste D. Eusebio de morte D. Hieronymi, qui pro more habuit, sacrosanctã Eucharistiam certa ac peculiari quadam prece venerari, atque inter cætera dixit: Totus perfectus & integer Christus sub panis specie, & sub qualibet quantuncunquè minima continetur particula: et idem totus in vini specie, et in qualicunque gutta permanet. Sed & illud certum est, Christi corpus in carnem & sanguinem separatìm

Eusebius De morte S. Hieronymi.

diuidi

diuidi non posse. Vndè etiam Apostolus non temerè interrogat, Diuisus est Christus? Tanquàm diceret, Fieri id nulla ratione potest. Vt autem hæc Apostoli sententia probè accipienda sit, apud Cyprianum et Tertullianum liquidò perspici licet. Equidem hîc perquàm audire velim, quidnam Smidelinus & eius similes aduersùs hanc Catholicam, Apostolicam et concordem interpretationem vel dicere vel obijcere queant. Apud me certè dubitationem nullam habet, nisi perspectum esset hæreticis istis, vulgus hominũ vtriusq; speciei vsum tam pertinacitèr flagitare, fusq; deque laturos illos, vtrùm sub altera an vtraque specie Eucharistia sumeretur: cùm non sint nescij, species Sacramenti in Communione iuris esse positiui, non Diuini: quo fit, vt à Catholica Christi Ecclesia pro ratione temporum siue sub vna, siue sub vtraq; possit sumi specie. Verumenimuerò pius Lector accu-

1. Cor. 1.

Cyprian. in Serm. de Cœna Domini. Tertullian. aduersùs Marcio. lib. 4.

ratè inprimis id obseruare debebit, quo in precio, honore & existimatione Luterani concionatores isthuc habeant Sacramentum, dum cōtra alteram speciem, sub qua totus et porrigitur et accipitur Christus, tam impotentèr et acerbè vociferantur: porrò immanem Zuinglianorum errorem tam prorsus nihili pendunt, cùm tamen illi ab hoc Sacramēto corpus Domini prorsus excludant, nec nisi merum panem & vinum porrigant.

Smidelin. H.1. fac. 1. Quòd autem nulla in doctrinam & ordinationem Christi deprauatio inciderit, idq; proindè pro Catholico haberi debeat, quod perpetuis temporibus durârit, ea partìm falsa est regula. Christus enim & Apostoli eius nos præmonuerunt, magnam fore discessiōem, eamq; tam communem, ut si fieri poßit, etiam electi in errorem inducantur: quemadmodùm apud plerosque errores uidere est. Matth. 24. 2. Thes. 2.

Cùm nos dicimus, doctrinam illam, quæ vbiquè & semper durârit, Catholicam & Christianam esse, id ea moderatione

one dicitur, quòd docere poßimus, eiusmodi doctrinam vel interpretationem verbi Dei ab Apostolis per ipsorum successores inuiolatam ad nos vsque permansisse & perductam esse, vt est à me suprà fusiùs demonstratum. Quò autem Apostoli sententia de magna discessione referēda sit, infrà liquidò & perspicuè videbitur.

Illa Satanica lex, Sacerdotes non debere inire Matrimonium, neque semper, neque in omnibus Christiani orbis Ecclesijs durauit. Quandò autē Romana eam Ecclesia defendit, quî potest ea esse Catholica? Adde, quòd expresso Dei uerbo id è diametro repugnat, quod nec Staphylus ipse negare potest, &c. Smidelin. H. 1. fac. 1.

In Ecclesia perpetìm fuisse Episcopos, Prælatos et Pastores, qui vxores nō habuerint, omnibus Ecclesiasticis historijs nullo negocio ꝓbari potest. Non esse tamen id vbiquè obseruatū, libentèr concedimus, quandoquidē ista res de ducenda, vel non ducenda vxore, iuri positiuo

ſubiacet. Quidam ex Apoſtolis, putà Petrus et Philippus, vxores habuêre, priùs quàm ad Apoſtolicū & ſacerdotale munus eſſent acciti, easque ad mortem vſq; retinuiſſe feruntur. De reliquis aūt Apoſtolis, qui vxores non habuerunt, & in eiuſmodi libero atque ſoluto ſtatu à Chriſto ad Apoſtolatum vocati & ſacerdotio initiati ſunt, nuſquàm ſcriptū legitur, eos poſtmodùm ad Matrimonium ſeſe contuliſſe. Neque ignoramus, tametſi Philippus Apoſtolus vxorē habuit, tamen duas eius filias virginitatem amplexas, et virgines ad ſupremum vſque diem permanſiſſe, teſtibus Nicephoro et Euſebio. Sed hac de re iam ſuprà, quantùm ea in præſens poſtulat, ſcripſi, neque hîc repetere velim.

Niceph. li. 2. Hiſto. Eccle. cap, 44. Euſeb. Hiſt. Eccle. lib. 3. ca. 33.

Smidelin. H. 1. fac. 1. Porrò extra Scripturā in negocijs fidei quippiam uelle antiquum docere, quod cum ſcriptura pugnet, id fieri non poteſt. Siquidem Apoſtolus ait, etiam ipſius tēpeſtate Antichriſtum iam operari cœpiſſe, &c.

2. Theſſ. 2.

Præ-

Præpotens Deus eas à me cogitationes lōgè abeſſe velit, taceo opera, vt quippiam eiuſmodi ego vel aſſeram, vel propugnem, quod vero, Catholico, Apoſtolicoque Diuini verbi intellectui poſſit eſſe aduerſum & contrarium. Neque puto Smidelinum et eius complices omnes vllum Catholicæ & Chriſtianæ doctrinæ noſtræ punctum proferre poſſe, qui cum germana Scripturæ diuinæ intelligentia pugnet. Quanuis autem dictu facilimum ſit, Miſſam, vota, virginitatem, ſacerdotium, & eius generis plura alia, quæ hac tempeſtate carpuntur et accuſantur, ſcripturis ſacris eſſe contraria, planéque idololatrica cenſeri oportere: at tamen neq; Smidelinus, neq; eius Symmyſtæ omnes vnquàm vllo expreſſo Dei verbo teſtatum efficere poterunt, hos atq; eiuſcemodi articulos, quos ipſe cum ſuî ſimilibus vertiginoſis ſpiritibus pro idololatricis habet, tales eſſe.

Smidelin. H. 1. fac. 2. *Quòd uerò scribit Staphylus, quod in Psalmo 115. scriptum est, Omnis homo mendax, id est, singulos quosque homines mendaces esse, non autem simul uniuersos: nisi id ille à Reuerendißimo Principe Hosio didicisset, putarem eum superstitione teneri.*

Qualis est hæreticorum Theologia, talis & Philosophia & Dialectica: fitq́; ferè apud illos, quod in omnibus vanis et commentitijs rebus fieri solet, vt dum vni alicui mendacio fucus adhibetur, plura alia mendacia conquirantur. Equidem dixi, poße singulos quosque homines pro sua persona mendaces eße, non tamen in vniuersum & simul mortales omnes: idq́; eò retuli, vt in meo libro videre licet, quòd veritas, quæ consistit in vniuersali propositione, nunquàm potest ità à se discedere, vt suî dißimilis non sit, aut maneat semper. Eamq́ue ob causam, quemadmodùm docet Aristoteles, scientia eorum est, quæ eandem veritatem habent vbiq; et semper. In indiuiduis alia ratio est. Ea

Arist. 6. Ethi. & Met.

nan-

nanque sic à Deo creata sunt, sic ordinata, vt & casum queant et vicißitudinem subire: atque ob id tum falli, tum fallere, & pro vero falsum amplecti.

Mortales omnes, quibus à præpotente Deo ad minimum ratio collata est, legis naturalis veritatem habēt inscriptam cordib⁹ suis, vt Apostolus ait, putà, quòd vnus sit Deus, qui cælum et terrā condiderit: quodq́ue velit sibi fieri ab alijs, id vt ipsi quoquè facere debeant alijs: itemq́, vt honorem habeant patri & matri, non occidant, non furtum faciant, non mœchentur, non falsum dicant testimonium, neque mendacium proferant. Hæc atq́ id genus alia nôrunt generatìm mortales omnes, atque in huius cognitione veritatis vsqueadeò consentiunt, vt hîc quoquè pro hac naturali cognitione hōies omnes dici veraces queant. Porrò è diuerso reperire est hinc indè quosdam, qui partìm ex imbecillitate, partìm dedita malitia

Roma. 1. & 2.

Matth. 7. Luc. 6.

Exod. 20.

vel in hoc, vel in alio obnoxij mendacio comperiantur. Neque tamen tales sunt in vniuersum mortales omnes, sed illi, qui in eo quod singuli quique ex ipsius naturæ instinctu & ductu nôrunt, non erubescunt neq; verentur mendacio se obstringere. Atque indè D. Basilius, Chrysostomus & Hieronymus inferunt, si quidem mortales omnes in omnibus vsquequaquè mendaces forent, etiam in hac ipsa Psalmi sententia non posse Dauidem mendacij notam effugere: neq; tum mortali vlli in terris etiam in minimo fidem commodandam esse, quãdoquidem nemo omnium verax esset. Quòd autem isthuc falsum & vanum sit, Scripta diuina nõ vno loco palàm ostendũt. Quid enim sibi vult Christus ipse, dum ait, In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum? Item vbi Dominus ipse diuo Iob testimonium perhibet, Est vir absque repræhensione, iustus, verax &c. Et licèt nemo mortalium,

Basil. Chrysost. Hieronym. in Psal. 115.

Matth. 18, Deut. 17. 2. Cor. 13.

Iob 1.

lium, si cum Deo conferatur, absq; repræhensione & mendacio queat existere, vt Augustinus quoquè ait: at tamen vbi Catholicus consensus in Christi Catholica Ecclesia indistractus in omnibus concordat, ibi Deus, qui ipsa est veritas, adest proculdubiò. Hîc iam videatur simile Smidelini de leprosis, dum ait: In Iohannē Tracta. 39. Iohan. 14.

Quis enim me nō stulti loco habeat, si dicam, Singuli quique homines leprosi sunt, sed quandò in unum conueniunt, iam non sunt omnes leprosi. Smidelin. H. 1. fac. 2. De *mortalibus omnibus scriptum est, nec potest melius uerti, quàm à Lutero uersum est,* Allemenschen seynd lügner/ *id est,* Omnes *homines sunt mendaces: & quoscunque æterna ueritas non docet, siue pauci, siue multi sint, omnes itidèm mendaces permanent.*

Si quidèm Smidelinus hac oratione id vult indicare, leprosos vsqueadeò totos lepra infectos esse, vt nec guttula quidem sanitatis in eis reliqua sit, iam eius simile posit tolerabile videri. Verum est enim, si singuli quique homines omninò

leprosi sint, etiam omnes omninò leprosos esse oportere. Itemque si singuli quique mortales prorsus & per omnia in omnibus mendaces sint, etiam omnes, cùm in vnum cōueniunt, non posse nō per omnia mendaces esse, neque vllam in omnibus veritatem comperiri posse. Atqui verò cùm isthuc hæreticum, vanum, nullaque sit veritate subnixum, mortales omnes per omnia & simul & singulatim in re nulla veraces, sed in omnibus mendaces esse, nihil huc Smidelini à leprosis petitum simile quadrare potest. Nam alioqui etiam Apostoli, Patriarchæ, & Prophetæ & Sancti omnes nihil prorsus verum dixisse conuincentur. Cùm igitur S. Patres memoratam Dauidis sentētiam, Omnis homo mendax, exponunt, duas illas Apostoli Iohannis sententias adducunt, Omnis qui natus est ex DEO, non peccat. Et, Si diximus quoniam peccatum non habemus: ipsi nos seducimus, et veri-

1. Iohan. 5.
1. Iohan. 1.

veritas in nobis nō est. Quòd ad priorem sententiam attinet, ille ex Deo natus dicendus est, qui in Baptismi sacramento rectè ac Christianè regeneratus, Christianus effectus est, atque in vera, Catholica & Christiana fide est & perseuerat: prætereaq́ opera charitatis in Dei mandatis eum in modum exequitur & peragit, vt neque in vllo Catholicæ & Christianæ fidei nostræ articulo erret, neque re vera vllum mortiferum peccatum admittat. Is nimirùm in Dei gratia permanet, dicíque de illo potest, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit. 1. Iohan. 3. *At nihilo minùs si is dicere velit, Ego peccatum nullū habeo, seducit planè seipsum, & veritas in eo non est. Sed quo tandèm sensu? Nempè in hac humanæ naturæ imbecillitate, habēt etiam sancti Dei homines sua quædam errata et peccata venialia. Nam etsi nullo erga Catholicam religionem errore teneantur & peccent,*

neque

neque re ipsa mortiferam designent culpam, non tamen sunt ab omni carnis infirmitate liberi, sed modò in hoc, modò in illud legis præceptum siue cogitationibus, siue verbis delinquunt: nō tamen exitiosè & mortalitèr, sed tantùm venialitèr.

Eundem in modum etiam dicendum est de hac sententia, Omnis homo mendax: putà, quantùm ad singulæ cuiusq; personæ infirmitatem attinet, non autem Catholicæ fidei veritatē, id intelligi oportere. Nam si in Catholica fide mortales omnes mendaces censendi sint, nullus orthodoxus et integer Christianus toto terrarum orbe poterit extare. Quod cùm falsum sit, admittendum est & concedendum, eos omnes, qui in Catholicæ fidei articulis non errent, nec errare censeantur, pro veracibus, & non mendacibus Christianis haberi debere. Atque sanè fieri nō potest, vt quispiam coram Deo iustus sit et saluus fiat, nisi in Catholica fide certus

tus

tus & verax sit. Itaque quemadmodùm D. Iohannes ait, Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: ità & nos dicere poßimus: Quisquis in Catholicæ fidei Articulis non errat, is in illa verax censendus est. Sed & impoßibile est quenquam placere Deo, nisi qui in fide non erret. Vndè id planè cõficitur, orthodoxos Christianos omnes in Catholicæ fidei articulis veraces, non mẽdaces esse et posse & debere. Contrà verò, vt Iohannes ait, si quis dicat se peccatum non habere, in eo veritatem non esse: ità nos quoquè dicere posse, nullum in terris degere hominem, qui, licèt in Catholica fide orthodoxus et integer sit, non tamen quandoquè in priuatis suis opinionibus errârit, & mendacio sit factus obnoxius.

1.Iohan.3.

Hebr. 11.

1.Iohan.1.

Atque hac de causa, quandò pij Episcopi omnes & excellenti doctrina Theologi, qui in toto sunt orbe Christiano, in omnibus Catholicæ fidei articulis vnaniter

mitèr conſpirant & conſentiunt, poſſunt vtiquè omnes eſſe veraces, et neutiquàm errare: quandoquidem Chriſtus Dominus hoc illis tam prolixè et ſplendidè pol-
Matth. 28. *licitus eſt, vbì ait: Eccè ego vobiſcùm ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Porrò è diuerſo non eſt quiſquam mortalium in terris, qui, dum ſui cerebri priuatas opiniones ſequitur, non interdùm mendax ſit, ità vt in illo compleatur Dauidis ea ſententia, Omnis homo mendax. Vt antē Smidelinus nullum nō funem moueat, quô dictioni, CATHOLICA, quidpiam detrahere ac decerpere poſſit, hac ille oratione progreditur.*

Smidelin. H.2. fac. 1. Deut. 4. & 32.

Quòd autem ille ex Moiſe profert ſententias illas, Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Dominus Deus hominem ſuper terram, à ſummo cælo uſque ad ſummum eius. Et rursùs: Memento dierum antiquorum, cogita generationes ſingulas: Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi, &c.

Vide

Vide, obsecro, pie & Christiane Lector, quàm se Satan torqueat & inflectat, versetq́ in partes omnes, vt ille summè necessarius Catholicæ fidei nostræ articulus, CREDO SANCTAM ECCLESIAM CATHOLICAM ET APOSTOLICAM, *prorsùs obliteretur & aboleatur. Quisquis verò salutis suæ nolit esse incuriosus & negligens, is hoc loco præpotentis Dei voluntatem accuratiùs inquirere & obseruare debebit. Vt enim Dominus Deus iubet Catholicos Christianos Ecclesiæ Catholicæ fidem commodare: ità idemipse quondàm populo illi Israëlitico, nobis vt exemplo sint, eiusmodi iussa dedit: Si* Deut. 13. *tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, siue vxor, quæ est in sinu tuo, aut amicus quē diligis vt animā tuam, clàm dicens: Eamus & seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu et patres tui, cunctarū in circumi-*

tu

tu gentium, quæ iuxtà vel procùl sunt, ab initio vsq; ad finem terræ: non acquiescas ei, nec audias, neque parcat ei oculus tuus, vt miserearis & occultes eum, sed statìm interficies. En quàm grauitèr & seriò præcipit hîc Dominus Deus, vt posteri Maiorum suorũ vestigijs in causa religionis insistant, nec ab eis deflectãt, eumque Dei cultum et religionem, quam Maiores ipsorum nesciêrint, siue iuxtà, siue procùl sit, neque amplectantur, neq; approbẽt. Ecquid verò Smidelinus agit? Non aliud sanè, quàm quod solent qui mercatorib⁹ quippiam suffurati sunt, qui rerum quas furati sunt, symbola adulterant, & multis modis permutant, nè furtum poßit depræhendi, neque fraus animaduerti. Iubet Deus, vt Patres nostros interrogemus, & ab eis veri cultûs diuini signum vel symbolum inquiramus, vtì perspectum omnibus eße queat, quis sit germanus Dei cultus, et quæ vera Eccle

sia,

ſia, quæ non. Ait eam ob rem: Interroga Deut. 4.
de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Dominus Deus hominem ſuper terram, à ſummo cælo vſq; ad ſummum eius. Et iterùm: Memento die- Deut. 32.
rum antiquorũ, cogita generationes ſingulas. Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: Maiores tuos, & dicent tibi.

Iſthæc neceſſaria, pia & egregia iuſſa præpotens Deus electo illi populo Iſraëlitico dedit ac promulgauit, vtì nè à Pſeudoprophetis in errorũ mæandros & deuios anfractus atque idololatriam ſeducerentur. Vt autẽ hæc regula omninò certa foret, non dicit Deus ſimplicitèr, Interroga Maiores tuos: ſed adiungit, Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te, ex die quo creauit Dominus Deus hominem ſuper terram, à ſummo cælo vſque ad ſummum eius. Itemq;: Cogita generatiões ſingulas. Porrò Smi-

delinus, vt hunc grauissimum nostræ Catholicæ fidei Articulum funditùs subruat, aliam illi opponit falsam & Baaliticam orationem, ab Hieremia Propheta populo Israëlitico vel maximè improperatam, cùm diceret: Facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cæli, et libemus ei libamina, sicut fecimus nos et patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & benè nobis erat, malumq; non vidimus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrificare reginæ cæli, et libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame consumpti sumus. Hoc, inquam, Baalitarum et idololatrarum in populo Iudaico responsum Smidelinus cum Catholicorum legitimo responso comparat, atq; eo ipso verissimum illud præpotētis Dei præceptum se subruiturum sperat, quo ille in-

Hiere. 44.

le interrogare nos iubet, vt iam dictum est, non modò quid herì, aut ante annum vnum, vel aliquammultos annos factum sit: sed etiam initium & finem (id enim Catholicum appellatur) vt inquiramus, vndè & à quo vera fides orta sit: ac deindè obseruemus, quandò, & vbì, & per quem schismata enata sint. Quod quidem vulgari Iudæo in populo Israëlitico factu facilimum fuit, quandoquidem sacerdotium apud illos nunquàm prorsus abrogatum fuit, neque legitima Prophetia cessauit. Deus enim in illo populo semper sibi reseruauit septem millia virorum, qui non curuauerint genua sua ante Baal. Vndè certò id conficitur, in sacerdotio perpetuis temporibus veram Moisis doctrinam, in certa successione, quæ in schismata non deflexerit, cōstantèr & perseuerantèr permansisse. Deindè etiam hoc indè consequitur, schismata illa, quæ sub Roboam & Ieroboam, 3. Reg. 19. 3. Reg. 12.

ac deincèps Baalitarum ſtudio extitêre, citra vllum dubium hæreticorum ambulâſſe itinere, falſa ſpargenda doctrina, & praua librorum Moſaicorum interpretatione. Eò igitur pertinet illa Dei præmonitio in hanc quidem ſententiam: Vbì vulgaris quiſpiam in populo Iſraëlitico laicus dubitaret, quæ pars in hoc ſchiſmate veram doctrinam & Moiſis Cathedram retinuiſſet, cōſulere eum debere Maiores ſuos, quînā doctrina Moſaica ante memoratum ſchiſma intellecta & explanata ſit: non autem ſimplicitèr interrogare, quid pater vel auus ſuus crediderit vel fecerit, ſed quemadmodùm Deus iubet, quid indè ab initio continentèr ac perpetìm populus Iſraëliticus crediderit. Itaque Baalitas conſulere vel interrogare, tam nihil facit ad hoc negocium, quàm hac tempeſtate ex Huſsitis vel Luteranis pcontari. Nanque Picardi, Thaboritæ, & Grubenheimeri

meri in Boëmia, Morauia, et vbicunquè locorum degunt, etiam iactitant se sua dogmata à patribus & auis suis habere. Itidèm nostri Luterani gloriantur, aiuntq; se Luteranũ Euãgelion à suis patribus accepisse, & vltra annos triginta iam habuisse, nec ab illo se velle discedere: faciuntque perindè vt idololatræ in populo Israêlitico, dicentes: Sacrificemus reginæ cæli, (id est, Augustanæ Confessioni) sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri, & principes nostri. Quid verò hoc casu miser laicus, qui scripta Diuina & Theologicas disputationes non capit, faciet? Si in Boëmia est, perquiret quæ ab initio Christianismi vbiquè et semper, etiam in Boëmia, præsertim ante schisma Hussiticum, fides fuerit. Si in Germania est, percontabitur, quæ toto orbe Christiano, etiam in Germania, maximè ante Luteranũ schisma, fides et doctrina retenta sit: nec du- Hier. 44.

V 3 bita-

bitabit veram verbi Dei expositionem in ea parte permansisse, quæ doctrinam suam per continuam, indiuulsam nec vnquàm intermissam succeßionem vsq; ad Apostolicæ ætatis exordium retrò referre, reuocare ac comprobare queat: contrà verò eam partem, quæ ab indistracta & indiuulsa succeßione discesserit, & ab antiqua Catholicæ doctrinæ vnitate & concordia se petulantèr segregauerit, hæreticã & fallaciosam esse oportere. Hoc enim de hæreticis omnibus et Antichristi præcursoribus Iohãnes Apostolus vaticinatus est, & Christianis omnibus ceu certam apposuit & demonstrauit regulam, dum ait: Filioli, nouißima hora est. Et sicut audîstis, quia Antichristus venit: et nũc Antichristi multi facti sunt. Vndè scimus quia nouißima hora est. Ex nobis prodiêrunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent vtiquè nobiscum. Sed vt

1. Iohan. 2. Nota. Vt et quandò Antichristus venturus est.

vt manifesti sint, quoniã non sunt omnes ex nobis. Quænã certior poßit tradi regula, quàm dum docet, eam partem, quæ à Catholica Christi Ecclesia deficit, & separatìm suũ sibi cœtum comparat, esse Antichristianam, vndè quilibet colligere debeat, Antichristum iam adesse. Ecquis verò inficiàs ire potest, Hussum cum sua factione in Boëmia, et Luterum cum suis complicibus in Germania, ex Catholica Christi Ecclesia discesßisse, suósque socios & Symmystas indè separâsse? extra Catholicam Christi Ecclesiam, nouam Ecclesiam & Babylonem extruxisse? & perindè vt turris Babylonicæ ædificatores, inter se dissentire, mutuisq́ odijs & contentionibus ardere, & quæ ex Dei verbo depromunt, ea adeò intricare & dissecare, vt alij alios minimè poßint capere vel assequi? Gen. 11.

Vndè id ego citra vllam hæsitationem verißimè infero, et pios omnes bona fide

admonitos volo, vt à Sectis omnibus, siue ea Hußitica, siue Luterana, siue Zuingliana, siue Anabaptistica sit &c. sibi diligentèr caueant, easque deuitent haud secùs atquè ipsius Antichristi præcursores, qui ex Ecclesia exierint. Et licèt multùm illi & scriptitent & blaterent, suam doctrinam esse sacrosanctum Euangelion, adeoq; ipsißimum Dei verbum, nullam tamen illis commodent fidem. Nam hæretici omnes, vt Cyprianus indicat, instàr simiarum sunt, quæ cùm homines non sint, homines imitantur.Ità etiam hæretici pro veris Christianis sese venditant, & posteaquàm extra Catholicam Christi Ecclesiā sese proripuerunt, clamitant illis qui intra Ecclesiam permanent, Zuingliani quidem in sua parte, Apud nos est purum putum Euangelion: atque ab alia parte Luterani, Apud nos est purum & syncerum Euangelion: atque aliundè Adiaphoristæ, Apud nos est

Cypria. ad Iubaianum lib. de hæreticis baptizandis.

est purum putum Euangelion: atque itidèm singulæ Sectæ in sua parte. Sed quid Dominus Iesus dicit de his Babylonicis socijs? Tunc si qs vobis dixerit, Eccè hîc est Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ità vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Eccè prædixi vobis. Si ergò dixerint vobis, Eccè in deserto est, nolite exire: eccè in penetralibus, nolite credere. His verbis præcipit Dominus, cùm illi, qui de Ecclesia exiêrunt, alios intra Ecclesiam se continẽtes, indè ad se allicere nituntur, nè qua illis fides habeatur, nève de Ecclesia exeatur, sed intra domum & agrum Dei constantèr perseueretur, etiamsi multa zizania illic conspiciantur. Matth. 24.

Equidem sic sentio, quandò Iudæus aliquis uel Turca antehàc baptizatus fuit, & Papatum amplexus, perindè id fuisse, atquè illud quod Chri- Smide lin. H. 2. fac. 2.

 stus

Matth. 23. ſtus Iudæis ait: Væ uobis Scribæ & Phariſæi hypocritæ, quia circumitis mare & aridam, ut faciatis unum proſelytum: id eſt, perſuadetis illi, ut ſe ſinat circuncidi, et ueſtram religionem amplectatur: & cùm fuerit factus, facitis eum filium gehēnæ duplo quàm uos. Quid enim prodeſt Iudæo uel Turcæ, ſi papiſticus fiat? Venit tamē hac uia æquè ut illa ad diabolum, ſicut Chriſtus dicit.

Hic iam meritò iſthæc tam audax, temeraria, impia & execrabilis Smidelini calumnia aliquanto preßiùs expendenda foret, pijsque omnibus lamentabilitèr ob oculos reuocandus innumerabilium animarum, immò & regionum et populorum in toto orbe Chriſtiano miſerandus & neutiquàm vulgaris interitus & excidium, cuius origo omnis ex Luterana hæretica doctrina profecta eſt, & nequedùm finem habet. Itidemque iurè hîc conquerendum eſſet, quòd iſte Smidelinus tam incredibili & immani iniuria, abſque vllo pudore & timore Dei, charißimos Maiores noſtros afficere nō veretur,

retur, cùm tamen certum sit, eos superioribus temporibus non aliam amplexos fidem, quàm quæ Romæ, in Italia, in Gallijs, in Anglia, Scotia, Dania, Suedia, Liuonia, Prußia, Lituania, Polonia, Hungaria, Boëmia, Germania &c. plantata & tradita fuit. Atquì verò ego ea spe præditus sum erga præpotentem Deum, vt mihi planè persuadeam, dulcissimos Patres & Maiores nostros verbi Dei intellectũ ab ipsis Christianismi initijs syncerum & incorruptum accepisse, atque secundùm illum Sacramẽtis omnibus rectè vsos esse, piè et laudabilitèr vixisse, ac tãdèm ex hac vita felicitèr emigrâsse: qua de re in Apologia mea fusiùs cùm egerim, in eoipso hîc iam acquiesco. Videat autem hoc loco pius & candidus Lector, quàm bellè Smidelinus discipulus cum Lutero p̃ceptore suo consentiat.

Sic enim Luterus scribit: Totum isthuc cum stultitia coniunctum est. Christus

Luterus in Epistola de Anabapti-

stus quoquè in populo Iudaico Pharisæorum & Scribarū abusus inuenit, non tamen propterea reiecit omnia, quæ illi habebant et docebant, Matth. 23. Nos autem confitemur, sub Papatu multum eße Christiani boni, immò omne bonum Christianum, atque idem ad nos etiam peruenisse: verbi gratia: Fatemur in Papatu veram esse Scripturam sacram, verum Baptisma, verum Altaris Sacramētum, veras claues in peccatorum remißiōem, verum verbi ministerium, verum Catechismum, putà, Orationem Dominicam, Decalogum, & fidei articulos. Sicut ille quoquè (scilicet, Papa) confitetur apud nos (quos tamen vt hæreticos condēnat) & apud hæreticos omnes esse Scripturam sacram, Baptismum, Claues, Catechismum, &c. O quàm tu hîc adularis. An verò adulatorē ago? Dico tamē, quid Papa nobiscum communitèr habeat. Sed & ille nobis vicißim & hæreticis adulatur,

fmo ad duos parochos. Tomo 2. German. fol. 467. fa. 2. editionis Anno 1551.

Nota, In Papatu veram eße Christianam Ecclesiam.

latur, idque adeò, vt dicat quid nos cum ipso cõmunitèr habeamus. Ego verò etiã magis adulari velim, nec quicquam tamen mihi contulerit. Dico ergò, sub Papa esse verã Christianitatẽ, immò ipsam Christianitatis præstantiam, & multos probos eximiaque sanctitate præditos homines. Visne iam vt adulari desinam? Atque eodem folio etiam hæc addit: Si ergò sub Papa est Christianitas, eam certè necessè est Christi corpus & membra esse. Si autem corpus eius est, ergò verum habet spiritum, Euangelium, fidem, Baptismum, Sacramentum, claues, verbi ministerium, preces, Sacram scripturam, & quicquid Christianitas habere debet. Sumus tamẽ etiam adhuc omnes nos sub Papatu, & isthæc Christiana bona indè habemus. Hæc Luterus.

Et quanuis Luterus hîc Romanum Pontificem propalàm Antichristum & immanem Tyrannum proclamat, at fa-

tetur

tetur tamen in Papatu esse veram Scripturam sacram, verum Baptismum, verum Altaris Sacramentum, veras claues in remißionem peccatorum, verum verbi ministerium, verum Catechismum, putà, Orationem Dominicam, Decalogum & fidei Articulos: adeoq́ sub Papa esse veram Christianitatem, immò verā Christianitatis præstantiam, multosq́ue probos & eximia sanctitate præditos. Vndè nimirùm illud consequitur, citra vllam dubitationem per eam doctrinam & Sacramenta, quæ in Papatu semper fuêre, hodieq́ extant, plurimas animarum myriades in vera fide salutem adeptas esse sempiternam. Hîc ego iam Smidelinum cum Luterò digladiari sinam: porrò autem hac in parte ego sto à Lutero, dicoq́
Matth. 11. *cum Christo Domino: Et iustificata est sapientia à filijs suis. Si ergò vera est Luteri confeßio, dicentis in Papatu eße purum, syncerum, germanum Dei verbum,*

verum

verum Baptismum, verum Altaris Sacramentum, veras claues in remissionem peccatorum, verum verbi ministeriũ etc. deniquè ipsissimã Christianitatem: quînam è diuerso perstare poterit Smidelini Oratio, proselytorum exemplum adferentis, sciscitantisq; quid Iudæo vel Turcæ conferat, cùm sit Pontificius vel Papista, quandoquidem hoc æquè atquè illo itinere pueniat ad diabolum, vti Christus ait? Hæc Smidelini oratio si vera est, Luteri sententia vana et commentita sit oportet, id quod ex eius iamiamque memorato scripto citra vllam controuersiam liquidò potest animaduerti. Atque hîc vnà piè pensitandum venit, quo loco omnes Christiani ac pij Imperatores, reges, principes, magnates & nationes haberi debeant, cùm non modò pro suis legitimis ac ordinarijs Episcopis & pastoribus Romanos Pontifices agnouerint, ab illis verbum Dei & genuinum verbi Matth. 23.

Dei

Dei intellectum acceperint, itemque veneranda Sacramenta, Baptismum, cœnã Domini, Absolutionem à peccatis &c. perceperint: verùm etiam, vt Melanchthonica Carionis Chronica testantur, Romanos Pontifices defenderint, locupletârint, omnemque, qui quidem cogitari poßet, eis honorem habuerint. Debet hoc loco Smidelinus disertis rotundisque pronunciare verbis, quid de Imperatore Philippo sentiẽdum, qui primus inter Imperatores Christiana religione initiatus fuit, atque à Pontifice Fabiano ad Christianam Romanam Ecclesiam conuersus? Quid item de Imperatore Constantino Magno, quẽ Syluester Pontifex ab Ethnicismo ad Christianismum, Christianamque & Pontificiam Ecclesiam traduxit. Deindè num posteriores ijs Imperatores omnes hoc perindè atquè illo itinere ad diabolum commigrârint, putà, Carolus Magnus, qui Saxones: Henri-

Abbas Vrspergens. Cuspinianus, Platina, & alij.

Henricus secundus, qui Hungaros Papatui subdidêre? Quòd si hæc Imperatorum gesta pia sunt & laude digna, quemadmodùm etiam ab Historicis omnibus, adeoque ab ipso Melanchthone in suo Carione prædicantur, & vt pia commemorantur: qua tandèm fronte non dubitat Smidelinus laudatißimos Imperatores eo nomine damnare in tartara, immò etiam Iudæis & proselytis eos comparare?

Cuspinianus in vita Caroli. Vrsperg. in vita Carol. Rhegino Abbas Prumiens. Chronic. lib. 2.

Certè nullus inficiàs ire potest, multos Imperatores, reges, principes & magnates Romanum pontificem pro suo legitimo pastore habuisse, & non tantùm obedientiam illi in omnibus religionis negocijs præstitiße, sed etiam Ecclesiam magnis opibus auxisse & ornâsse. Licebit itidèm de cunctis alijs nationibus sciscitari, videlicet, num Sueui, Bauari, Franci, quos vulgò Francones vocant, itemq́; Saxones, Poloni, Dani hac via æquè at-

què alia ad satanam peruenerint, quandò ab Ethnicismo ad Romanã, eandemq́ Christianam & Pontificiam Ecclesiam traducti sunt? Ad id amentiæ & furoris Smidelinus redactus est, vt etiam Imperatores, reges, principes, magnates, & populos omnes, qui annis mille quingentis ab Ethnicis & Iudæis ad Romanam Ecclesiam conuersi sunt, condemnare et execrari non vereatur.

Smidelin. H. 3 fac. 1. Intereà Staphylus quædam adducit exempla, quibus uulgarem hominem instruat, ut de doctrinis iudicare debeat: Primò interrogare debet, utrùm doctrina, priùs inaudita, in Biblijs expressa sit. Deindè, si non eadem illic uerba habeantur, & tamen necessè sit esse interpretationem quandam, num ea semper in Ecclesia fuerit. Si non fuit, debet eam ceu Hæreticam fugere ac missam facere. Hîc quidem non minùs admirandum est, quî Staphylus suî tam citò oblitus sit. Antè enim scripsit, uulgaribus hominibus non nisi parabolas & prouerbia proponenda, utì nè intelligant, & salui fiant: iam uerò permittit eis explorare, num in Biblijs habeatur, néc ne. Qui mihi

Nota calumniam Smidelini.

hi profectò rectè spiritus uertiginis, immò spiritus mendax dici posse uidetur.

Admiratur Smidelinus, quînam duo hæc inter se conciliari queant, quòd dixi, vulgarem laicum non teneri, nec debere Theologica negocia in Scripturis diuinis dijudicare: quòd in his grauißimis rebus cæcus sit, nec poßit videre: tum etiam quòd iterùm dixi, cæcum debere vel teneri in id esse intentum, nè se duci cæco committat. Atquì sanè tam insignis & sublimis Doctor, nisi oculis captus, et cæcus cæcorum dux esset, nulla ratione admirari debuit, quînam duæ istæ, quæ inter se pugnare videntur, sententiæ conciliari queant. Nos enim, vt est quoquè suprà dictum, nō id dicimus, vulgarem laicum in ijs planè cæcum esse debere, quæ illi pro animæ salute cognitu necessaria sint: sed id asserimus, non posse eum videre vel intelligere ea, quæ ad Theologicas controuersiosas disputationes, & ar-

cana diuinæ scripturæ mysteria pertinẽt. Eiusmodi, inquam, ille perspicere non potest, sed neque tenetur quidem ea habere perspecta. Sed hoc ille posse debet, quandoquidem in interpretatione et mysterijs verbi Dei cæcus est, vt nôrit aperire oculos suos ijs in rebus quas videre potest, videlicet, nè se committat vlli cæco cæcorum duci, nè vnà cum illo pariter in foueam cadat: hoc est, in disputationem & contentionem ingredi non debet cum illis, qui ipsi diuinitùs & ab Ecclesia præfecti sunt, episcopis, pastoribus & doctoribus, de verbi Dei interpretatione, sed inquirere debet, num suus pastor & concionator ab legitimo Magistratu suo, putà Episcopis & Prælatis ad eiuscemodi functionem rectè atq; ordine vocatus sit. Deindè etiam hoc perquirere et nôsse tenetur, an ipsius pastor et cõcionator quippiam noui in doctrina et Sacramẽtis proferat, quod omnes Maiores nostri et cir-

cun-

cuniacentes vicini ignorârint vel vsurpârint, sed semper pro hæretico habuerint. Deniquè articuli illius, Credo sanctam Ecclesiam Catholicam, maximam debet habere rationem, suamque causam & fidem eò dirigere, vt illi parti adhæreat, quæ perpetuis temporibus & locis omnibus constantèr & perseuerantèr perdurârit: atq; è diuerso eam partem pro hæretica & schismatica habeat, atque deuitet, quæ ab illa constanti parte defecit perfidiæ atq; periurij rea. Vt autem hoc casu vulgàris indoctus laicus gerere sese debeat, Vincentius Lirinensis, qui ante annos 1200. vixit, accuratè & efficacitèr docet. Si quē legisse iuuat, atq; hisce periculosis temporibus rectè sibi consulere ac prospicere, nè à cæcis cæcorum ducibus in æternæ perditionis foueam præcipitetur, potest is iam dictum peruetustum authorem legere, & studiosè ruminare.

Smidelin. II. 3. fac. 1. *De hac regula præmonuit nos Apostolus Paulus 1. Tim. 4. & expreßè dixit, quia in nouißimis diebus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarumactione fidelibus, & ijs qui cognouerunt ueritatem.*

Luterani quidem, vti etiam hoc loco Smidelinus, prorsùs ità sibi persuasum habent, se Papatum omninò sacco inclusum tenere, maximè hac Apostoli sententia, qua dicitur: Probibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendũ cum gratiarumactione &c. 1. Tim. 4. *Verùm ego periculum faciam, poßim ne saccum hunc aperire, ipsumque Smidelinum cum suis socijs & symmystis in illum intrudere, eosque adeò constrictos tenere, vt nunquàm indè, Deo benè volente, poßint emergere, seseq; extricare: simul etiam efficacitèr docere ac planũ efficere*

cona-

conabor, apud nos Catholicos veram Ecclesiam, germanamque Scripturæ diuinæ interpretationem seu expositionem esse: contrà verò, Luteranos concionatores cum suo nouo Euangelio præcursores esse Antichristi. Precor autem Christianum candidum Lectorem, inprimis autem clementissimos, clementes & fauorabiles Dominos dulcissimæ patriæ nostræ Germanicæ Nationis, velint tamen negocium isthuc pro suo & totius Christiani orbis bono & commodo accuratissimè animis complecti ac pensiculare: maximè quādò in huius cognitiōe veritatis, omnium nostrûm tum temporaria, tum sempiterna salus sita est.

Vt autem citra dissimulationem recta pergam obuiàm, equidem confiteor & aio, vt suprà quoquè iam feci, Ecclesiam Catholicam nunquàm neq; matrimonium, neq; cibos vetuisse vel condemnâsse, sed hisce in rebus commodum & congruum

Epiphan. lib. 3. cōtra Dimeritas. Ireneus lib. 5. contra Valentin. Tertullia. lib. de Præscript.

*gruum medium, vt sint rectè ac conueni-
entèr intelligendæ & vtendæ, docuiße
ac præscripsiße. Cùm enim hæretici pro
more inter se dißideant, planeq; contra-
ria oratione vtantur, haud secùs atquè il-*
Gen. 11. *li turris Babylonicæ ædificatores, Eccle
sia Christi vtplurimùm mediũ tenet iter,
(Nam inter duas sententias contrarias,
contradictoria, quæ extremis sententijs
opposita est, veritatis poßeßionem sem-
per tuetur) atque vtrasque hæreticorum
contrarias sententias refutat, eisque con-
tradicit, veritatemque inter vtrasq; me-
dio tuetur itinere, vitando deuios trami-*
Deuter. 28. Iosue 23. *tes, qui vel ad dextram, vel ad sinistram
à genuina verbi Dei mente et intelligen-
tia deflectunt ac aberrant.*

Hierony. cõtra Iouinianũ. Ehiphanius li. 3. contra Aërium. August. de hæ- *Ante annos plùs minùs* 1300. *hære-
tici fuêre, dicti Aëriani & Iouinianistæ:
è quibus Aëriani, vt Epiphanius et plu-
res alij S. Patres testantur, docuêre non
eße neceßè die Veneris & Sabbati, &*

in

in Quadragesima, atque id genus alijs ieiunij diebus ieiunare, atque ab esu carnium sibi temperare. Debere enim cuilibet pro sua conditione liberum esse ieiunare, prout ipsi visum sit, idque æquè dominicis diebus, vt alijs, non ex alicuius legis necessitate, sed pro suo cuiusque arbitratu ac libera voluntate. Iouinianistæ autem asseruerunt, votum virginitatis & continentiam extra matrimonium, non magis Deo placere atquè ipsum matrimonium. Itaque non esse vota soluenda, sed cuique liberam esse debere facultatem, vt & quandò velit, ad coniugium animum adijciendi.

ref. ad Quoduult. de. Damascen. lib. de Hæresibus.

Vide Augu. lib. de Heres. ad Quoduult.

In diuersum autem planeque è diametro contrariè docuerunt atque senserunt Tatiani & Priscillianistæ, Marcionis & Manichæorum impura soboles, matrimonium & esum carnium doctrinam esse dæmoniorum, atque eandem omninò opinionem sparsêre, à quo Apostolus nobis

Irenæus li. 1. cōtra Heres. cap. 31. Augusti. ad Quoduult. de Heres. & contra Faustū, lib. 13. Chrysost. Theophyl. Atha-

nasius in 1. Timo. 4. Clemens Alexandr. in Stroma.

bis vt caueamus præmonet, quòd prohibitio nuptiarum & quarũdam escarum, doctrina sit dæmoniorum. Cùm igitur S. Patres omnes, Iræneus, Cyprianus, Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Thomas de Aquino, cunctiq́ sacri doctores palàm fateantur & constantèr doceant, suprà allatam Apostoli sententiam 1. Timo. 4. Prophetiam esse de Manichæis, Tatianis et Priscillianistis, (cõtra quos etiam Gangrensis Synodus statuit & definiuit his verbis: Si quis vituperat nuptias, anathema sit. Si quis carnem edentem condemnat, anathema sit) qua audacia & temeritate non dubitat Smidelinus eam ad Catholicos referre, cùm tamen ij illos vnà cum eorum hæretica doctrina dãnârint, execrati sint, prorsusq́ue extinxerint? Porrò è diuerso, quînam Smidelinus & alij omnes Luterani concionatores inficiari possunt, non habère se easdem ipsas opinio-

Gangrens. Cõcil. Can. 1. & 2. Distinct. 31. Si quis. & Dist. 30. Si quis nup.

niones & dogmata, quæ tum Aëriani de ieiunijs & esu carnium, tum Iouinianistæ de votis et virginitate ediderunt atque propagârunt? Luterus enim non modò docuit, matrimonium parem cum virginitate obtinere dignitatem, queadmodùm Iouinianus fecit Hæreticus, sed ipshucipsum facto declarauit, quãdò vt votifragus et periurus Monachus, votifragam Monacham vel Nonnam (vterque enim Deo nuncupata vota violârunt) sibi copulauit. Quàm autem irridiculè & turpitèr in suo de votis libello de virginum & Cleri statu scribat, nunquàm quisquam satìs pro dignitate execrari et detestari potest. In libel. de Votis et falso Cleri statu.

Si ergò Iouinianus hæreticus à Catholica Ecclesia eo nomine iure & congruentèr damnatus est, quòd contra luculenta Apostoli scripta coniugium virginitati dignitate par esse voluit: quanto Luterus ipse cum omnibus Luteranis 1. Cor. 7.

con-

nasius in 1. Timo. 4. Clemens Alexandr. in Stroma.

bis vt caueamus præmonet, quòd prohibitio nuptiarum & quarũdam escarum, doctrina sit dæmoniorum. Cùm igitur S. Patres omnes, Iræneus, Cyprianus, Augustinus, Ambrosius, Chrysostomus, Theophylactus, Thomas de Aquino, cunctiq́ sacri doctores palàm fateantur & constantèr doceant, suprà allatam Apostoli sententiam 1. *Timo.* 4. *Prophetiam esse de Manichæis, Tatianis et Priscillianistis, (cõtra quos etiam Gangrensis Synodus statuit & definiuit his verbis: Si quis vituperat nuptias, anathema sit. Si quis carnem edentem condemnat, anathema sit) qua audacia & temeritate non dubitat Smidelinus eam ad Catholicos referre, cùm tamen ij illos vnà cum eorum hæretica doctrina dãnârint, execrati sint, prorsusq́ue extinxerint? Porrò è diuerso, quînam Smidelinus & alij omnes Luterani concionatores inficiari possunt, non habere se easdem ipsas opinio-*

Gangrens. Cõcil. Can. 1. & 2. Distinct. 31. Si quis. & Dist. 30. Si quis nup.

niones & dogmata, quæ tum Aëriani de ieiunijs & esu carnium, tum Iouinianistæ de votis et virginitate ediderunt atque propagârunt? Luterus enim non modò docuit, matrimonium parem cum virginitate obtinere dignitatem, quẽadmodùm Iouinianus fecit Hæreticus, sed isthuc ipsum facto declarauit, quãdò vt votifragus et periurus Monachus, votifragam Monacham vel Nonnam (vterque enim Deo nuncupata vota violârunt) sibi copulauit. Quàm autem irridiculè & turpitèr in suo de votis libello de virginum & Cleri statu scribat, nunquàm quisquam satìs pro dignitate execrari et detestari potest. In libel. de Votis et falso Cleri statu.

Si ergò Iouinianus hæreticus à Catholica Ecclesia eo nomine iure & congruentèr damnatus est, quòd contra luculenta Apostoli scripta coniugium virginitati dignitate par esse voluit: quanto Luterus ipse cum omnibus Luteranis 1. Cor. 7.

con-

concionatoribus magis detestandus & condemnandus est, qui virginalem statum, tanquàm satanicam & Antichristianam doctrinã ac institutionem, prorsùs funditùs subruit, euertit, profligauit? De esu carnium & ieiunio nihil necessè est percontari, vbinàm Luterus id docuerit & scripserit, cùm vsus quotidianus in tota Germania satìs illud probet. An non hodiè idem dicitur, quòd Aëriani solebant, Ieiunium non esse necessarium: si qui tamen ieiunare velit, posse id eum facere arbitratu suo, non aliqua legis necessitate: idque etiam multo magis Dominicis diebus, quàm Veneris vel aliâs?

Epiphan. lib. 3. de Hæres. contra Aërianos.

Isthuc sanè quondàm Aërius ijsdem omninò verbis pmebat, quibus iam Luterani vtuntur, & populo pro concione publicitùs tradunt. Vt autem Luterani iam dictas duas hæreses, Aërianam & Iouinianam, sub germanæ Euangelicæ

doctri-

doctrinæ prætextu tueantur ac propugnent, Catholicam Ecclesiam falsò insimulant, quòd coniugium & cibos necessarios damnet, atq; eoipso doctrinam foueat dæmoniorum. Quòd autem isthæc improba calumnia Catholicis iniuria instruatur, testes locupletes sunt S. Patres omnes, quandò Catholica Ecclesia neq; matrimonium, neque escas necessarias vnquàm interdixit, neque interdicit, sed omnes magna concordia scriptitant, D. Paulum hæc duo de Manichæis, Tatianis & Priscillianistis prophetâsse. Et Ambrosius quidem in hunc locum Apostoli scribit his verbis: Quid enim tam clarum, tamque apertum ad euitandos, aut magis condēnandos doctrinæ huius pestiferæ viros potuit manifesta voce præfari, nisi vt asseuerationem eorum fallacem ac simulatam, doctrinam dæmoniorum nuncuparet: vt cùm huius asseuerationis sermones audiuntur, à diabolo Ambros. in 1. Timo. 4.

bolo composita esse doctrina hæc sciretur, quam prædixerat Spiritussanctus, quæ de incarnatione Saluatoris asserit falsa, quæ nunc in Marcionistis, quanuis penè defecerint, vel Patricianis, aut maximè in Manichæis denotatur? Hi enim & Christum natum negant, & nuptias prohibent, & abstinendum à cibis tradunt: quorum cauteriatam dicit conscientiam &c. Hæc Ambrosius.

August. li. 30. contra Faustum Manich.

D. Augustinus quandoquè cum Fausto Manichæo in egregiam disputatiõem ingressus, inter alias scripturæ Diuinæ sentẽtias, hancipsam illi B. Pauli de matrimonij & escarum prohibitione prophetiam obiecit. Et licèt Faustus ille torqueret, & huc illuc versaret sese, vt solent hæretici omnes, speraretque si more Catholico de causa vel re proposita aliquantò plùs loqueretur, se ex Augustini manibus elapsurum: at tamen sanctus ille Pontifex & Doctor illum solertia & indu-

industria anteuertit, percontantique atque dicenti, Iam qua mente aut consilio hoc aduersùm nos Capitulum (id est, sententiam Apostoli de matrimonio & cibis) proferatis, ego non video, his verbis respondit: 1. Timo. 4.

Audi ergò: Quòd confiteris te non videre, qua mente & consilio hoc aduersùm vos Capitulum proferamus, nõ quòd à carnibus abstineatis: nam hoc à quibusdam & primi Patres nostri fecerunt, sicut commemoras: non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intelligitis, & vndè iam, quantum sufficere videbatur, in superioribus partibus operis huius locutus sum: & Christiani non hæretici, sed Catholici, edomãdi corporis causa propter animam ab irrationalibus motibus ampliùs humiliandam, non quòd illa esse immunda credant, non solùm à carnibus, verùm à quibusdam etiam terræ fructibus abstinent: vel sem- Lib. 30. contra Faustũ cap. 5.

ſemper, ſicut pauci: vel certis diebus atq; temporibus, ſicut per Quadrageſimam ferè omnes, quantò magis quiſq; vel minùs ſeu voluerit, ſeu potuerit. Vos autem ipſam creaturam negatis bonam, & immundam dicitis, quòd carnes diabolus operetur fæculentiore materia mali. Hæc ille.

Hic, oro te, Chriſtiane & candide Lector diligentèr obſerua, Manichæos conatos eſſe iubere ac præſcribere, vt mortales omnes perpetuò ab eſu carnium abſtinerent: porrò è diuerſo Aërianos planè contrarium voluiſſe, nempè mortalibus quibuſcunque nunquàm non licere veſci carnibus, immò & veſci illis debere, vt eſt ſuprà de illis annotatum. Hic, inquam, obſerua pie Lector, quàm egregiè & fortitèr Catholica Chriſti Eccleſia inter has duas pugnantes opiniones medio gradiatur itinere. Docet enim, vt hoc loco Auguſtinus teſtis eſt, primò pau

Epipha. li. 3. contra Aërianos. Damaſce. lib. de Hereſib.

Cōtra Fauſtum li. 30. cap. 5.

cos

cos quidem homines prorsus ac perpetuò abstinere à carnibus, vt hodieq; Carthusiani faciunt, non quòd vllam creaturam vel contemnant vel damnent, sed vt corpora sua Diuino cultui aptiora reddant: deindè ab esu carnium temperare sibi etiam ferè Christianos omnes in Quadragesima, diebus Veneris, & alijs quibusdam certis diebus atque temporibus. Sed quã ob rem? Non eô sanè, quòd vesci carnibus per se malum sit et immundum, quod Manichæi asserebant: sed quòd, vtì Catholica Christi Ecclesia docuit, bonum et conducibile sit corpus castigare, & animam ab irrationalibus motibus ampliùs humiliare.

Eundem in modum scribit Augustinus de via regia siue media, rectoq; vsu matrimonij, his verbis: Iterùm si ad virginitatem sic hortaremini, quemadmodùm hortatur Apostolica doctrina: Qui dat nuptum, benè facit: & qui non dat Cõtra Faustum Manichæum lib. 30. cap. 6. 1. Cor. 7.

Y *nuptum,*

nuptum, meliùs facit: vt bonum esse nuptias diceretis, sed meliorem virginitatem: sicut facit Ecclesia, quæ verè Christi est Ecclesia, non vos Spiritußanctus ità prænunciaret, dicens, Prohibētes nubere. Ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit. Deniquè vos eum præcipuè concubitum detestamini, qui solus honestus & coniugalis est, et quem matrimoniales quoquè tabulæ præ se gerunt, liberorum procreandorum causa: vndè viro non tam concumbere, quàm nubere prohibetis. Hæc Augustinus.

Nota vt Augustinus Paulum interpretetur.

Ità nimirùm Catholica Christi Ecclesia de Coniugio docuit & seruandum præcepit: non quòd vnquàm putârit aut senserit malum esse coniugium, cùm scriptum sit, Erunt duo in carne vna: & Petrus Apostolus iubeat, vt mulieres subditæ sint viris suis: sed quia bonum est matrimonium, virginitas autem melior, vt

Matth. 19. 1. Pet. 3. Ephes. 5. Hebr. 13.

omni-

omnibus consuleret et indicaret, vt quisquis velit sentiatque se præstare posse, ex his duobus bonis poßit, quod melius est, eligere. Porrò quòd Catholica Ecclesia religiosis personis, quæ castitatis seruandæ votum nuncupârunt, & iuramento ad id sese obligârunt, atque sponte sua & animo benè deliberato ex duabus rebus bonis potiorem elegerunt & amplexæ sunt, matrimonio interdicit, eò facit, nè coram Deo & hominibus periurij reæ efficiantur, atq; à potiori ad id quod bonum est, immò verò ob admissum periurium iam malum efficitur, deficiant ac relabantur. Atq; hac in parte extat grauißimum Dei præpotentis mandatum, eiuscemodi verbis cõpræhensum: Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciet irritum verbũ suum, sed omne quod promisit, implebit. Itemq; aliud alio loco: Cùm votum voueris Domino Deo tuo, non tar

Num. 30.

Deut. 23. Psalm. 75.

 dabis

dabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum, &c.

Si quis autem fortaßis hîc obijcere velit illud Salomonis, Displicet Deo infidelis & stulta promißio: certè non potest eiusmodi votum, quod fit quandò è duobus bonis melius eligitur, vt Apostolus scribit, pro stulto & infideli haberi, nisi fortè etiam D. Iohannes & sacratißima virgo Maria stulta Deo vota nuncupâsse censendi sint. Enimuerò Diua virgo verbis illis, quæ Gabrieli Archangelo respōdit, dicens, Quomodò fiet istud, quoniam virum nō cognosco? satis innuit, se perpetuum virginitatis votum fecisse. Ità nanque D. Augustinus hæc virginis sacratißimæ verba accepit, dum scribit in eadem ipsa, Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profectò, inquit, non diceret, nisi Deo virginitatem vouisset. Eandem sententiam Beda quo-

Ecclef. 5.
1. Cor. 7.
Luc. 1.
August. li. de sancta Virginitate, cap. 4.

quoquè sic interpretatus est: Propositũ, inquit, suæ mentis reuerentèr exposuit, vitam videlicet virginalem se ducere decreuisse. Beda in 1. cap. Lucæ. *Itidemq́ue D. Bernardus, locum hunc exponens, eum se sic intellexisse his ostendit verbis: Cùm sciat Dominus meus, testis conscientiæ meæ, votum esse ancillæ suæ, non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariam talem filium, etc. Atque hunc esse verum & genuinũ textûs huius sensum, testantur Patres omnes.* Bernardus Homil. 4. super Missus est.

Tum quoquè nouimus de D. Iohanne, & alijs sanctis Apostolis, eorumq́ue successoribus & posteris, eos virginalem & religiosum statum matrimonio prætulisse, et constanti perseuerantia ad mortem vsque eum tenuisse, eaipsa vtentes regula, quã Paulus Apostolus tradidit: Igitur & qui matrimonio iungit virginem suam, benè facit: & qui non iungit, 1. Cor. 7.

 meli-

Ibidem. *meliùs facit. Qui idem dicit: Volo autem omnes (putà, Sacerdotes, Prælatos & Episcopos) esse sicut meipsum. Quibus verbis hauddubiò significare voluit, inprimis bonum esse, vt sacerdotes, concionatores & Episcopi omnes coniugio abstineant, & solis Ecclesiasticis ministerijs in castitate & continentia vacent.*

Vt autem Pauli ad Timotheum de coniugio et cibis sententiæ tandèm finem imponam, expositio illius in triplici ratione posita est. Primò quidem, quòd ad cibum attinet, volunt Aëriani, vesci carnibus, itemq́ue ieiunare vnicuilibet quouis tempore absque vlla contradictione ius fasq́ue esse: quòd autem ad Matrimonium pertinet, docent Iouinianistæ, licere sacerdotibus & Deo dicatis virginibus contra iuramentum et votum suum pro suo arbitratu inire coniugia. Secundò, Marcionitæ, Tatiani, Manichæi & cæt. asserunt atque tradunt, nullum

pium hominem decere, carnes edere & vinculis iugalibus sese innectere. Tertiò, est inter hæc duo medium iter, quod Ecclesia Catholica perpetuò tenuit, facilè optimum atque rectißimum, nempe certis quibusdam diebus ac temporibus bonum esse ieiunare & abstinere à carnibus: itemq́ alijs quidem liberum esse inire matrimonium, alijs verò minimè, vt est suprà commemoratum.

Porrò vt verbi Diuini veritas in hoc medio & regio itinere probè tum cognosci, tum cōfirmari queat, nouimus genuinum Sacræ scripturæ intellectum & interpretationem hactenùs semper in illo perseuerantèr & efficacitèr permansisse & cognitam esse. Cui rei adstipulantur complures luculentæ verbi Dei sententiæ, atque eiusdem permultæ Catholicæ Apostolicæq́ue exegeses & interpretationes. Sic nanque Lucas Euangelista ait in Actis Apostolicis: Ministrantibus Actor. 13.

autem illis Domino, & ieiunantibus, dixit illis Spiritussanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes & orantes &c. Item capite proximo scribit his
Actor. 14. verbis: *Et cùm constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orâssent cum ieiunijs, commendauerunt eos*
2. Cor. 6. *Domino.* Et Apostolus Paulus, *Nemini, inquit, dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate &c.* Et apud Ionam legimus:
Ion. 3. *Crediderūt viri Niniuitæ in Dominum, & prædicauerunt ieiunium. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens: Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent*
quic-

quicquam, nec pascantur, & aquam non bibant.

Nè autem hæc Scripturæ loca benè Aërianicè & Lutericè accipiantur, tanquàm pro se cuique liberum sit, quocunque velit tēpore sinè vlla Catholicæ Ecclesiæ lege vel constitutione peculiare ieiunium instituere, neglectis Ecclesiæ ieiunijs, poßumus eorum, qui Apostolorum discipuli & succeßores fuêre, & germanum supradictarum Scripturæ sententiarum sensum atque mentem depromunt, abundè multa proferre testimonia, quæ tamen prolixitatis vitandæ causa omittere compellor. Ità nanque scribunt & testes locupletes sunt Ignatius, Telesphorus, Ambrosius, Hieronymus, Cyprianus, Chrysostomus, Origenes, Augustinus, Gregorius, & plures alij sancti Patres, qui Apostolorum temporibus vicini fuêre, palamque indicant Quadraginta dierum ante Pascha, itemq́ sextæ feriæ,

Ignat. Epistola ad Philipp. Orige. Homil. 10. in Leuit. Irene. li. 1. ca. 1. Chrysost. Homil. 56. in Mat. Hierony. cōtra Montanū. Ambros. Sermone de Ieiunio.

& quorundam aliorum dierum ieiunia ab Christo & eius Apostolis instituta esse. Docet idem Epiphanius libro 3. Hæresium contra Aërium, & Hieronymus Epistola ad Marcellam.

Atque eandem Scripturæ diuinæ de Ieiuniorum statis temporibus interpretationẽ multa publica, sacrosancta & Christiana Concilia approbârũt, putà, Braccarense, Toletanum, Gangrense, & pleraque alia. Eum in modum de Cœlibatu quoquè sacerdotum, quòd is personis Ecclesiasticis, Episcopis, Prælatis, Concionatoribus & Sacerdotibus ad salutem præstabilior, & ad sua obeunda munia accommodatior sit, quàm matrimonium, pleraque Scripturæ sacræ haud obscura loca testantur. Sunt eunuchi, ait Christus, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorum. Et Apostolus: Volo autem vos, inquit, sinè solicitudine esse. Qui sinè vxore est, solicitus est quæ Domini sunt,

Cõcil. Braccarens. cap. 16. Toleta. cap. 8. Gangre. ca. 19.

Matth. 19.

1. Cor. 7.

ſunt, quomodò placeat Deo. Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodò placeat vxori: et diuiſus eſt. Et mulier innupta, et virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta & corpore et ſpiritu. Quæ autẽ nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodò placeat viro. Et licèt talis quoquè poſsit ſeruire D E O, ſed difficilius tamen, quàm in virginitate.

Ratione huius tam expreſsi verbi Dei D. Hieronymus in quoſdam inuehitur epiſcopos; qui non ordinabant diaconos, niſi priùs vxores duxiſſent. Itemq́; Chryſoſtomus illis ipſorum peccata et inconſtantiam vehementèr exprobrat, qui poſthabitis votis ſuis, ad matrimonium ſeſe contulerant. Origenes quoquè Homilia 23. in Numeros, Videtur mihi, inquit, quòd illius eſt ſolius offerre ſacrificium indeſinens, (quod eſt Miſſæ) qui indeſinentèr et perpetuæ ſe deuouerit caſtitati. Non diſsimilitèr Auguſtinus loquitur

Hieron. contra Vigilantium.

Homil. 21. parte 4. ad Theodorũ Monachũ.

quitur

quitur generatim de votis omnibus, quòd is, qui voto se obstrinxit, citra damnationem non poßit vllo pacto animum ad matrimonium appellere: atq; in eam Domini sententiam, Non omnes capiunt verbum istud, scribit his verbis: In coniugali quippe vinculo, si pudicitia conseruatur, damnatio non timetur. Sed in viduali & virginali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur. Qua expetita & electa, & voti debito oblata, iam non solùm non capeßere nuptias, sed etiam si non nubatur, nubere velle, damnabile est. Nam vt hoc demonstraret Apostolus, non ait, cùm in delicijs egerint, in Christo nubunt: sed, nubere volunt: habentes, inquit, damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt: etsi non nubendo, sed tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ vel talium damnandæ iudicantur, sed damnatur propositi fraus, damnatur fracta voti fides, dãnatur non susce-

Matth. 19. De Bono Viduitatis cap. 9. 1. Tim. 5.

susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. Postremò damnantur tales, non quia coniugalem fidem posteriùs inierunt, sed quia continentiæ primam fidem irritam fecerunt. Hæc Augustinus.

Prætereo hîc causa breuitatis multorum S. Patrum & Scripturæ diuinæ testimonia. Extant enim adhuc aliquot insignium et approbatorum Conciliorum Decreta, putà, Carthaginens. IIII. Toletani IIII. Valentini, Aureacensis, Elibertini & Aurelianens. per quæ Spiritussanctus citra dubium germanam verbi Dei & huius Apostolicæ sententiæ de matrimonio & cibis mentem & sensum abundè declarauit. Carthagin. ca. vltimo. Toletan. cap. 55. Valetin. ca. 2. Aureacens. cap. 27.

Hîc iam ego pro mea persona hoc solum peto, Candide Lector, vt quem incessit cupido noscēdæ veritatis, is hæc à me allata argumenta posito affectu secùm ipse perpendat, atq; è diuerso Iacobi Smidelini insignem importunitatem atq; iniquita-

quitatem: qua is, cùm Luterani Aëria-nam & Iouinianam hæresim palàm doceant ac propugnent, Catholicis Marcionitarum, Manichæorum, Tatianorum ac Priscillianistarum hæresim per summam impudentiam affingere non vereatur: cùm tamen, vt est notum omnibus, Catholici cum iamdictis Hæresibus nec tantillum quidem cõmercij habeant, sed multo etiã magis semper eas reiecerint, damnârint, ac tandèm profligârint penitùs.

Quòd verò Smidelinus tam atrocitèr in me inuehitur, tamque asperè me incessit, dicẽs, Etiamsi rumpatur Staphylus, non potest has sententias ad Luteranos accommodare: quippe quorum nullus neque coniugio, neq; escis interdixerit: cogor equidem isthuc confiteri, hac in parte Luteranos libentiùs amplecti Iouinianistarum et Aerianorum hæresim, quàm Manichæorum, Tatianorum & Priscillia-

lia-

lianistarum. Rursùm verò & possum et volo gnauitèr id de Luteranis docere ac planum facere, eos p̃cipuos Manichææ & consequentium hæresum atque hæreticorum dogmatum articulos esse amplexos, atque in hunc vsque diem illosipsos tueri. Neque enim quisquam inficiàs ire potest, Manichæos legem Mosaicã omninò reiecisse, vt de illis scribit D. Augustinus. Itidèm certum est, Luterum, Islebium, & quosdam alios publicitùs docuisse & scripsisse, legem Mosaicam pertinere ad Iudæos, Christianos illa minimè teneri. Docent quoquè Manichæi, nullum esse in homine liberum Arbitrium, sed quicquid agat, siue id bonum sit, siue malum, Deum id in illo operari, non hominem ipsum. Idem Luterus ad supremũ vsque spiritum & scripsit & docuit. Videatur eius liber de Seruo Arbitrio contra Erasmum. Atq; hanc doctrinam Saxonici Theologi & Caluinus eiusque similes

August. li. de vtilitate credẽdi contra Manichæum, & cõtra Faustum, lib. 8. & passim. Epiphan. li. 2. Hæres. cõtra Manichæos. August. in Catal. Hæres. Contra Faustum et Fortunat. et lib. de fide contra Manichæos. August. li. contra fun-

miles

damentum Manichæorum.

Luter. de Triplici Iustitia.

Suencfeld. in lib. de vero vsu Euangelij.

Osiander in sua Cõfeß. de Iustificatione.

miles hodieque mordicùs retinent, vt videre licet in Nicolai Galli lib. Hypotyposeon, & Caluini lib. de Prædestinatione. Docuêre præterea Manichæi, virtutes omnes, putà, charitatem, iustitiam, & eiusmodi, eße ipsam Dei naturam & substantiam. Idem Luterus quoquè initiò docuit: sed cùm ille hoc Manichæorum virus citò à se reiecißet, Casparus Suencfeldius et Andreas Osiander illud cupidè appræhenderunt, atque in hanc vsque horam propagare non desinunt. Quandò igitur iam sæpedicta Pauli ad Timotheum sententia 1. Timo. 4. per Spiritumsanctum ad Manichæos relata fuit, porrò Luterani p̃cipua Manichæorum capita amplexi sunt et confitentur, potest hauddubiò & debet eadem sententia etiam ad Luteranos referri et accommodari. Spero equidẽ in his omnibus perspicuam veritatem eum in modum à me prolatam & demonstratam eße, vt aduersùs

uersùs Smidelinum & eius Symmystas hac in parte prorsùs tutus, illæsus, immò & cum honore perstare & consistere queam.

Tum ipse quoquè superiùs fassus est, tam nulla eos habere signa uel miracula, ut omnes ne canem quidem claudicantem curare poßint. Smidelin. H.3. fac. 2.

Id planè ego & dixisse & scripsisse me confiteor, hoc tamen adhibito discrimine, quòd quædam miracula fiant per digitum Dei, id est, per Spiritũsanctum, & per homines sanctos, quibus ea Diuinitùs præstatur gratia, veritatis Diuinæ adstruendæ causa: cuiusmodi miracula fecit Deus coram Pharaone per Moisen. Porrò alia fiant virtute diabolica et malorum hominum astu, Diuinæ veritatis, quod Aegyptij incãtatores fecêre, opprimendæ causa. Vt poßit autem quilibet vera diuinaque miracula à falsis & idololatricis secernere ac internoscere, vtrobiquè duæ causæ, nempe efficiẽs siue ori- Exod. 8.

go, vndè ipsa miracula proficiscantur: atque finalis, siue finis, quamobrem fiant, diligentèr perpendendæ sunt.

Quòd ad miraculorum originem vel causam efficientem attinet, nõ est id quidem dubium, Deum vera miracula virtute patrare diuina, siue per homines sanctos, siue per alias creaturas: quæ sanè miracula tam sunt præclara & supra naturæ facultatem, vt ipsi quoquè malefici
Exod. 8. fateri compellerentur & dicere, Digitus Dei est hic. E contrario autem nec potest nec debet quisquam ambigere, idololatrica & falsa atque commentitia miracula omnia dæmonum fraude & astu fieri, idq; vel per malos homines, vel alias creaturas. De eius generis signis loquitur ad Thessalonicenses Apostolus, vbì de
2. Thess. 2. Antichristo vaticinatur his verbis: Cuius est aduentus secundùm operationem satanæ, in omni virtute et signis & prodigijs mẽdacibus. De his Antichristi miracu-

raculis multi Græci Patres, quos Oecumenius collegit, scribunt, quodque Apostolus dicit, Secundùm operationem satanæ, sic interpretantur: Satan, inquiunt, per Antichristũ tanquàm organũ quoddam in omni virtute operabitur &c. id est, per fallaces imposturas & magicas præstigias, quibus hominum oculos perstringet ac fascinabit, eosque in errores inducet. Vide Oecumen. Ambros. Chrysost. in 2. Thess. 2.

*Eam ob rem etiam Augustinus ob vera miracula à falsis discernenda, iubet nos benè attentos esse ad originẽ & causam vndè proficiscantur, scribens hunc in modum: Non ergò oportet hæc mirari: quia omnia, quæ visibilitèr fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurdè fieri posse credũntur. Sed hoc interest, quòd cùm Sancti talia faciant, in nomine DEI, Domini omnium rerum, de sublimioribus alijs * apparatibus iubetur inferiori creaturæ: cùm autem* August. li. 21. Sententiarum, ca. 4. *partibus

mali homines magicis artibus operantur similia, in manus suas dantur, cùm exaudiuntur à dæmonibus. Hæc ille. Est verò etiam illud inter vtraque miracula discrimen, quòd Pseudoprophetæ nō re ipsa talia faciant, sed per præstigias & simulatè, vti testis est Chrysostomus, dum ait: Dant autem signa, eadem facientes in simulatiōe, quæ faciūt fideles in veritate.

In.cap. 24. Matth. Homil. 49.

Cæterùm quòd ad finem pertinet, vel causam eam, ob quam miracula fiunt, itidèm accuratè inprimìs considerandū est, quô verus & legitimus vsus, qui ad hominis salutem confert, ab abusu, qui ad hominum seductionem & perditionem tendit, prudentèr ac solertèr secerni queat. De vera causa & legitimo vsu verorum diuinitusq; editorum miraculorum Christus ipse disserit apud Iohānem, vbi ait: Si mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoscatis & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre. Neq; dubi-

Iohan. 10.

dubium est, quin Prophetæ omnes, cuncti Apostoli, martyres & sancti Dei homines omnes sua miracula ex Dei instinctu eò retulerint & accommodârint, vt infidelibus viam ad fidem munirent: siquidem miracula propter incredulos, non propter credentes, teste Chrysostomo in Matthæũ, fiunt. Itidèm D. Augustinus: Faciunt autem, inquit, ista martyres, vel potiùs Deus, vel orantibus aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos non deos esse nostros, sed vnum Deum habere nobiscùm credamus. Idemq; alio loco: Cui, ait, nisi huic fidei attestantur ista miracula, in qua p̃dicatur Christus resurrexisse in carne, et in cælum asscendisse cum carne?

De Ciuita. Dei lib. 22. cap. 10.

Libro eodem, cap. 9.

Ex his iam memoratis testimonijs et rationibus perspicuè licet intelligi, miracula partìm eo nomine fieri, quô Catholica fides apud incredulos vel infirmos corroboretur: partìm etiam, (quæ non

minor est ratio vel causa, quàm prior) ab omnipotente Deo tot nobis miracula per martyres facta, ob oculos proposita esse, atque etiamnùm quædam interim fieri, vt vnus Deus per ea cognoscatur, cui soli per iuge illud Missæ sacrosanctum sacrificium (quod alioqui nulli creaturæ vel sancto tribuendum est) verus ille Dei cultus & honos, q Græcè λατρεῖα dicitur, perpetim re ipsa impendendus est. Vt autem ad hūc necessarium Dei cultum, qui præstantissimo Missæ sacrificio illi impenditur, vera diuinaque miracula, per martyres quæ fiunt, conducere & inseruire debeant, D. Augustinus fusè scribit his verbis:

De Ciuit. Dei, li. 22. cap. 10.

Hic fortè dicturi sunt, etiam deos suos aliqua mira fecisse. Benè, si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus comparare: adyciunt etiam se habere deos ex hominibus mortuis, sicut Herculem, sicut Romulum, sicut alios multos,

tos,quos in deorum numerũ receptos opinantur. Sed nobis martyres non ſunt dij: quia vnum eundemq́; Deum, & noſtrum ſcimus, & martyrum: nec tamen miraculis, quæ per memorias noſtrorum martyrum fiunt, vllo modo comparanda ſunt miracula, quæ facta per templa perhibentur illorum. Verùm ſi qua ſimilia videntur, ſicut à Moiſe magi Pharaonis, ſic eorum dij victi ſunt à martyribus noſtris. Fecerunt autem illa dæmones eo faſtu impuræ ſuperbiæ, quo eorum dij eſſe voluerunt. Faciunt autem iſta martyres, vel potiùs Deus, vel orantibus aut cooperantibus eis, vt fides illa proficiat, qua eos nõ deos eſſe noſtros, ſed vnum Deum habere nobiſcùm credamus. Deniquè illi talibus dijs ſuis et templa ædificauerunt, & ſtatuerunt aras, & ſacerdotes inſtituerunt, & ſacrificia fecerunt. Nos autem martyribus noſtris non templa ſicut dijs, ſed memorias ſicut hominibus mor-

 tuis,

tuis, quorum apud Deum viuũt ſpiritus, fabricamus: nec ibi erigimus altaria, in quibus ſacrificemus martyribus, ſed vni Deo & martyrum & noſtro, ſacrificium immolamus: ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei, qui mundum in eius confeſsione vicerunt, ſuo loco & ordine nominantur, non tamen à ſacerdote, qui ſacrificat, inuocãtur. Deo quippe, non ipſis ſacrificat, quanuis in memoriam ſacrificet eorum: quia Dei ſacerdos eſt, non illorum. Ipſum verò ſacrificium corpus eſt Chriſti, quod non offertur ipſis, quia hoc ſunt & ipſi. Quibus igitur potiùs credendum eſt miracula facientibus? eisne qui ſeipſos volunt haberi deos ab his quibus ea faciunt, an eis qui, vt in Deum credatur, quod & Chriſtus eſt, faciunt quicquid faciunt? Eisne, qui ſacra ſua, etiam crimina ſua eſſe voluerũt: an eis, qui nec laudes ſuas volunt eſſe ſacra ſua, ſed totum quod veraciter laudantur, ad eius

glo-

gloriam proficere in quo laudantur? In Domino quippe laudātur animæ eorum. Credamus ergò eis, & vera dicentibus, & mira facientibus. Dicendo enim vera paßi sunt, vt possent facere mira. In eis veris est præcipuum, quòd Christus resurrexit à mortuis, & immortalitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis adfuturam, vel principio noui seçuli, vel in huius fine promisit. Huçusquè Augustinus.

Quandò igitur hîc ex genuina Scripturæ diuinæ intelligentia liquidò potest animaduerti, cuncta diuina miracula eò spectare ac dirigi, primò quidem, vt homines solum illum verum Deum, & quē misit IESVM Christum rectè cognoscant, quemadmodùm Christus ipse atq; Iohan. 17.
hoc loco Augustinus docent: deindè quô vnica illa Catholica fides, (non est enim nisi vna fides, Paulo teste) per quam De- Ephes. 4.
us cognosci vult, confirmetur: postremò,

vt præstantißimum illud ac iuge Mißæ sacrificium, quo præpotenti Deo congruus, legitimus ac diuinus cultus & honos, quem Latriam vocant, exhibetur, re & actu ipso permaneat ac perseueret: sanè ex his iam dictis causis id necessariò consequitur, alia miracula omnia, quæ ad hunc scopum vel finem non dirigantur, pro idololatricis haberi atque censeri oportere.

In Matth. cap. 24. in illud, Exurgent prophetæ, &c.

D. Chrysostomus præter iam memoratas causas, aliam quoquè adfert, cur miracula fiant: videlicet, quòd vera miracula hominibus vtilitatem, falsa verò damnum & calamitatem adducant. Sic enim scribit in verba illa, Dabunt signa magna: Nam in tempore quidem, inquit, Apostolorum & postmodùm, ministri quidem Christi vtilia & plena signa faciebant ex parte dextra: qualia sunt, cæcos illuminare, & alia huiusmodi facere: ministri autem diaboli inutilia facie-

faciebant & vana ex parte sinistra, quæ admirationem quidem videntibus excitarent, ad vtilitatem autem nullius proficerent. Et erat inter ministros Christi et ministros diaboli ex hoc iudicare, qui inutilia, & qui vtilia facerent signa. Hæc ille.

Hîc breuitèr ego cõmemoraui, principiò quidem causam efficientem, & vndè proficiscantur: indè causam finalem, & quamobrem fieri soleant miracula, siue ea bona sint, siue mala: putà, quòd vera miracula à dextris suam habeant originem ab ipso Deo, idq́ue vel per homines sanctos, vel alias creaturas, eaq́ue in seipsis talia esse, quæ re vera fiant. Porrò falsa miracula à sinistris à malo dæmone, idq́ue per improbos homines, vel alias perditas creaturas ostendi fallaci quadam specie, non autem ipsa rei veritate. Tum quoquè diuina miracula ex parte dextra propter eà fieri, vt vnus solus cogno-

gnoſcatur Deus, vna ſola habeatur fides, atque per excellentiſsimum Miſſæ ſacrificium vni Deo ſuus diuinus impendatur cultus & honos: postremò, vt in humani generis cedant vſum & proſperitatem. Idololatrica autem miracula, his planè contraria agere & efficere à parte ſiniſtra, multas inuehere idololatrias, fidem diſtrahere in multas partes, profligare auguſtiſsimum Miſsæ ſacrificium, atque tandèm mortales omnes in temporariam & ſempiternam conijcere miſeriam & perditionem. Sed iam porrò pergamus, atque ingens illud Luteri miraculum, quod nobis Smidelinus obijcit, ad cauſarum ſupradictarum lancem adducamus, periculum facturi, cuius ponderis ſit, & quanti æſtimandum, num ad dextram vel ſiniſtram propendeat, vtì Smidelino ad eam, quæ iam ſequitur, accuſationem rationi conſentaneum & congruum reſponſum reddere poſsimus.

Quòd

Quòd nostri magna se patrâsse miracula gloriati sint, apertum est mendacium: dempto eo uno miraculo, quòd contra Romani Pontificis *& illi adhærentium uoluntatem, pura doctrina tam est latè propagata, quam nunquàm illi extinguere poterunt.* Smidelin. E. 1. fac. 2.

Sæpenumerò Luterus, quemadmodùm etiam hoc loco Smidelinus, & egregiè gloriatus est se solum, vtpote vnum hominem toti orbi Christiano opposuisse, totum Papatum oppugnâsse, suumque Euangelion eo pacto in totum orbem penetrâsse, vt illud hactenùs neque Papa, neque Cardinales, neque Episcopi, non Imperatores, reges, principes & domini impedire potuerint. Hoc, inquam, prodigij fecit Luterus, atque eum in modum & fecit & absoluit, vt totus orbis Christianus eiusmodi miraculum & summè deplorare & admirari poßit. Porrò sub hoc vno miraculo permulta alia sunt patrata miracula, è quibus aliquot hîc visum est commemorare, eademque ad supradi-

Lib. contra regem Angliæ, et multis alijs locis. Itē Tō. 2. fol. 4. editionis anno 1551. in fine libri, quem inscripsit, Responsum ad Angliæ regis librū.

pradictas duas causas examinare et expendere, ad quamnam illa partem deflectant, dextrámne, an verò sinistram: initiò autem illa referemus miracula, quibus ille fretus, suum nouum Euangelion in homines propagauit.

Luteri miracula.

Primum quidem, quod Luterus fecerit, miraculum est, quòd ille, vtpotè fugitiuus et votifragus atque periurus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neque honestæ & probæ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere potuit, in Papatu (id est, Catholica Christi Ecclesia) Euangelion & verbum Dei omninò profligatum, in latebras coniectum, atq; extinctum esse: Christi IESV merita & beneficia obscurata, & vsquequaquè ferè non nisi Ethnicam idololatriam institutam, eiusque generis plura alia, vt in Melanchthonis Apologia & alibì videre licet.

Luter. de falso statu Cleri, & contra regẽ Angliæ.

Vide Erasmi Hyper-

Secundum Luteri miraculũ est, quòd ille,

ille, vtpotè fugitiuus & votifragus atq; aßpiß. Luterus libro,
periúrus monachus, nullo fultus neq; ve= Fundamen-
ritatis adminiculo, neque honestæ & in= tum et caussa articulo-
tegræ vitæ specie, toti ferè orbi persuade= rum omniū,
re potuit, Vniuersitates omnes, Concilia in Bulla dānatorū,
omnia, omnes nationum omnium præcel- Tom. 7. fol.
lenti ingenio & doctrina viros, deniquè 128. Lib. contra regē
sanctos Patres omnes in vera diuini ver= Angliæ Tō. 6. fol. 165.
*bi intelligentia hallucinatos esse, & fal=
sa docuisse: se verò solum ipsissimam ha=
bere veritatis clauem, nec posse errare:
quandoquidem doctrina sua sit ipsa ve=
ritas diuina.*

Tertium Luteri miraculum est, quòd ille, vtpotè fugitiuus & votifragus atq; periurus monachus, nullo fultus neq; veritatis adminiculo, neque honestæ & integræ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere potuit, suam Luteranam doctrinam esse purum putum Euangelion, Deique verbum: eiusque tam se esse certum, vt omnes Romani Pontifices, Cardinales, Luterus libro extremo contra regem Angliæ.

Epi=

Episcopi, Imperatores, reges, principes & magnates sibi debeant obtemperare & esse subiecti.

Quartum Luteri miraculũ est, quòd ille, vtpotè fugitiuus & votifragus atq; periurus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neque honestæ & integræ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere potuit, nullam aliam, qua Christianitas regatur, amplectendam esse doctrinam, quàm sacrosanctum Luteranum Euangelion. Isthuc enim Christianis ad doctrinam & gubernationem sufficere: atque eam ipsam ob rem nullo opùs esse Iure ciuili, nulla Philosophia, demptis Dialectica, Rhetorica & Grammatica, quas oporteat retineri.

Lute. libro ad Christianam nobilitatẽ Germanicam, Tom. 6. fol. 589. Item libro ad vrbes, vt instaurent Scholas.

Quintum Luteri miraculũ est, quòd ille, vtpotè fugitiuus, votifragus atq; periurus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neque honestæ ac integræ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere

potuit,

potuit, Euangelium, verbum Dei vsque-adeò eße luculentum, perſpicuum, euidẽs ac manifeſtum, vt nulla interpretatione, nulla gloßa indigeat: ſed quilibet indoctí laici, putà balneatores, tonſores, ſutores, ſartores, pelliones, textores, telonarij, molitores &c. verum Scripturæ diuinæ intellectum ex ſingulari Sanctiſpiritûs adſpiratione & inſtinctu habere poße: proptereaq́ue nullo habere opus interprete, neque doctore. Nanq; Chriſtianos omnes, viros & fœminas, dominos & ſeruos, ciues & ruſticos, principes et dominos eße ſacerdotes, poße Dei verbum interpretari, de illo diſputare, iudicare, Sacramenta miniſtrare &c.

Luter. in Aßertiõib. cõtra Leon. X. & Captiuitate Babylonic.

Luter. de Christiana libertate et Captiuit. Babylo.

Sextum Luteri miraculum eſt, quòd ille, vtpotè fugitiuus, votifragus atque periurus monachus, nullo fultus neq; veritatis adminiculo, neque honeſtæ ac integræ vitæ ſpecie, toti ferè orbi perſuadere potuit, Chriſtum Dominũ in ſacro-

Luter. lib. de Missæ abominatione. Item libro de abrogāda priuata Missa.

sancta Cœna sua nō nisi laicorum communionem, minimè verò celsissimum idemque iuge Missæ sacrificium instituisse, sed esse Missam abominationem coram Deo, & planè ethnicam idololatriam.

Septimum Luteri miraculum est, quòd ille, vtpotè desertor, fugitiuus, vatifragus atque periurus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neque honestæ ac integræ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere potuit, apud Christianos nullum neque posse neq; debere esse Magistratum, cùm inter sese Christiani fratres sint, atq; à legibus omnibus, siue Ecclesiasticæ & Pontificiæ illæ sint, siue Ciuiles, vsqueadeò immunes esse, vt nec angelus quidem vllus è cælo ea sit authoritate præditus, vt vllam Christianis legem, aut alioqui aliud quippiam præscribat & imponat, si id illi nolint vltrò & sponte sua amplecti. Esse enim Christianos

nos

nos immunes ab omnibus: nec vllum aliud esse in terris peccatum, quàm Euangelio, quod Luterus è tenebris in lucem reuocârit, nolle commodare fidem: Papatum authore diabolo institutum esse, Principes, Magnates, atque alios sublimes Magistratus non nisi tyrannos esse & deterrimos nebulones, præcipuosque moriones, et carnes ferinas in cælo: cumque Turca decuplò melior sit, quàm Christiani Principes nostri, non teneri Christianos subditos subsidium præbere contra Turcas, neque arma contra illos ferre: sed neque contra Turcam pugnare debere: porrò rusticis quidem licere aduersùs principes, principibus autem contra summos Magistratus arma capessere ac belligerare. Vide de his Luteri librum de seculari magistratu, eius responsionē contra Ambrosium Catharinum, eius librum de Christiana libertate: eius librū, quòd Papatus à diabolo sit institutus: eius Sleidanus lib. 5. Historiæ suæ.

us ſcriptum contra duo Cæſaris mandata, itemq́ue de ſeculari vel ciuili Magiſtratu: eius librum de Captiuitate Babylonica: deniquè ſcriptum eius ad Electorem & Lantgrauium.

Octauum Luteri miraculum eſt, quòd ille, vtpotè apoſtata, fugitiuus, votifragus atque periurus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neq; honeſtæ & integræ vitæ ſpecie, id efficere potuit, vt in multis principum ditiõibus, multis nationibus & regnis legitimi atque ordinarij Epiſcopi & Prælati pulſi, omni Eccleſiaſtica dignitate priuati, perſecutiones paſſi, omnes illorum res & facultates direptæ ac diſsipatæ, Eccleſiæ omnibus clinodijs, ornamentis et theſauris ſpoliatæ, domus Deo dicatæ miſerè expilatæ ac ꝓphanatæ, Monaſteria deſtructa, vaſtata & contaminata, Monachi & ſacræ virgines indè eiecti & profligati ſint: In Sũma, vt intra annos 40. aliquot

aliquot centeni Episcopatus, multa Monasteriorum & Collegiorum vel fundationum millia, à multis Imperatoribus, regibus, principibus et magnatibus 900. annis vix exædificata & fundata, contra verum Dei cultum & honorem desolata, abrogata, turpitèr ac fœdè euersa, vel in prophanos, immò satanicos vsus translata sint.

Nonum Luteri miraculum est, quòd ille, vtpotè fugitiuus ac votifragus monachus, nullo fultus neque veritatis adminiculo, neque honestæ et integræ vitæ specie, toti ferè orbi persuadere potuit, Magistratus prohibere non debere, quò minùs liberum sit cuique docere & credere quicquid velit, siue Euangelion sit, siue mendacium: satìs esse, vt non sinant ea doceri, quæ ad seditionem et pacis perturbationem spectent.

Luterus in admonitiõe ad Principes & dominos de rusticis. Tomo 2. fol. 79.

Hæc iam enumerata miracula fecit certè proh dolor Luterus, eaque in rem

contulit, partim etiam ad exitum perduxit. Quod si quisquã inficiari velit, equidem illum oro tum Dei, tum salutis suæ causa, in gratiam veritatis id sibi vt sumat operæ, vt singula quæque in ipsius Luteri libris, ad marginẽ adscripta & citata loca, inqrat & legat, re ipsa certißimè cõperturus, hæc miracula ab ipso Lutero edita ac patrata esse: quæ tamen in illis sunt numeranda miraculis, quorum Christus Dominus meminit, dicens: Exurgent enim Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Ea autem omnia, vt Apostolus docet, fient secundùm operationem satanæ, in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus.

Math. 24. Mar. 13. Luc. 17.

2. Thes. 2.

Cùm sint autem, vt suprà dictum est, duplicis generis miracula, bona, quæ à Deo: mala, quæ à satana proficiscuntur: equidem planè sic sentio, nec quicquam omni-

omninò ambigo, quin etiam, Deo fauente, id solida veritate planum atque perspicuum faciam, miracula omnia, à Lutero & Luteranis quibuscunq; vnquàm patrata, non ex Deo, sed malo dæmone authore manâsse. Quod vt euidens fiat, cuncta Luteri miracula ad duas illas suprà memoratas causas, putà originem & finem siue scopum miraculorum omnium, tanquàm ad Lydium lapidem agè exigamus.

Principiò quidem eam in spem venio, fore vt hac in parte ipsa veritatis lux testetur, nullum ratione præditum hominem, qui suamipsius conscientiam testem adhibeat, neque dicturum, neque staturum alitèr, quàm memorata Luteri miracula non ex Deo, qui veritas, via & Iohan. 14.
vita est: sed ex diabolo, qui mendax est 1. Iohan. 4. Iohan. 8.
& pater mendacij, mortis & discordiæ 1. Cor. 14.
omnis, profecta esse. Enimuerò isthæc Luteri miracula non sunt re ipsa diuina

& vera opera vel facta: sed proprij cerebri vanæ, falsæ, fallaciosæ & ad seducendum accõmodatæ phantasiæ ac persuasiones, & planè, vt Apostolus ait, signa & prodigia mendacia, mendacesq; & magicæ præstigiæ, quas dubium non est ex patre mendacij, id est, cacodæmone, suam ducere originem.

2. Thes. 2.

Deindè verò quàm sancta organa et instrumenta sint Luterani concionatores, illorum scripta, verba, vita declarãt. Habent vxores, & pleriq; omnes adulteri sunt, vt de illis insignis quidã Euangelicus Dominus dixit. Currunt, & nemo misit eos, vti de illis Propheta prædixit. Concionantur, neq; ab legitimis doctoribus & præceptoribus didicerunt. Barbas in summis labris inflexas gerunt instàr Turcarum, curtis vtuntur vestibus, sed quæ benè amplas deorsùm propendentes habeant manicas, cuiusmodi olìm in Oppidis Imperialibus solebant li-

Hier. 13.

ctores vti. Subsultant instàr locustarum, vt in Apocalypsi dicit S. Iohannes, insi- Apoca. 9.
lientesque in suggestum, clamitant: Eccè hîc est Christus, eccè illic. Vtq; illud probent, multo etiam contentiùs vociferantur: Nostra Augustana Confessio iam triginta obtinet annos. O rem prodigiosám. Augustana Confessio iam annos triginta habet, itaque longè lateq; iam præscripsit. At verò nostra fides, quæ iam ꝑpemodùm annos 1600. contra omnes omnium Hæreticorum & Tyrannorum oppugnationes, firma & immota perstitit, totóque orbe Christiano ad nos vsq; perdurauit, non potest præscribere. Iam quanta petulantia, libidine, temeritate isti quibuslibet, cuiuscunque demùm statûs vel conditionis sint, maledicant, criminentur, insaniant, atque bacchentur, non potest quisquam dicendo consequi: atque interim vel hoc vno solo satìs declarant, quis eorum parens & magister

 sit.

sit. Equidem in Prodromo meo aliquot necessarias Smidelino proposui quæstiones, sperans eum vel tandem quandoque simplici vel affirmatione vel negatione proditurum in lucem. Verùm id Luteranæ hæresi nō vacat: dant igitur operam, vt cùm ab illis Ità, vel Non exigitur, mox ad maledicta, probra, contumelias, conuiciaq; iactanda se conferant: quemadmodùm in fratris Rauschij Neuburgensis Centonouelle perspicuè videre licet. Sed hactenùs de miraculorum origine dixisse sufficiat: iam de illorum vsu & scopo etiam nonnulla adferemus.

Quòd quidem ad prima duo Luteri miracula attinet, quibus ille conatus est toti persuadere orbi, in Catholica Christi Ecclesia verbum Dei & sacrosanctum Euangelion, adeóque Christum ipsum in latebras & angulos reiectum ac retrusum, atque in horum locum meram idololatriam, dæmonū cultus, ac Dei blasphemias

mias

mias substituta: itemq́ cuncta Concilia, omnes sanctos Patres, & totum orbem Christianum errâsse, verbumq́ Dei nunquàm rectè intellexisse: Lectorem Christianum propter Deum ex animo rogatum velim, vt positis omnibus priuatis affectionibus, veritatem æquis et in neutram partem propensioribus oculis intueatur, & primò quidem attentiùs id expendat, quandoquidem Luterus cum suis complicibus Catholicam Christi Ecclesiam tantorum tamque immanium criminum ream agit, an non iure ille teneatur hanc suam accusationem etiam congrua ac debita probatione planã facere.

Certè quòd ad me pertinet, palàm ego affirmo, mâlle me Turcam, Tartarum, vel Ethnicum esse, quàm Christianum, si Luterus Catholicam Ecclesiam, quorum eam criminum insimulat, eorum etiam conuincere & ream eam peragere poßit. Verùm hoc neque ille, neque vllus omninò

nò mortalium, quocunq; demùm ille vocetur nomine, vnquàm pôterit. Necessè enim erit, Christum Dominum, adeóque totam sacrosanctam Trinitatem à scopo aberrâsse, si Luterus hac in parte verum dixit. An non est expressum Dei ver-
Matth. 28. *bum, vbì Christus ipse dicit: Eccè ego vobiscùm sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi? Tum quoquè Chri-*
Iohan. 17. *stus patrem suum cælestem non pro Apostolis modò rogauit, sed etiam pro illis omnibus, qui per verbum eorum credituri essent in ipsum, vt idem ipse alio testatur loco.*

Atque hæc Domini verba sancti Patres, & in ijs Chrysostomus, eum in modum & accepêre, & interpretati sunt.
Chrysost. in 28. cap. Matth. *Ità nanque Chrysostomus in eam sententiam, Eccè ego vobiscùm sum, &c. scribit: Vides quomodò & illa de missionis gratia dicta fuerint? Non cum illis autem solummodò se futurum esse dixit, sed cum*

cum omnibus, qui post eos credituri fuerant. Neque enim Apostoli vsq; ad consummationem seculi victuri erant, sed tanquàm vni corpori (scilicet, Catholicæ Ecclesiæ) loquitur fidelibus. Haud dissimilitèr hanc sententiam D. Augustinus & accipit, & interpretatur. In Gene. ad literã li. 6. cap. 8.

Hæc autẽ Domini pollicitatio omninò vana, falsa & impia foret, si ille vllo vnquàm tempore, nè dicam, aliquãmultis seculis, Catholicam Ecclesiam suam, quam sanguine suo mercatus est, in tam abominandas eo pacto permisisset labi blasphemias, vt tot illa seculis prorsùs prostrata & euersa iacuerit, atque à suo sponso Christo separata & relicta fuerit. Vt autem hodiè Luterani docent, sic quondàm Donatistæ in Aphrica asserere non dubitârunt, Ecclesiã diù interijsse, & non nisi in paruo quodam Aphricæ angulo apud Donatistas permansisse. Eam autem orationem vanã esse & hæreti-

De Vnita. Eccl. ca. 12.

reticam, D. Augustinus libro de Vnitate Ecclesiæ probat efficacissimè: neque proptereà aduersùs Luteranos vlla alia responsione opùs est, quàm quæ verbis D. Augustini breuitèr compræhensa est, ità dicentis: Qui euangelizat periisse de cætero mundo Ecclesiã, & in parte Donati in sola Aphrica remansisse dicit, Anathema sit. Ità enim nos quoquè dicere possumus: Qui euãgelizat errâsse Ecclesiam, & de toto orbe interiisse, apud solos autem remansisse Luteranos, Anathema sit.

Melãchthõ in Apolog. Augustanæ Confess.

Docent præterea Luterani, Ecclesiam esse inuisibilem: fieri tamen posse, vt hincindè, etiam in Papatu, pusillus quidam grex permanserit. Et quanuis Luterus ac Melanchthon isthuc recantârint, at nihilo minùs sunt ex Luteranis permulti in hac sententia, palamq; contra eam Pauli doctrinam & scriptitant & loquuntur, qua is ait: Quomodò credent

Melãchthõ in Locu Cõmunib.

Rom. 10.

dent ei, quem non audiêrunt? Quomodò autem audient sinè prædicante? Quomodò verò prædicabunt, nisi mittantur? &cæt. Ergò fides, inquit, ex auditu: auditus autē per verbum Christi. Qua oratione Apostolus haud obscurè significat, nullam veram fidem, spem & charitatem, immò nullum prorsus Sacramētum, deniquè nullam in Ecclesia Christianam Communionem esse posse, si verbi ministerium legitimi sacerdotes, pastores atque Doctores, qui per Apostolorum successores publicè eò vocati & missi sint, non exequantur. Itaque fieri non potest, vt si alicubì pusillus aliquis grex dispersus sit & delitescat, is Catholica Christi Ecclesia possit appellari. Est verò planè Hussitica, Picardica & Donatistica hæresis, Ecclesiam esse inuisibilem atque hincindè latitare in angulis. Quandò igitur id incredibile est, Ecclesiam vllo vnquàm tempore Dei verbum & sacrosan-

ctum

ctum Euangelium penitùs abiecisse ac pro derelicto habuisse, est illa profectò vana & commentitia Luteri persuasio,
In Epistola ad duos Parochos de Anabaptismo. *Euangelium & Dei verbum in Papatu, quem ipse quoquè verā fatetur esse Christianitatem, omninò extinctum & abolitum esse. Est igitur mendax hoc prodi-*
2. Thes. 2. *gium, qualia Apostolus Antichristi praecursoribus tribuit, totum ferè orbem Christianum eiusmodi incredibili & falsae calumniae, qua Luterus Catholicam onerat Ecclesiam, potuisse fidem commodare.*

Posit autem hoc loco percontari quispiam, quid tamen Lutero isthaec eius incredibilis & falsa calumnia, vt hominibus istud persuaderet, contulerit? Cui ità responsum esto: Videlicet, vt ipse solus ille magni precij & sublimis propheta atque vir Dei, vt isti eum vocant, haberetur, qui vnus totum orbem Christianum ex erroribus exitialibus ad rectam salutis viam reduxerit, atque sub hoc egre-

gio &

*gio & ſplendido prætextu totam Chri-
ſtianitatem in quoſuis hæreticos errores
& ſempiternam animæ et corporis per-
ditionem abducere potuerit.*

*Tertium miraculum eò ferè ſpectat,
quò ille præcipuos ſuos conatus & artes
intendit, vtì paulatim non modò Eu-
angeliſta, Apoſtolus & tertius Elias
haberetur, ſed talis etiã putaretur DE-
VS, qui demùm ſuis poßit dicere diſci-
pulis: Si cadens adoraueris me, & cæt.* Matth. 4.
Nanque Suencfeldius & Oſiander, qui Suencfeld. in ſuo libro de vero vſu verbi Dei.
*initiò Luteri diſcipuli fuère, ſcribunt at-
que docent, Dei verbum illud, quod nos
Scripturæ ſacræ mentem & intellectum* Oſiander in expoſitione illorũ Pauli verborum, Chriſtum veniſſe in carnem.
*dicimus, eſſe Dei filium in ſuaipſius diui-
na natura & eſſentia. Cùm ergò Lute-
rus doctrinam ſuam vocet Dei verbum,
quid vult aliud iuxta diſcipulorum ſuo-
rum interpretationem, quàm doctrinam
ſuam ipſum Deum eſſe? cumque Doctor
& doctrina non admodùm à ſe diſtent,*

 & in-

& interdùm ferè idem ſint, facilè poteſt colligi, Luterum tandèm, etſi fortaßis non ipſius Dei, tamen ad minimùm idoli cuiuſdam loco coli & adorari voluiſſe. Iſque adeò mendacium et fallacioſorum ſignorum omnium ſcopus eſt, vndè ſuprà ex Auguſtino dictum eſt, quòd qui eius generis edunt miracula, Dei loco coli & adorari perquàm velint.

Quartum Luteri miraculum, quædā eſt quinti paraſceue ac præparatio. Cùm enim ille modis admirandis, et per ingentia mendacia id hominibus perſuaſiſſet, doctrinam ſuam eſſe verbum Dei, & ipſum ſacroſanctum Euangelion: rem eò adduxit, quòd hoc ipſius Euangelion nemo deberet interpretari, nemo indè Theologico & in ſcholis recepto more diſputare: reiecitque ea cauſa Philoſophiam, quæ egregium & inſigne eſt inſtrumentum ad res Theologicas in verbo DEI idoneè ac legitimè tractandas, & tum

ve-

verum aſſerendum ac tuendum, tum falſum ac prauum reſpuendum & confutandum. Atque nè Iuriſperiti quoquè in tam pernicioſo inſtituto illi obſiſterēt, Ius Ciuile itidèm eleuare ac conuellere non dubitauit, idq́ue è medio auferre conatus eſt. Quod quidem mendax prodigium primò ad hoc illi accōmodum fuit, quòd eo ſibi vulgi conciliauit gratiam & beneuolentiam: quippe cùm vulgus alioquì viris doctis & omnibus Scholarum liberalibus diſciplinis infeſtus & inimicus eſſe ſoleat, nec inuitus audiat, debere omnia ex verbo Dei geri, iudicari et adminiſtrari. Secundò etiam hoc indè commodi aucupatus eſt, vt omnibus Magiſtratibus, cunctiſq́ue alijs doctis, rerumpublicarum gubernacula tenentibus hominibus frænū in os inijceret, vti nè contra ipſius Euangelium vel mutire auderent.

In lib. Collectarū Sententiarū, illi Vuormatiæ obiectarum. Eraſ. Alberus cōtra execrandam Carlſtadian. doctrinam. Iohan. Gaſtius in Hiſtor. Catabaptiſtarū.

Indè actutùm conſequi debuit quin-

tum Luteri miraculum, quo ille miris mo dis persuasit hominibus, Dei verbum, vel Luteranum Euangelion adeò per se purum ac luculentum esse, nullius vt glossæ vel interpretationis egeat: sed quia scriptum est, Erunt oēs θεοδίδακτοι seu docibiles Dei, eo ipso hoc significare voluit, mortales quoscunque, putà, mares, fœminas, dominos & seruos, ciues & rusticos esse sacerdotes, ijsque ius fas esse de doctrina disputare & iudicare, Sacramentaque administrare: atque totum hoc eò accommodauit & applicuit, vt sacrum Sacerdotium cum omni sua authoritate, potestate & Iurisdictione semèl eleuaret & conuelleret: idque eo proculdubiò satanico & execrabili consilio ac proposito, vt Antichristo, cuius præcursor fuit, ad regnum ipsius Babylonicum viam patefaceret atque muniret. Hæc enim altera est causarum illarum, ob quas suprà ex Patribus dictum est, mendacia signa &

Iohan. 6.

pro-

prodigia fieri, vt vera, Christiana et Catholica fides, quæ sacerdotij Ordine conseruatur, fulcitur, defenditur, in multas distrahatur scissuras & schismata, ac tandem indè fiat Babylon illa meretrix magna. Apoca.17. & 18.

Hîc iam cordatus quisque secùm ipse perpendat, an non ex Luteranismo euaserit Babylon, id est, confusio linguarum & intellectûs, vt alij secùs quàm alij de Catholica & Christiana fide scribant, clamitent, doceãt. An non clamitat Luterus, Hîc est Christus, Ego habeo purum putum Euãgelion, Zuingliani sunt Pelagiani & Berengariani hæretici, docent prauè de peccato Originis, de Iustificatione, de Sacramento Altaris? quo in Articulo cùm Zuingliani eius Euangelion nollent amplecti, dicit eos supersatanasiatos, insatanasiatos et persatanasiatos esse hæreticos. Quodnam verò illud est Luteri purum Euangelion? Videli- Zuinglius de Baptismo contra Vrbanum Regium.

BB 3 cet,

cet, Deum in homine propria ac absoluta potestate, citra vllum hominis adminiculum, non minùs mala quàm bona, ex mera & absoluta necessitate efficere & operari: Dauidis adulterium & Iudæ proditionem, tam esse opus Dei, quàm Pauli conuersionem. Item nullum esse peccatum, præter solam Incredulitatem, id est, nolle Luterano credere Euangelio: Deum blasphemare, Deum non inuocare, proximum non diligere, esse immorigerum, latrocinari, scortari, furari, prædas agere, mentiri, fallere &c. nulla esse peccata. Item solam fidem iustificare: spem, charitatem, pœnitentiam, non esse necessarias, immò etiam ad salutem perniciosas. Item Deum iustificare homines non realitèr vel re ipsa, sed imputatiuè & imaginariè: manere enim eum in peccatis suis, in quibus ante Iustificationem fuerit. Item hominem suis rectè factis & bonis operibus non nisi iram &

indi-

indignationem mereri: Opera enim nostra planè in perditis habenda eſſe, nihil niſi iram nos mereri, Kyrie eleiſon &c. & id genus pleraq; alia præclara Euangelica dogmata. Vide de his iam dictis Luteri poſtremam Confeßionem de Eucharistia, Orthodoxam Tigurinæ Eccleſiæ Confeßionem Tractatu 3. Luteri Seruum Arbitrium contra Eraſmum, Philippum in Annotationibus ad Romanos & alibì, Luteri Babylonicã Captiuitatem & Chriſtianam libertatem, Philippum in 16. caput Iohannis, Luterum in Epiſtolam ad Galatas: Amſdorfium, quòd bona opera ſint pernicioſa ſaluti: & Theologos Saxonicos: denique Philippum in 3. caput Iohannis.

Contrà verò clamitant Zuingliani, Luterũ malo dæmone occupari, nec iam deincèps ex illo loqui Spiritumſanctum. Caluiniani quoquè nunc vociferantur, Hic eſt Christus, nos verum obtinemus Tigurini cõtra poſtremã Luteri Cõfeßionẽ. Caluinus de Prædeſtinatione.

Euangelion. Sed quod (oro) est illud Euangelion? Deum maximam hominum partem prædestinâsse sempiternæ morti & perditioni: & quicquid mali faciunt homines, omnes blasphemias, facta, latrocinia, homicidia, adulteria, mendacia, imposturas, Deum citra vllum medium in illis operari? Item, pueros illuminatorum illuminatos esse, nec egere Baptismate? Item, in Cœna nihil nisi panem & vinum adesse? Vide de his Theodorum Bezam in defensione Caluini, et Alberum contra execrandā Carlstadianorum doctrinam.

Porrò in diuersum scribit Suencfeldius, hæc omnia vana et commentitia esse, clamatq́; Hîc est Christus apud me. Ego syncerum habeo Euangelion, alij omnes in errore versantur. Sed quod tandèm est huius Euangelion? Nempè, Christum secundùm vtranque suam naturam esse Deum, cunctosq́ homines essentiali Dei iusti-

Suencfeld. de duplici statu Christi.

iustitia, qua Deus ipse iustus est, iustos esse oportere. Fidem, Spem, Charitatē particulas quasdā esse diuinæ essentiæ: Externum verbi ministerium et Sacramentum non esse necessarium: Spiritum Dei sine eiusmodi externis signis operari. Deniquè contra hæc omnia Saxonici Luterani Concionatores vociferantur & dicunt, Hîc est Christus, apud nos est verum Euangelion, reliqui omnes prorsus errant &c. Itidèm clamant Osiandrini, Picardi, Anabaptistæ, & alij omninò omnes, neque vllus vel modus vel finis est hæresum atque Sectarum.

In libro de vero vsu Euangelij.

An non verò isthæc est fidei scissura, & confusio quædam atque Babylon in orbe Christiano? Quælibet regio, vrbs quælibet, immò ferè vnaquæque domus suum peculiare habet Euangelion, peculiarem quendam Euangelij intellectum & fidem: cumque vicini inter se conueniunt, instituitur disputatio, nemo alium

Vide Catalogum hæreticorum, 3. parte Apologiæ nostræ.

intelligit: hic Euangelion accipit vel intelligit pro suo cerebro, alius pro suo: iste lapides postulat, alius ligna porrigit: iste de calce agit, alius de arena dici putat: fitque omninò haud alitèr, quàm in turris Babylonicæ structura accidit: neque propterea potest alitèr, quàm meretrix
Apoca.17. & 18. *magna & Babylon appellari.*

Sextum Luteri miraculum eundem omninò scopum attigit, de quo (vt est supradictum) S. Patres p̃dixerunt, pseudoprophetas sua miracula eò intorquere et referre, vti iuge sacrificium, id est, augustißimum Missæ sacrificium, quo vni Deo cultus debitus impenditur, abolere, atque è diuerso alia sacrificia instituere queant, quibus ipsi ceu idola quædam colantur. Atque adeò etiam isthuc certum signum et documentum est, Luterum tertium Eliam, alterum Iohannem Baptistam, id est, Antichristi præcursorem esse, quãdoquidem iuge sacrificium tam ille

acri-

acritèr oppugnauit, & innumeris locis abrogauit & profligauit: qua de re infrà fusiùs dicturus sum.

Septimum Luteri miraculum quinto cohæret. Vt enim ille in quinto miraculo confusionem siue Babylonem indè potissimùm struxit, vt sacerdotij authoritas opprimeretur, eoq́; redigerentur omnia, nè quis Papa, vel episcopus, vel parochus ea sit potestate præditus, vt hæreses extirpare poßit: ità etiam idemipse eleuando & in contemptum adducendo Ciuili vel seculari Magistratu, suum captauit commodum & opportunitatem, vti non modò gladius sacer vel ecclesiasticus vllam ferat in hæreticos sentẽtiam: sed etiam secularis gladius nullam in hæreticos executionem neque suscipere neque prosequi poßit, atque ità turris Babylonica in ingenti scissura & confusione ædificetur & conseruetur.

Facilè autem perpendi potest, quidnã

Satan huius vtriusque, sacri et ciuilis regiminis destructione et dissipatione procuranda sibi velit, quandò citra vllum dubium in istius geminæ columnæ potestate & ordinatione (vt quod Dei est, Deo, & quod hominum, hominibus præstetur) ex Diuina prouidentia, vniuersa Catholica Christi Ecclesia instituta & solidata est. Sed interim quæso secùm quisque cogitet, si quidem in administratione ciuili vel seculari vetus Ius ciuile in alijs omnibus Christianis regnis & regionibus abrogandum sit, tandèm etiam Imperarorem suum ius et authoritatem, quam hactenùs ceu totius orbis Christiani caput iure optimo obtinuit, vel certè obtinere deberet, non posse non amittere, sic vt Imperator iã nihil minùs sit quàm Imperator, ipsumque Imperium vnà cum Imperatore & alijs regibus peßùm ire neceßè sit. An non autem eiusmodi planè Babylon, id est, confusio & dißipatio ma-

magnæ ciuitatis Dei, hoc est, vtriusque & ecclesiastici & ciuilis regiminis toto orbe Christiano nostris temporibus sub vero prætextu Euangelij exorta sit, equidem ex verbi Dei & sanctorum Patrum interpretationis contemplatione, cuilibet apud se pensitandum relinquo.

Octauum Luteri miraculum, non postremum inter eius prodigia sibi locum vendicat. Est id enim supra omnem modum admirandum, quînam eiusmodi perfidus & votifragus monachus, solis ac nudis verbis, contra omnem sacrosanctã Christianamque constitutionem & potestatem, tantam tamque miserandam ecclesiæ vastationem & desolationem in multis Episcopatibus, in innumeris cœnobijs, & collegijs ac fundationibus efficere potuerit. Sed neque illud in Antichristi præcursore parui momenti signum est, quòd quandò desolatio in Dei Ecclesia videretur, Antichristus non longè Matth. 24.
aberit,

aberit, nec eius aduentus diù expectandus sit. Non est autem illa ingens desolatio, quæ iam in Luteranismo in Ecclesijs omnibus cernitur? Vnaquælibet Ecclesia suum Hæresiarcham ceu idolum colit: quicquid is docet, agit & imperat, non potest non & esse & dici verbum Dei, & purum, putum, syncerum ac sacrosanctum Euangelion: cùm tamen interim isti hæresiarchæ nihil neque cogitent, neque faciant aliud, nisi vt Babylonicæ meretrici blandiri, eiusq́; turris ædificationem promouere queant: hoc est, vt Catholicæ fidei scissuras & schismata prauumq́ue intellectum tueri ac propagare poßint. Tertiò est paßim in Ecclesijs augustißimum illud & iuge Missæ sacrificium profligatum & vetitum. Dani. 10.
Quartò, cernitur hæc desolatio rerum omnium in Ecclesijs, putà, cultûs diuini, Sacramentorũ, cantûs ecclesiastici, precum, diuorum, atq; adeò ipsius crucifixi

Ser-

Seruatoris nostri imaginum, cum obliteratione memoriæ omnium beneficiorum tam ipsius Domini IESV, quàm Sanctorum. Solent homines honesti, quorum id facultates ferunt, ædes suas eum in modum ornare & perpolire, vt qui in illas ingrediuntur, ornatu illo et munditie delectentur. At verò Euangelicorum istorum prophetarum templa adeò sint lacera, desolata, concisa, contaminata ac deturpata necessè est, vt plerisq; locis cloacæ (quæ Smidelini opinio est) et loca cadauerosa honestiorem præ se ferant speciem. Atque vt rem in pauca conferam, Luterus vnà cum discipulis suis eò suos conatus omnes intendit, vt iam porrò nō vnus Deus, sed multa Sectarum idola: non vna fides, sed multæ dissectæ hæreses: non verus ac legitimus Dei cultus, sed complures in Deum blasphemiæ, conuicia & contumeliæ, multáque probra & dedecora sint ac esse debeant.

Olim

Olim more comparatum fuit, si quis crucifixi Saluatoris imaginē conspexisset, vt in memoriam rediret beneficiorū et redemptionis eiusdē benignissimi Dei ac Domini sui IESV Christi, debita illi præstanda reuerentia. Iam verò quid fit? Non vno loco accidit, quòd ipse hisce meis oculis vidi, vt quandò pleriq; inferioris notæ nobiles in itinere positi, alicubì Christi crucifixi icona adspiciunt, repentè non illi quidem caput nudent, sed bombarda in manus sumpta, Christi IESV acerbissimam passionem ictu glandis siue globuli, quem è ꝓximo ad ipsum crucifixum tanquàm ad scopum dirigūt, salutent: spe bona freti, se hoc ipso iuxta suum Euangelion, *peculiare Deo obsequium præstare.*

Memineris Lector crucifixi illius ad Mulburgum in Victoria Caroli V.

Scribit Brentius magicæ artis esse, vbì quis signum sanctæ crucis sibi imprimit. Quidam etiam non infimæ notæ Dominus, in sua ecclesiastica ordinatiōe sub

pœna

pœna capitis vetuit, nè cruce signentur paruuli dum baptizantur: puto equidem propterea, nè Luterano baptismo vllus expellatur satã. Quas verò virtutes præpotens Deus crucis signo attribuerit, non modò aliquammulta Concilia & historiæ testantur: verùm etiam D. Athanasius peculiari edito libello, prolixè enumerat stupenda & ingentia miracula, quæ apud Berytum Syriæ vrbem crucifixa Christi imago ediderit. In libello de miraculis Crucifixi.

Nonum Luteri miraculum (tametsi permulta illius Antichristi præcursoris & tertij Eliæ miracula breuitatis causa transilio) est, non debere, vel non teneri Magistratum prohibere, nè praua et falsa dogmata prædicentur. Qua ille stupenda opinione tum sua, tum symmystarum suorum commentitia, vana, fallaciosa, et hæretica dogmata omnia extra omnem coërcitionis metũ voluit collocare, quandò nullus neque sacer, neque ciuilis Ma-

gistratus in id incumbere debet, vt in ea animaduertat, eaque prohibeat, vt sic contemptus omnis, omnis in Deum contumelia & blasphemia certam sibi habeat propositam impunitatem, hæreses oēs suas habeant progreßiones, Babylonica confusio vbiquè tanto latiùs propagetur, & vterque cùm Ecclesiasticus, tum Ciuilis Magistratus toto orbe Christiano prorsùs iaceat humi prostratus, contrà verò desolatio in Catholica Ecclesia tanto maiori vi excitetur ac promoueatur.

Hæc nimirùm sunt Luteri miracula, quæ ille Antichristi pcursor edidit haudubiè ex cacodæmonis instinctu, nec aliam ob causam, nisi vt Antichristo viam ad regnum Babylonicum, id est, meretricem illam magnam, cum qua fornicati sunt reges terræ, pararet & sterneret: quemadmodùm res ipsa & præsens tempus declarant. Nam quis adeò omnis humanæ rationis, nè dicam, Euãgelicæ veritatis

Apoc. 17.

ritatis

ritatis est expers, vt non intelligat iam memorata Luteri mendacia signa et prodigia à mendacij patre diabolo suam habuisse originem, atque ad omnem vnius Dei contumeliam & contemptum, ad Catholicæ fidei dissipationem, distractionem & scissuras, ad vniuersalis Ecclesiæ desolationem, omnisque tum temporariæ, tum sempiternæ salutis ac prosperitatis pniciem & exitium relata fuisse?

Hîc iam Smidelinus satìs ipse secùm dispiciat, dicatque denuò, Luterum nullum fecisse miraculum aliud, quàm quòd solus aduersùs totum orbem Christianum sese erexit et opposuit, cùm tamen ille eoipso vno miraculo quicquid hactenùs à me commemoratum, & fusè admodùm explicatum est, non absq; insigni in Deum contumeliâ, & Christianæ Reipublicæ nunquàm pensandis damnis excitârit & effecerit. Nos quidem fatemur hæc multigena eum perpetrâsse miracu-

la, nec abnuimus, nullum vsquàm mortalium in terris degentium ea patrare potuisse, nisi vel tertius Elias, vel alter Baptista, id est, verus Antichristi præcursor esset.

Itidèm cum Smidelino fatemur, Luterum extra hæc multigena mendacia, exitiosa & in Deum contumeliosa miracula, nullum vnquàm aliud edidisse, sed neque edere potuisse miraculum. Possum enim ego redigere mihi in memoriā, Anno 1545. *dæmoniacam quādam puellam è Misniæ ditione adductam Vuittenbergam ad Luterum ea spe, quòd Luterus, ceu tertius Elias, puellam illam à malo dæmone liberaturus esset. Quamuis autē Luterus ad hoc admirandum & magni momenti opus initiò non parùm difficilem se ostenderet, at tandèm tamen iußit puellā duci in Parochianæ Ecclesiæ Vuittenbergensis sacrarium, illicque coram alijs plerisque Doctoribus et eruditis viris*

ris (inter quos ego tum quoquè iuuenis Magiſter aderam) dæmonem cœpit adiurare & exorcizare, ſed id tamen more ſuo, non eo qui apud Catholicos receptus & vſitatus eſt. Cùm autẽ diù multumq́; ille coniurâſſet dæmonem, cedere ille noluit, ſed eas in anguſtias, ſit venia verbo, Luteri caligas redegit, vt is quãprimùm è Sacrario ſe proripere vellet. At quid accidit? Malignus ille dæmon vſq; adeò fores ſacrarij obſtruxerat, vt neq; forinſecùs, neque intrinſecùs aperiri poſſent. Quæ res Luterum in maiores etiam anguſtias adduxit, ità vt iam ad feneſtram properaret, ſperans per eam ſe poſſe effugere & exilire. Verùm obſtabãt illi cancelli ferrei: ſicq́ue compulſus eſt vnà nobiſcùm tantiſpèr incluſus hærere in ſacrario, donec per cãcellos ferreos ab æditui valida nobis eſſet oblata ſecuris, mihíque ceu iuueni viro tradita, vt ea fores effringerem: quod equidem tum conatus

 ſum,

sum, et ad effectum perduxi. Intereà verò visu admirãdum erat, vt Luterus angoribus correptus sursùm deorsùm cursitaret, atque instàr ouis parturientis huc illucq́ue sese inuerteret.

Itidèm de Caluino fama sparsit, quòd is mortuos excitare instituerit & conatus sit, atq; ea causa misero cuidam persuaserit, vt vxore sua assensum præbẽte, in ipsius Caluini gratiam in feretrum se collocari, atque ità in templum deportari sineret: vbì tum haud alitèr sese comparare voluerit Caluinus, quàm si hominẽ vita functum ad superos reuocaret: idq́; eam ob causam, vt tali miraculo Zuinglianum dogma suum tanto magìs confirmare posset. Fertur autem miser ille & simplex homo in hoc Caluini consilium consensisse. Cùm autem Caluinus ad feretrum accederet, corpusq́; quod omnes mortuũ putarent, in sui Caluiniani Euangelij nomine resurgere ac prodire iussisset,

ſet, aiunt detecto feretro vel ſarcophago illumipſum hominem, qui ſe viuum in illum repoſuerat, vita functum apparuiſſe. Quanuis autē fœmina illa viri eius vxor, tremendum ac terribile illud factum & immanem imposturam publicè cum ſummis querimonijs propalaret, rem tamen omnem magnis adhibitis pollicitationibus, quibus eius fœminæ dolor mitigaretur, ob Caluini gratiam, ſopitam et ſilentio mandatam eſſe.

Quòd autem Luterani à nobis Catholicis miracula exigunt, id illi ſanè faciũt importunè & præter decorum. Nanque tametſi apud nos quotidiè adhuc, vbi neceſſitas flagitat, ad Catholicæ fidei confirmationem dæmones expelluntur, at tamen non tenemur nos (quippe qui in antiqua Chriſtianæ Eccleſiæ poſſeſſione ſedemus & confirmati ſumus) vlla ederè miracula. Hæretici quidem ante annos mille trecentos idemipſum Catho-

licis obiecerunt: Verùm ad eiusmodi postulationem illud semper responsum fuit
In 24. cap. Matth. Homil. 49. *hæreticis, quod apud D. Chrysostomum legitur: Donec ergò, inquit, fuit vocatio ad fidem ex infidelitate, fecerunt signa & serui Christi: quia signa diuinæ vocationis testimonia sunt, vt prædicationis veritas miraculis commendetur. Cessante autem vocatione, incipiet seductio reuocans homines à fide ad infidelitatem.*

Eodem loco abundè docet Chrysostomus, quandò gentes ab incredulitate ad fidem Christi traduci debuerunt, tum necessarium fuisse, vt Deus quibusdam gratiam faciendi miracula cōferret: at postquàm gentes ab infidelitate ad fidem veram peruenerunt, nihil iam necessè esse, in Ecclesia illud miracula edendi donū
De Ciuit. Dei lib. 22. cap. 8. *existere. Quò facit etiam illud D. Augustini: Cur, inquiunt, nunc illa miracula, quæ prædicatis facta esse, nō fiunt? Possem quidem dicere, necessaria fuisse priusquàm*

usquàm crederet mundus, ad hoc ut crederet mundus. Quisquis adhuc prodigia, ut credat, inquirit, magnum est ipse prodigium, qui mundo credente non credit. Verùm hoc ideò dicunt, ut nec tunc illa miracula facta fuisse credantur. Hæc Augustinus.

Sed quorsùm in re tam aperta multa disputatione opùs est? An non Christus ipse dixit, Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, &c? Nos membra sumus Catholicæ Ecclesiæ, nouimusque miracula omnia, quæ iam indè ab initio in Christi Ecclesia usque in præsens patrata sunt, testimonia esse & confirmationem fidei nostræ Catholicæ. Et licèt iam nos miracula non fecerimus, neque facere possimus, at tamen ipsius Domini Saluatoris, eiusq; Apostolorum & Diuorum omnium miracula, nostra quoquè sunt: quando- Matth. 12.

quidem nos omnes in vno corpore membra sumus Christi IESV, tametsi non omnes eadem dignitate præditi sumus, nec iisdem muneribus fungimur, vti Apo-
1. Cor. 12. Rom. 12. *stolus scribit. Quam eius sententiam Au-*
In Psalmū 130. *gustinus fusè interpretans, inter alia sic dicit: Quid dicis? Non es iustus, quia non facis miracula? Possis & auri dicere, Non es in corpore, quia nō vides. Fac, inquit, & tu, sicut & Petrus fecit. Sed Petrus & mihi fecit, quia in eo corpore sum, in quo Petrus fecit. In illo quod potest, possum, à quo diuisus non sum. Quod minùs possum, compatitur mihi: & quod plus potest, congaudeo illi. Hæc ille.*

Hoc iam responsum sit Smidelino de miraculis: & spe quidem bona fruor, fore vt ex his à me allatis Argumentis, & tum Scripturæ diuinæ, tum S. Patrum testimoniis & authoritatibus, certò quilibet statuere & pronunciare possit, Lutera-

teranismū Antichristi præcursorem, Papatum verò Catholicā & sanctam Christi Ecclesiam esse.

Cùm igitur, inquit Smidelinus, Dei *spiritus* de tali *discessione* dixerit, quìnam potest uulgaris Laicus uti Staphyli regula, in illudq; intendere, quod multis durârit annis? quādoquidem Dei fuit animaduersio, & ut Apostolus ait, uehemens error. Nam alioquì possibile non fuisset, ut adeò delirarent homines, et eiusmodi nugis fidem commodarent. Smidelin. H. 3. fac. 2.

Inter alia aduentantis Antichristi signa, certè postremum non est futura illa discessio & defectio ab Ecclesia Catholica. Atqui verò satis ego mirari non possum immanem ac impudentem eorum hominum cæcitatem, qui hanc Apostoli sententiā eò torquere nituntur, quòd Papatus à vera Euangelica Ecclesia defecerit, cùm tamē credi nullo modo possit, vt pars altera ab altera discedat, vt non ipsum totum, cuius illæ partes sunt, in duas ad minimum partes distrahatur ac scin- 2. Thess. 2.

ſcindatur. Si ergò Papatus à Catholica Chriſti Eccleſia defecit, primò illud neceſſariũ eſt, vt Smidelinus cum ſuis ſymmyſtis planum faciat, vbinàm tota Chriſti Catholica Eccleſia ante illam Papatûs defectionem ac diſtractionem fuerit. Deindè etiam hoc docere et indicare nobis debebunt, quandoquidem Papatus pars illa eſt quæ defecit & diſceßit, vbinàm pars altera conſtans & germanè Chriſtiana permanſerit, hodieque permaneat.

Hîc ſi Luterani reſpondeant, conſtantem germaneq́ Chriſtianam partem apud Græcos, Armenios, & Rutenos perſeuerâſſe, rurſus ego quæro, nùm Luterus ab hac ipſa parte ſuam traxerit originem? tum quoquè, num Luterani itá ſentiant & confiteantur, ſuam doctrinam, ſuam Scripturæ ſacræ interpretationem, ſuas Eccleſias cum Græcis, Armenijs & Rutenis in omnibus fidei Arti-

ticulis per omnia concordare & consentire? Quod si illi asseuerent, etiam probare debebunt, id quod in omnem æternitatem efficere non valebunt: quin certus ego sum, illos isthuc attentare non fore ausos: atque si omninò ausi essent, nos, Deo benè volente, contrarium eo pacto doceremus, quòd nihil illi nisi ignominiam reportarent. Satìs enim certò compertum habemus, Græcos, Armenios & Rutenos Luteranam doctrinam & Ecclesiam palàm execrari & Anathemate percellere, tanquàm hæresin longè omnium, quæ vnquàm in terris extiterit, pestilentissimam ac perniciosissimam. Illud quoquè certum habemus ex Concilio Florentino, cui Cōstātinopolitanus Imperator Palæologus & eiusdē vrbis Patriarcha, multiq; Episcopi præsentes interfuère, eos in omnibus Articulis in quibus ab Ecclesia Romana dissenserant, redijsse in concordiam, sedique Apostoli-

cæ,

cæ, quæ Romæ est, sese submisisse, quẽadmodùm in memorato Concilio videre licet.

Si verò negent Luterani suas Ecclesias suaq́ dogmata cum illis populis conspirare & consentire, rursus illi tenebuntur indicare ac docere, vbinàm constans illa germaneque Christiana pars, vndè illi suam originem, doctrinam, Ecclesias acceperint, in Catholica Ecclesia permanserit. Has in angustias cùm Luterani adiguntur, & vndiquè constricti et implicati tenentur, nec vllum aliud cernunt neque comminisci poßunt effugium: aiunt synceram & germanam illam Christianæ Ecclesiæ partem vbiquè toto orbe mansiße dispersam, sed tamen inuisibilitèr, neq; illud nominis, quòd Ecclesia sit, vnquàm habuiße.

Huic vano & commentitio effugio nihil iam neceßè est respondere: eundem enim in modùm ante mille ducentos annos

nos Donatistæ hæretici Catholicis respõ=derunt, ut est suprà commemoratum, & diuus Augustinus in multis egregijs ma=gnisque voluminibus fusè, exactè & so=lidè probat: adeò ut Luterus ipse et Me=lanchthon quoquè apertissima veritate planè conuicti, fateri coacti sint, Catholi=cam Christi Ecclesiam perpetuò fuisse visibilem, suumque visibile sacerdotium & publicum verbi ministerium indè ab initio ubiquè & semper in hanc usq; ho=ram habuisse. Atque eam ob rem uterq; tum Luterus, tum Melãchthon errorem hunc, inuisibilem esse Ecclesiam, quod in confessionis Augustanæ Apologia docu=erant, publicè reuocârunt, ut est videre in Locis Communibus Philippi, & ple=risque alijs libris posteà in lucem editis.

De Vnitate Ecclesiæ contra Donatist. Item cõtra Epistolam Parmeniani, lib. 3. Et contra Literas Petiliani, li. 3.

Luter. To. 2. Latino, fol. 148. & permultis alijs locis. Philippus in vltimis Locis Commun. In Examine examinandorum. In Bauaricæ Visitationis responsione.

Cùm ergò Luterani ipsi falsam hanc & erroneam exceptionem atque effugi=um palàm reuocârint, sitque per se Do=natistica hæresis, hoc loco nihil opùs est

fusio=

fusiori disputatione: præsertim quandò Luterus ipse Epistola ad duos Parochos de Anabaptismo scribit hunc in modum: Si ergò sub Papa est Christianitas, non potest illa nō esse corpus et membra Christi. Quòd si corpus illius est, habet certè verum spiritum, verum Euangelium, fidem, Baptisma, Sacramentum, claues, verbi ministerium, preces, Scripta diuina, & quicquid Christianitas habere debet. Sumus tamen etiam nos omnes adhuc sub Papatu, & eiusmodi bona Christiana indè habemus. Hæc Luterus. Mihi verò constitutum est, modò Deus suam adspiret gratiam, de eadēipsa Apostoli 2. ad Thessalo. 2. sententia proprium conscribere libellum, breuique typis excudendum curare.

Smidelin. H.4.fac.1. Tandèm ille more Papistarum omnium concludit Carbonarij fide, qui citra ullum dubium apud inferos Calefactor est, ut qui non potuerit fidei suæ rationem reddere, &c.

Quòd

Quòd Patres nostri sæpè gloriati sunt, non ex animi elatione, vt moris est Hæreticis, sed ex modestia et animi summissione, vt solent Christiani, velle se carbonarij fidem constantèr retinere, illud sanè non falso & prauo alicui, sed fortissimo verbi Dei fundamēto innititur. Non possunt certè non fateri etiam hæretici ipsi, fidem in alijs maiorem, in alijs minorem inueniri, maximè cùm & Apostoli ipsi rogâsse legātur: Domine, adauge nobis fidem. Luc. 17. *Vndè id certò conficitur, fidem apud alios magnam, apud alios exiguam esse posse. Atquì tamen, cùm non nisi vna sit fides, teste Apostolo, et sinè fide,* Ephes. 4. *vt idem ait, impossibile sit placere Deo:* Hebr. 11. *prorsus indè consequens fit, Vnumquenlibet hominem Christianum, siue grandis ille sit, siue pusillus, siue iuuenis, siue senex, nobilis vel ignobilis, vnicam illam et indiuisam fidem omninò integram habere oportere.*

Sed quærat fortaßis Smidelinus, Si quidem vulgaris laicus, aut homo quilibet vnicam fidem prorsus integram habere debet, quînam fieri potest, vt eadem fides in alio magna, in alio parua sit? Immò verò, quînam huic Smidelini orationi congruit Apostolorum precatio, optantium suam sibi augeri fidem? Nostri quidem inprimis chari, pij, sanctique Maiores Scripta diuina sanioribus & perspicacioribus, quàm soleant occæcati hæretici, lectitârunt oculis atque intellexerunt. Viderunt enim duo quædam in fide [illegible] *attende*[illegible] *Primò, veritatem verbi* [illegible] *qu*[illegible] *iectum fidei: Deindè* [illegible] *qualitatẽ humani cordis, in* [illegible] *habitat.*

Dionys. Areopag. d[illegible] nis [illegible] ib[illegible]

[illegible] *ad verbi Dei veritatem* [illegible] *est ea neque ma*[illegible] [illegible] *siquidem Deus* [illegible] *Christus* [illegible] *verißimum* [illegible] *tis*

tis diuinæ neque maiorem, neque minorem esse posse, cùm in re quaque (vt Plato, Aristoteles et Cicero docent) plus vno verum esse non poßit: atque idcircò fides nostra, vna dicitur: sicut et vnus Deus, et vnum Baptisma. Ephes. 4. *Atque eam ipsam ob causam dicit Apostolus Iacobus: Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri IESV Christi gloriæ.* Iaco. 2. *Cuius quidem Apostolicæ orationis vigore, neque debet neq; potest fidei veritas ad personas accõmodari & dirigi, sed persona fidei veritate dirigenda est. Indè adeò est, quòd Pharisæi Domino dicebant: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritatę doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum.* Matth. 22. *Si ergo ... ulla est admittenda persona ... io, sed vnusquilibet, siue se... e iuuenis, sublimi vel humili ... m Catholicæ fidei veritatem*

 habe-

Sed quærat fortaßis Smidelinus, Si quidem vulgaris laicus, aut homo quilibet vnicam fidem prorsus integram habere debet, quînam fieri potest, vt eadem fides in alio magna, in alio parua sit? Immò verò, quînam huic Smidelini orationi congruit Apostolorum precatio, optantium suam sibi augeri fidem? Nostri quidem inprimis chari, pij, sanctíque Maiores Scripta diuina sanioribus & perspicacioribus, quàm soleant occæcati hæretici, lectitârunt oculis atque intellexerunt. Viderunt enim duo quædam in fide esse attendenda. Primò, veritatem verbi diuini, quæ est obiectum fidei: Deindè habitudinem vel qualitatē humani cordis, in quo fides inhabitat.

Dionys. Areopag. de Diuinis nominibus, ca. 7.

Quòd ergò ad verbi Dei veritatem attinet, non potest ea neque maior, neq; minor fieri: siquidem Deus ipse veritas est, vt de seipso Christus testatur. Atque hactenùs verißimum est, fidem veritatis

Iohan. 14.

tis diuinæ neque maiorem, neque minorem esse posse, cùm in re quaque (vt Plato, Aristoteles et Cicero docent) plus vno verum esse non poßit: atque idcircò fides nostra, vna dicitur: sicut et vnus Deus, et vnum Baptisma. Atque eam ipsam ob causam dicit Apostolus Iacobus: Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri IESV Christi gloriæ. Cuius quidem Apostolicæ orationis vigore, neque debet neq; potest fidei veritas ad personas accōmodari & dirigi, sed persona fidei veritate dirigenda est. Indè adeò est, quòd Pharisæi Domino dicebant: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Si ergò in fide nulla est admittenda personarum acceptio, sed vnusquilibet, siue senex sit, siue iuuenis, sublimi vel humili statu, vnam Catholicæ fidei veritatem

Ephes. 4.
Iaco. 2.
Matth. 22.

habere necessariò debet: cõsectarium est, D. Petrum neutiquàm maiorem in sua magna fide habuisse veritatem, quàm D. Thomam in sua parua. Itaque omnis hæc res in eo tandèm conquiescet, fidem maiorem atque minorem, auctiorem & tenuiorem fieri posse, non pro veritatis natura, sed pro humani intellectûs siue cordis habitudine. Vt enim Sol in seipso nunquàm neque augmentum, neque diminutionem sentit sui luminis, ac nihilo minùs non rarò vsuuenit, vt pro ratione & conditione domorum, et fenestrarum quæ in domibus sunt, in alijs ædibus clariùs fulgeat atquè in alijs: putà, per vitra luculenta illustriùs & splendidiùs. Enimuerò per atra vitra obscurius spargit lumen: per cærula, cæruleum: per viridia, viride: eadem est ratio veritatis diuinæ in fide Catholica: quæ tametsi in seipsa quædam perennis & sempiterna lux est, at tamen lucet pro qualitate &

con=

conditione humani intellectûs et cordis. In isto quidem & largiùs & elegantiùs, in illo verò aliquanto obscuriùs & parciùs: interìm tamen totum hoc ea conditione agitur, vt nulla poßit eße vera fides, in qua nō veritas ipsa, quantùm quidem vnicuilibet pro animæ suæ salute necessarium est, luceat vel splendeat.

Quod vt rectiùs poßit percipi & internosci, sancti Patres nostri fidei habitudinem in personarum respectu ità distinxerunt, vt indoctos quidem aßerant obligari ad habēdam fidem implicitam, doctos autem ad fidem explicitam. Eò pertinet illud D. Iob: Boues arabant, et asinæ pascebantur iuxta eos: quod exponens D. Gregorius, ait, per asinas accipi quosdam simpliciter viuentes & tardiores, qui prudentibus coniuncti, eorum intelligentia pascuntur. Debent enim indocti à suis Pastoribus et Doctoribus discere, quæcunque rectè credenda & non

Thomas secunda secūdae, quaest. 2.

Iob 1.

Gregor. in Moral. li. 2.

credenda ſint. Qui quidem ordo non inter homines duntaxat, ſed dubio procul etiam inter angelos in cælis, vt Dionyſius Areopagita teſtis eſt, ſinè vlla intermiſſione obſeruatur: ità vt diuinæ reuelationes per ſupremos angelicos ſpiritus alijs inferioribus ſpiritibus, atquè per hos demùm hominibus annuncientur. Atque etiam eundem ordinem beatus Apoſtolus Corinthijs his cõmendat verbis: Imitatores meî eſtote, ſicut & ego Chriſti. Porrò ex hoc ordine poteſt id citra dubium animaduerti & intelligi, tametſi fidei veritas incommutabilis eſt, tamen quòd ad eius habitudinem attinet, magnum inter homines diſcrimen inueniri.

De Celeſti Hierarchia, ca. 13.

1. Cor. 4. & 11.

Vt autem ſimplici laico horum ſit magìs obuia & prompta intelligentia, libet craſſam adhibere ſimilitudinem. Ponamus, Imperatorem cuilibet è ſubditis ſuis arcam plenã varijs clinodijs dono dare, nec vni tamen plura quàm alij, ſed ſingu-

latim

latìm singulis tantum, vndè & omnes et singuli diuites ac beati eße queant: euenire autem, vt alij è subditis illis ea clinodia optimè nôrint, quæq; sit vniuscuiusque vis, proprietas, dignitas, valor & precium, statuere & æstimare queant: contrà verò, vt in illorũ subditorum numero multò plures sint, qui licèt eundem acceperint clinodiorum thesaurum, non tamen singulorum proprietatem, vim, dignitatem, precium satìs calleant, atque eam ob causam ab alijs earum rerum peritis priùs percontari, quodq́ue illi constantèr dicant, tanquàm verum amplecti & credere debeant.

Eadem est ratio fidei explicitæ excellenti eruditione & magno acumine Doctorum, atque fidei implicitæ simplicium & rudium laicorum. Episcopi, Pastores et Doctores tenentur, fidei doctrinam explicitè probeq́ue aßequi, quô poßint (non tamen, nisi quatenùs vnicuique

cæ, quæ Romæ est, sese submisisse, quemadmodùm in memorato Concilio videre licet.

Si verò negent Luterani suas Ecclesias suaq́ dogmata cum illis populis conspirare & consentire, rursus illi tenebuntur indicare ac docere, vbinàm constans illa germaneq́ue Christiana pars, vndè illi suam originem, doctrinam, Ecclesias acceperint, in Catholica Ecclesia permanserit. Has in angustias cùm Luterani adiguntur, & vndiquè constricti et implicati tenentur, nec vllum aliud cernunt neque comminisci poßunt effugium: aiunt synceram & germanam illam Christianæ Ecclesiæ partem vbiquè toto orbe mansiße dispersam, sed tamen inuisibilitèr, neq; illud nominis, quòd Ecclesia sit, vnquàm habuiße.

Huic vano & commentitio effugio nihil iam neceßè est respondere: eundem enim in modùm ante mille ducentos annos

nos Donatistæ hæretici Catholicis respō-derunt, vt est suprà commemoratum, & diuus Augustinus in multis egregijs magnisque voluminibus fusè, exactè & solidè probat: adeò vt Luterus ipse et Melanchthon quoquè apertißima veritate planè conuicti, fateri coacti sint, Catholicam Christi Ecclesiam perpetuò fuiße visibilem, suumque visibile sacerdotium & publicum verbi ministerium indè ab initio vbiquè & semper in hanc vsq; horam habuiße. Atque eam ob rem vterq; tum Luterus, tum Melāchthon errorem hunc, inuisibilem eße Ecclesiam, quod in confeßionis Augustanæ Apologia docuerant, publicè reuocârunt, vt est videre in Locis Communibus Philippi, & plerisque alijs libris posteà in lucem editis.

Cùm ergò Luterani ipsi falsam hanc & erroneam exceptionem atque effugium palàm reuocârint, sitque per se Donatistica hæresis, hoc loco nihil opùs est fusio-

De Vnitate Ecclesiæ contra Donatist. Item cōtra Epistolam Parmeniani, lib. 3. Et contra Literas Petiliani, li. 3.

Luter. To. 2. Latino, fol. 148. & permultis alijs locis. Philippus in vltimis Locis Commun. In Examine examinandorum. In Bauaricæ Visitationis responsione.

fusiori disputatione: præsertim quandò Luterus ipse Epistola ad duos Parochos de Anabaptismo scribit hunc in modum: Si ergò sub Papa est Christianitas, non potest illa nō esse corpus et membra Christi. Quòd si corpus illius est, habet certè verum spiritum, verum Euangelium, fidem, Baptisma, Sacramentum, claues, verbi ministerium, preces, Scripta diuina, & quicquid Christianitas habere debet. Sumus tamen etiam nos omnes adhuc sub Papatu, & eiusmodi bona Christiana indè habemus. Hæc Luterus. Mihi verò constitutum est, modò Deus suam adspiret gratiam, de eadē ipsa Apostoli 2. ad Thessalo. 2. sententia proprium conscribere libellum, breuique typis excudendum curare.

Smidelin. H.4.fac.1. Tandèm ille more Papistarum omnium concludit Carbonarij fide, qui citra ullum dubium apud inferos Calefactor est, ut qui non potuerit fidei suæ rationem reddere, &c.

Quòd

Quòd Patres nostri sæpè gloriati sunt, non ex animi elatione, vt moris est Hæreticis, sed ex modestia et animi summissione, vt solent Christiani, velle se carbonarij fidem constantèr retinere, illud sanè non falso & prauo alicui, sed fortißimo verbi Dei fundamēto innititur. Non possunt certè non fateri etiam hæretici ipsi, fidem in alijs maiorem, in alijs minorem inueniri, maximè cùm & Apostoli ipsi rogâsse legātur: Domine, adauge nobis fidem. Luc. 17. *Vndè id certò conficitur, fidem apud alios magnam, apud alios exiguam esse posse. Atquì tamen, cùm non nisi vna sit fides, teste Apostolo, et sinè fide,* Ephes. 4. *vt idem ait, impoßibile sit placere Deo:* Hebr. 11. *prorsus indè consequens sit, Vnumquenlibet hominem Christianum, siue grandis ille sit, siue pusillus, siue iuuenis, siue senex, nobilis vel ignobilis, vnicam illam et indiuisam fidem omninò integram habere oportere.*

Sed quærat fortaßis Smidelinus, Si quidem vulgaris laicus, aut homo quilibet vnicam fidem prorsus integram habere debet, quînam fieri poteſt, vt eadem fides in alio magna, in alio parua ſit? Immò verò, quînam huic Smidelini orationi congruit Apoſtolorum precatio, optantium ſuam ſibi augeri fidem? Noſtri quidem inprimis chari, pij, ſanctique Maiores Scripta diuina ſanioribus & perſpicacioribus, quàm ſoleant occæcati hæretici, lectitârunt oculis atque intellexerunt. Viderunt enim duo quædam in fide eſſe attendenda. Primò, veritatem verbi diuini, quæ eſt obiectum fidei: Deindè habitudinem vel qualitatē humani cordis, in quo fides inhabitat.

Dionyſ. Areopag. de Diuinis nominibus, ca. 7.

Quòd ergò ad verbi Dei veritatem attinet, non poteſt ea neque maior, neq; minor fieri: ſiquidem Deus ipſe veritas eſt, vt de ſeipſo Chriſtus teſtatur. Atque hactenùs veriſsimum eſt, fidem veritatis

Iohan. 14.

tis diuinæ neque maiorem, neque minorem esse posse, cùm in re quaque (vt Plato, Aristoteles et Cicero docent) plus vno verum esse non poßit: atque idcircò fides nostra, vna dicitur: sicut et vnus Deus, et vnum Baptisma. Atque eam ipsam ob causam dicit Apostolus Iacobus: Fratres mei, nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri IESV Christi gloriæ. Cuius quidem Apostolicæ orationis vigore, neque debet neq; potest fidei veritas ad personas accõmodari & dirigi, sed persona fidei veritate dirigenda est. Indè adeò est, quòd Pharisæi Domino dicebant: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritatę doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicis personam hominum. Si ergò in fide nulla est admittenda personarum acceptio, sed vnusquilibet, siue senex sit, siue iuuenis, sublimi vel humili statu, vnam Catholicæ fidei veritatem Ephes. 4. Iaco. 2. Matth. 22.

habere necessariò debet: cõsectarium est, D. Petrum neutiquàm maiorem in sua magna fide habuiße veritatem, quàm D. Thomam in sua parua. Itaque omnis hæc res in eo tandèm conquiescet, fidem maiorem atque minorem, auctiorem & tenuiorem fieri poße, non pro veritatis natura, sed pro humani intellectûs siue cordis habitudine. Vt enim Sol in seipso nunquàm neque augmentum, neque diminutionem sentit sui luminis, ac nihilo minùs non raró vsuuenit, vt pro ratione & conditione domorum, et fenestrarum quæ in domibus sunt, in alijs ædibus clariùs fulgeat atquè in alijs: putà, per vitra luculenta illustriùs & splendidiùs. Enimuerò per atra vitra obscurius spargit lumen: per cærula, cæruleum: per viridia, viride: eadem est ratio veritatis diuinæ in fide Catholica: quæ tametsi in seipsa quædam perennis & sempiterna lux est, at tamen lucet pro qualitate &

conditione humani intellectûs et cordis. In isto quidem & largiùs & elegantiùs, in illo verò aliquanto obscuriùs & parciùs: interim tamen totum hoc ea conditione agitur, vt nulla poßit eße vera fides, in qua nō veritas ipsa, quantùm quidem vnicuilibet pro animæ suæ salute neceßarium est, luceat vel splendeat.

Quod vt rectiùs poßit percipi & internosci, sancti Patres nostri fidei habitudinem in personarum respectu ità distinxerunt, vt indoctos quidem aßerant obligari ad habēdam fidem implicitam, doctos autem ad fidem explicitam. Thomas secunda secūdæ, quæst. 2. *Eò pertinet illud D. Iob: Boues arabant, et asinæ pascebantur iuxta eos: quòd exponens D. Gregorius, ait, per asinas accipi quosdam simplicitèr viuentes & tardiores, qui prudentibus coniuncti, eorum intelligentia pascuntur.* Iob 1. Gregor. in Moral. li. 2. *Debent enim indocti à suis Pastoribus et Doctoribus discere, quæcunque rectè credenda & non*

credenda ſint. Qui quidem ordo non inter homines duntaxat, ſed dubio procul etiam inter angelos in cælis, vt Dionyſius Areopagita teſtis eſt, ſinè vlla intermiſsione obſeruatur: ità vt diuinæ reuelationes per ſupremos angelicos ſpiritus alijs inferioribus ſpiritibus, atque per hos demùm hominibus annuncientur. Atque etiam eundem ordinem beatus Apoſtolus Corinthijs his cõmendat verbis: Imitatores meî eſtote, ſicut & ego Chriſti. Porrò ex hoc ordine poteſt id citra dubium animaduerti & intelligi, tametſi fidei veritas incommutabilis eſt, tamen quòd ad eius habitudinem attinet, magnum inter homines diſcrimen inueniri.

De Cæleſti Hierarchia, ca. 13.

1. Cor. 4. & 11.

Vt autem ſimplici laico horum ſit magìs obuia & prompta intelligentia, libet craſſam adhibere ſimilitudinem. Ponamus, Imperatorem cuilibet è ſubditis ſuis arcam plenã varijs clinodijs dono dare, nec vni tamen plura quàm alij, ſed ſingulatim

latìm singulis tantum, vndè & omnes et singuli diuites ac beati esse queant: euenire autem, vt alij è subditis illis ea clinodia optimè nôrint, quæq; sit vniuscuiusque vis, proprietas, dignitas, valor & precium, statuere & æstimare queant: contrà verò, vt in illorũ subditorum numero multò plures sint, qui licèt eundem acceperint clinodiorum thesaurum, non tamen singulorum proprietatem, vim, dignitatem, precium satìs calleant, atque eam ob causam ab alijs earum rerum peritis priùs percontari, quodque illi constantèr dicant, tanquàm verum amplecti & credere debeant.

Eadem est ratio fidei explicitæ excellenti eruditione & magno acumine Doctorum, atque fidei implicitæ simplicium & rudium laicorum. Episcopi, Pastores et Doctores tenentur, fidei doctrinam explicitè probeque assequi, quô possint (non tamen, nisi quatenùs vnicuique

diuinitùs collatum est) articulos omnes Catholicæ fidei pro illorum latitudine, longitudine & altitudine & cognoscere & interpretari: putà, quid cuiuslibet articuli vis, indoles & proprietas in se contineat, vti, & quandò, et quorsùm omnes eiusdem Catholicæ fidei articuli, tum singulatìm singuli, tum generatìm vniuersi conducant & vtendi sint. Hac, inquam, ratione tenetur Episcopus, Pastor, Doctor, quotiès id poscitur, reddere rationem. At de simplici laicò longè alitèr sese res habet. Nam licèt is de quolibet Catholicæ fidei articulo non exactè disputare, neque singulorum articulorum subtiles & abditas quæstiones intelligere et explicare nôrit, vt tamen fidei suæ poßit rationem reddere, satìs est illi scire, quòd omnium fidei nostræ Christianæ articulorum expositionem in nulla alia nisi Catholica Ecclesia, quippe quæ eosdem articulos perpetuis temporib⁹ rectè ac probè

bè intellexerit, & exactè interpretata sit, inquirere, eamque, nisi animæ suæ iacturam facere velit, Orthodoxo ac simplici corde amplecti debeat: etiamsi eandem subtili ratione per omnia neque assequi, neque explicare possit: siquidem sufficere illi debet, vt cum carbonario illo hæreticis et satanicis quæstiõibus quibuscunque ità nôrit breuitèr respondere: Quòd ad subtiles & abditas, quæ de Catholica fide nostra extitêre, disputatiões pertinet, hoc ego credo, quod Catholica Christi Ecclesia credit: vicissimq́ (quotiescunquè id repetendum est) Catholica Christi Ecclesia hoc credit, quod ego.

Vt autem hanc carbonarij fidem aliquanto reddamus illustriorem ac euidentiorem, nôsse debet Lector, non hanc esse nostram mentem & sententiã, quòd vulgaris laicus de Catholicæ religionis nostræ doctrina nihil debeat penitùs habere comperti: immò verò debet & tenetur

ille scire, non posse se salutē adipisci sempiternam, nisi etiam partim explicitè nôrit (quantùm quidem eius saluti conducibile est) Catechismum suum, verbi gratia, duodecim symboli Apostolici articulos, decē præcepta siue Decalogum, precationem Dominicam, salutationem Angelicam, deniquè septem esse Sacramenta, & quædam alia scitu necessaria. Quatenùs autem hæc ipsa quilibet è populo Christianus, siue laicus explicitè tenere & intelligere debeat, testantur veterum sanctorum Patrum Homiliæ & conciōes quotidianæ, statis et solitis temporibus ad populum in templis habitæ: ex quibus sanè nemo docere poterit aut planum facere, ab imperitis & indoctis Laicis id exigi, vt vnicuilibet hæretico, vnū vel plures fidei articulos oppugnanti, de acutis illis & subtilibus, quas ille mouere poßit, quæstionibus rationem & responsum reddere nôrint. Nam si id ab

illis

illis necessariò exigeretur, quò se (obsecro) verterent, quidve faciendum illis esset? Certè actum de illis foret, nec vsquàm possent consistere, & mendacio obnoxia comperiretur illa sententia Scripturæ, A simplicibus inuenitur Deus, qui non tentant illum. Sap. 1. *Cùm autem ea sit voluntas & lex præpotentis Dei, vt in simplicitate cordis quæratur Dominus;* Sap. 1. *sitque fortitudo simplicis via Domini: haud absurdè indè potest colligi, quòd si simplicitas iustorū diriget eos: quòd item hoc casu, simplici & rudi Laico non sit necessarium, ad quaslibet veteratorias acutas & occultas hæreticorum quæstiones rationem reddere fidei suæ: sed quòd potiùs Carbonarij respōsum talibus reddere debeat, ità dicendo: Ego credo, quod Catholica Christi Ecclesia credit. Quod sanè responsum non solus ille indoctus Carbonarius reddidit, verumetiā longè doctissimus & excellentissimus Archiepiscopus*

Prou. 10.
Prou. 11.

pus

Epiphan. lib. 3. cōtra hæreses. *pus Athanasius, dum Epictetum Episcopum hæreticis omnibus hoc tantummodò dicere iubet: Ista non sunt Catholicæ Ecclesiæ, neque ista patres nostri senserunt. Quod (quæso) quid aliud est, quàm quod Carbonarius versutis mali dæmonis percontationibus respondit?*

Atquì Smidelino isthuc responsum non arridet, sed vult miserum, imperitumque Carbonarium cum hæreticis & dæmonibus absque vlla Scripturæ diuinæ idonea cognitione atq; peritia temerè manus conserere, corrixari, & in disputationem ingredi debere: quēadmodùm hæretici omnes perniciosissima temeritate non modò cum Catholicis, sed inter sese quoquè alij contra alios facere solent: Smidel. cōtra Catalogum fol. vltimo. *tametsi Smidelinus ipse in suo aduersùs prolixum Catalogum hæreticorum libro planè diuersum & scribit & docet publicitùs. Tu verò, inquit, Christiane Lector, nō te patiaris hominum istorum vocife-*

ciferatione perturbari, ſed permaneas in ſimplici fide tua: & quia iſtæ controuerſiæ magna ex parte ad doctos pertinent, qui multis quidem nominibus inſimulantur, ſed neutiquàm ea, quæ in ipſos conferuntur, admittere vel concedere volunt, nihil poteſt ſimplex Laicus facere conſultiùs, quàm vt his prorſus nihil ſeſe admiſceat, tum prætereà verbo Dei ſe confirmet, vt poßit cuilibet reddere rationem, non cuiuſlibet litis aut controuerſiæ iam enatæ, aut quandoquè fortaßis naſcituræ &c. Hæc ille Smidelinus.

Quæſo te Chriſtiane et amice Lector, obſerua & diligētèr animadverte, quàm hæ duæ iſtius Smidelini ſentētiæ vel opiniones inter ſe bellè conueniant & concordent. In libro illo, quem in me ſcripſit, ea in ſententia eſt et docet, Carbonarium debere ac teneri de quibuſcunque etiam ſubtilibus et magni ponderis ſuæ fidei articulis rationem reddere. Contrà verò in

ſuo

ſuo contra hæreticorum Catalogum libro, ait, vulgarem Laicum non obligari ad reddendam de quibuſlibet acutis & reconditis Chriſtianæ doctrinæ quæſtionibus rationem: ſed ſatìs illi eſſe, vt ex Catechiſmo Chriſtianæ doctrinæ capita teneat: at tamen hocipſum hac conditione, quòd hæc ſimplicitas, non ſit Carbonarij fides.

Si quis autem ex Smidelino hîc ſciſcitetur, quidnam vel plus vel minus depoſcat Carbonarij fides, quàm quod Chriſtianus ſimplex laicus in ſuo Catechiſmo nôſſe debet: nullum ille poteſt aliud reſponſum dare, quàm quòd ſimplici Laico ad animæ ſalutem ſufficiat, Catholicæ doctrinæ capita tenere: præterea verò ſinè vllo ſalutis ſuæ diſcrimine nihil neceſſè habeat, quicquàm occupare ſeſe omnibus illis, quæ Doctores de reconditis & ſubtilibus verbi Dei myſterijs diſputant, atque inter ſeſe tractant. Ex qua nimirùm

Smi-

Smidelini responsione id necessariò consequitur, vulgarem Laicum non obligari ad cōmodandam fidem Decretis sacrorum Conciliorum & Catholicæ Christi Ecclesiæ, cùm ea versutas & argutas Arrianā, Pelagianam, Manichæam, & id genus alias Sectas acutis et subtilibus disputationibus superant & condēnant.

An non autem prodigiosum est, talia istos affirmare? Debet inops Carbonarius vel indoctus Laicus id solū credere, quod in ipsius Catechismo expressè scriptū est: quæ verò vniuersa Christi Catholica Ecclesia contra hæreticos in subtilibus articulorum Catholicæ fidei expositionibus propugnauit, hodiéque propugnat & declarat, ea in dubium vocare, nec vllam ijs adhibere fidem debet: cùm tamē Catholicæ fidei nostræ Symbolum singulis quibusque id seriò præscribat, vt & credant & confiteantur vnam sanctam Ecclesiam Catholicam. Itaque ipsa luce meridiana

ana clarius eſt, tum Smidelinũ, tum hæ-reticos omnes eam in curam vel maximè incumbere, vt hunc ipſum Articulũ è ſymbolo fidei noſtræ funditùs eradant. Huc verò etiam pertinet infantium et paruulorum fides, qui etiam in ſola hac Catholicæ Chriſti Eccleſiæ fide baptizantur, quam pauper & imperitus Carbonarius ſuam ſtatuit fidem, eaque ſatanam et pariter hæreticos omnes profligat & vincit. Verùm huius diſputationis vela hoc loco viſum eſt contrahere, et in aliud tempus opportunius eam reijcere.

Smidelin. H. 4. fac. 1. *Iactat ille quidem, ſe multis annis nauâſſe operam Theologiæ, maximè apud Luteranos, apud quos etiam licuerit ipſi promoueri in Doctorem, ut Iudas fuit promotus in Apoſtolum.*

Equidem de magna eruditione vel ſcientia nunquàm me iactaui, neque neſcius ſum eiuſmodi quippiã de me iactandi nullam me habere cauſam. At tamen iſthuc ego benè noui, me per Dei gratiam

certò,

certò, perspicuè, et euidentèr comperisse, quàm perniciosè & calamitosè Luterus vnà cum omnibus Sectarijs, Symmystis & discipulis suis totum ferè orbem Christianum suis erroribus et imposturis non modò in haud vulgarem animorum dissensionem, maleuolentiam, & diffidentiam, quæ hisce annis quadraginta inter omnes Christianarum nationum omnium status & ordines cumulatim excreuêre, coniecerit, verumetiam vt & temporariam et sempiternam perniciem atque exitium illi attulerit. De quibus illorum imposturis, corruptelis & fraudulentis fallaciosisque machinationibus & artibus aliquot ego cistas habeo libris & epistolis plenas, quæ omnia opportuno tempore studio indefatigabili in apertam lucem proferre constitui.

Porrò quòd ad damna rei familiaris & quotidiani victûs, aliaque incommoda et casus aduersos attinet, quæ Catho-

 licæ

licæ religionis ergô perpessus sum, & à sanguinarijs ipsumque cruorem meum sitientibus aduersarijs meis nunquàm non impendére videntur, non admodùm questus sum: sed quicquid huius est, id ego in Deum Opt. Max. reieci, qui in illa die
Matth. 16. *redditurus est vnicuiq; mercedem iuxta laborem illius, siue bonus ille fuerit, siue malus.*

Smidelin. H. 4. fac. 1. Nihil autem illi contulerit exemplum Misniensis concionatoris, qui ob schismata nostra nusquàm potuit locum obtinere.

Exemplum illud Misniensis ecclesiastæ non mihi frustrà cõmemoratum est, accuratè pensitanti virus illud exitiale, quod apud horum temporum emergentes Sectas turpitèr dissectas, hincindè & ferè vbiquè spargitur. Neque enim quisquam inficiàs ire potest, vnãquamlibet hæreticam Sectam iactare et clamitare, suam doctrinam esse purum putum DEI verbum et luculentum Euangelion. Cùm au-

autem ab eis percontatur quiſpiam, vbinàm eiuſmodi doctrina in ſacris Biblijs expreſſè habeatur, quandã è diuinis ſcripturis ſententiam proferunt, cuiuſmodi etiam diabolus vſus eſt, cùm Dominum tentaret, dicens: Scriptum eſt, Quia angelis ſuis mandauit de te, & in manibus tollent te, &cæt. Itaque relicto Eccleſiæ trito & vſitato itinere, præcipitem mitte te deorſum è turri in iter veritati inuſitatum. Hoc ergò non neceſſarium, nihilque tritum, atque etiam periculoſum iter, vt è turri mittas te deorsùm, Smidelinus vult eſſe iter veritatis: nec apud illum quicquàm retuliſſet, cuicunque hæreticæ Sectæ, quocunque illa vocetur nomine, Miſnienſis ille cõcionator ſeſe adiunxiſſet: tantùm, nè ad Catholicos ſeſe reciperet. Matth. 4. Pſ. lm. 90.

Habes iam, Christiane Lector, quã tibi Moiſis Cathedram ſtatuat Staphylus, ſuper quã Scribæ ſedent, eam uidelicet, quam is occupat, de quo Smidelin. H. 4. fac. 1.

Apostolus ait, quòd extollatur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur &c.

Atheos ille & in Deum blasphemus Lucianus, impias suas narrationes, quibus Christianismum apud quosuis in contemptum adducere, ac tandèm subruere et euertere moliebatur, haud alitèr vsurpare & adhibere solet, atquè Smidelinus, nempè absque vlla probatione siue confirmatione, absque vllis testimonijs, citra vlla argumenta. Sanè quòd neque Romani Pontifices, neque alij Catholici Episcopi vnquàm sese in Catholica fide extulerint supra id quod dicitur Deus, prolixè nos & quantùm res postulat docere possumus. Quòd verò Luterus suam doctrinam et Augustanam confessionem idoli loco coli, & pro sempiterno puróque Dei verbo recipi & adorari iusserit, ipsa luce clarius est, multisque libris & fœderibus solidè constanterq; probari potest.

An non conati sunt Luterani prophe- tæ

tæ dies mutare et tempora? Luterus eam telam exorditus eſt, Carlſtadius & Caluinus porrò in rem conferre conati ſunt, nè Dominicus dies ſuo loco maneat, ſed in Sabbatum mutetur. Sic etiam an non in hunc vſque diem paßim videre licet, ſolennes ferias ſeu feſtos dies partìm abrogatos, partìm peruerſos & immutatos eſſe? An non Luterus & eius complices ac ſymmyſtæ, veteres illas laudatißimas Catholicæ Eccleſiæ leges & ritus aboleuerunt, atque conuulſerunt? contrà verò nouas et hactenùs inauditas inſtituerũt, obſeruarique mandârunt? Iſthuc nimirùm dubium non eſt, Spiritumſanctum per prophetam Danielem de hiſce extremis temporibus, et præſenti hac Luterana politia prædixiſſe. Dani. 7. & 11. *Eſt igitur ſuperuacanea & friuola ea Smidelini oratio, qua nititur in Pontificem & Catholicos cõferre, quæ ipſimet & fecêre hactenùs, & etiamnùm faciunt.*

EE 3 *E di-*

Smidelin. H.4.fac.2. E diuerso autem docuit, ueram Moisis cathedram, esse docendi munus, uel uerbi ministerium, in quo doctrina Moisis, id est, purum putum Dei uerbum absq; corruptione & deprauatione tractatur &c.

Moisis cathedra vt accipienda sit, solidis Scripturæ diuinæ authoritatibus, et germana verbi Dei intelligētia fusè exacteque demonstraui & docui: ad quæ tamen Smidelinus sat habet hoc vnicum reddidisse responsum, Veram Moisis cathedram esse purum synceruműq; Dei verbum, vti illud apud Luteranos purū putum est et prædicatur. Porrò cùm in hac Smidelini oratione totius negocij controuersia hæreat, fuisset id profectò cumprimis necessarium, vt nō satis putaret Smidelinus dixisse tantùm, Luteranos habere purum ac syncerum Dei verbum: sed etiam, quandoquidem Catholici Christiani omnes isthuc pernegant, solidis firmisque id planum faceret documentis atque fundamētis. Verùm Luterano Euan

geli-

gelistæ siue Prophetæ eiusmodi probatio necessaria non est: siquidē quisquis egregium se vult Luteranum præstare, citra vllam contradictionem fidem dictis eius commodare, eaque approbare debet.

Quantùm ad sacerdotum uitam pertinet, ait Staphylus, In ueteri esse prouerbio, sacerdotes et uirgines à solo Deo iudicari &c. Smidelin. H. 4. fac. 2.

Nunquàm ea in sententia ego fui, neque libri mei dicta eò detorqueri potuerunt, vitam Cleri offendiculis plenā castigari & corrigi minimè debere: sed hoc ego dixi, atq; etiamnùm dico, nulli mortalium fas esse, ob quorundam è clero improbos mores ab Ecclesia secedere, sectasque et schismata instituere, vti quondàm in Aphrica fecerunt Donatistæ, & hac tempestate Luterani faciunt in Germania: quandò è diametro cum isto pugnat luculentum Dei mandatum, prohibentis seruis suis, nè zizania colligerent. Vide 3. libros Augusti. contra Epistolam Parmeniani. Matth. 13.

Quarè hoc? Nè fortè colligentes, inquit, zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Quod vtiquè Christus Dominus non eò dixit, vt Augustinus contra Parmenianum Donatistam interpretatur, quòd flagitiosam Christianorum vitam legitimi Magistratûs seueritate nolit coërceri & puniri: sed hoc significare voluit, seruos, id est, subditos & vulgus hominum, quibus nulla demandata sint publica officia, nulla ratione eam sibi sumere debere potestatem, vt in hominum vitiosorum malam vitam pro suo arbitratu velint animaduertere.

Vide lib. 3. contra Parmen.

Enimuerò prauos mores & vitia cleri non decet nisi legitimos seu ordinarios Episcopos & Prælatos punire: quemadmodùm ciuilis Magistrasus pro sua authoritate potest in subditos seculares ob eorum errata & maleficia, merita supplicia & constituere, et executioni mandare. Quòd verò Apostoli ea sententia,

Au-

Auferte malum ex vobisipsis: non ad seculare m, sed Ecclesiasticam Iurisdictionem referenda sit, testis locuples est Diuus Augustinus, qui id prolixè docet libro 3. aduersùs Parmenianum Donatistam, vt ibidèm citra vllum dubium & congruam contradictionē perspici licet. 1. Cor. 5.

Sed neque puerilis ac leuis putanda est oratio D. Constantini Magni Imperatoris, qua is ad Episcopos vsus est, Deus, inquiens, vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoquè iudicandi, & ideò nos à vobis rectè iudicamur: Vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter eos expectate iudicium, & vestra iurgia, quæcunq; sunt, ad illud diuinum reseruentur examen. Ruffinus. Euseb. Eccles. Histor. li. 10. ca. 2. Nicephor. li. 8. ca. 16.

Apud Nicephorum hæc eadem sententia repetitur, ità vt dubium non sit, optimum Imperatorem Constantinum Magnum eam non alia mente vel sensu

protulisse, quàm qui à me commemoratus est. Imperator Valentinianus, qui quinquaginta ferè annis Constantino posterior fuit, hac in parte nō longè abfuit à Luteranismo, putans sui esse iuris & officij, de religionis negocijs et Episcoporū controuersijs statuere ac iudicare. At diuus Ambrosius fecit, quod imperterritum fidumque pastorem decebat, admonuitq́; Imperatorem his verbis: Pater tuus, Deo fauente, vir maturioris æui dicebat, Non est meum iudicare inter Episcopos: Tua nunc dicit clementia, Ego debeo iudicare. Quæ quidem Christiana D. Ambrosij admonitio apud pium illum & Christianum Imperatorem Valentinianum tantum effecit, quòd cùm esset de Ecclesiasticis negocijs interpellatus, hoc responsum Episcopis reddidit: Mihi quidē cùm vnus de populo sim, fas non est talia perscrutari: verùm sacerdotes, quibus hæc cura est, apud seipsos congregentur vbicun-

Ambros. Libr. 5. Epist. 32.

cunque voluerint, &c. D. Ambrosius, istique duo optimi Imperatores, non modò in veritatis cognitione consentiunt et conspirant, sed etiam satis indicāt legem hanc esse diuinam: quæ quidem, vt videmus, toto orbe Christiano annis mille quingentis in perpetuo nec vnquàm intermisso vsu permansit ac perdurauit. Itaque non est quòd vllus ciuilis vel secularis Magistratus sibi fas esse putet, Ecclesiastici Magistratûs, in corrigendis personis Ecclesiasticis, ius vsurpare & inuadere.

Cùm igitur Cathedra maneat in Ecclesia, sicut à Christo constitutum est, debent Christiani Magistratus præcauere, nè illi eam occupent, qui matrimonio & cibis interdicunt, &c. Smidelin. l. 1. fac. 1.

Nos quidem libentèr id concedimus, immò verò in Catholica Christi Ecclesia seuerè eam in curam incumbimus, nè quis eis in Ecclesia locus detur ac permittatur, qui coniugium & escas prohibent: siqui-

quidem Manichæi, Marcionitæ, Tatiani vetusti Hæretici vnà cum hæresi sua à Catholica Christi Ecclesia iam olìm damnati, profligati, et diris omnibus deuoti sunt, vt est à me suprà memoratum. Porrò quòd Smidelinus eò suam accommodat orationem, vt ostendat Catholicos Episcopos & Pastores matrimonium et cibos vetâsse, nullo id facit veritatis præsidio fultus. Neque enim Catholici prohibent nubere, multò etiam minùs cibis vti: sed Christianæ pietati consentaneum tradunt modum ac ordinem, vt tum coniugio, tum cibis rectè ac benè vtendum sit in honorem Dei et hominum salutem, vt æquè est suprà demonstratum.

Smidelin. I.1. fac.1. Et hactenùs quidem de prima libri huius parte, qua perspicuè indicatum & probatum est, Papistas non audere fidere sacris literis, adeóq; nec disputare uelle, nisi paritèr recipiantur Patres omnes, Conciliáq; & interpretationes ac Decreta omnia, &c.

Men-

Mendax & vanus iste Smidelinus vim & iniuriam nobis irrogat, dum falsissimè nobis affingit, quòd nolimus, vel nō simus ausi fidere S. Biblijs, quod equidem nec somniaui vnquàm: tantum abest, vt illud vspiàm meo in libro scripserim. Cùm enim Scriptura sacra sit verbum Dei et sempiterna veritas, quis tam erit audax & temerarius, vt dicere non dubitet, nolle se æternæ verbi diuini veritati fidere? Porrò quòd nos obtendimus, cum hæreticis non esse disputādum ex nudo textu & litera Scripturæ diuinæ, id propterea fit, quòd vnusquilibet hæreticus Scripta diuina pro suo cerebro & sensu torqueat, inflectat, interpretetur, nec in vlla interpretatione constantèr permaneat, quemadmodùm sectarijs & vertiginosis spiritibus omnibus vsitatum est, quippe qui, vt D. Iacobus ait, ceu viri duplices animo, inconstātes sunt in omnibus vijs suis. Iac. 1.

Qui-

Quibus autem rationibus permoti Catholici Theologi asserant, ex mera & sola Scripturæ sacræ litera, absque Catholico germanoque eiusdem Scripturæ intellectu, non esse disputandum cum Hæreticis, Tertullianus ante annos 1400. explicauit his verbis: Nè more Christiani semèl et iterùm, & sub duobus aut tribus testibus castigandus videretur: cùm ob hoc sit castigandus, propter quod cum illo non sit disputandum. Deindè quoniam nihil proficiat congreßio scripturarum, nisi planè vt aut stomachi qs ineat euersionẽ, aut cerebri. Ista hæresis nõ recipit quasdã scripturas, et si quas recipit, adiectionibus et detractionib⁹ ad dispositiõem instituti sui interuertit: Et si recipit, non recipit integros: et si aliquatenùs integras pstat, nihilo minùs diuersas expositiones cõmentata conuertit. Tantùm veritati obstrepit adulter sensus, quantùm et corruptor stylus, &c. Hæc ille.

De præscriptionib. Hæretic.

Quod quidem etiam Imperatorē Theodosium permouit, vt inter Catholicos et Arianos Episcopos Dialecticas disputationes omnes, quæ ex nudo Scripturæ textu peti possent, amoueret, solasque priscorum S. Patrum & Catholicæ Ecclesiæ testimonia produci, ex ijsque explorari iuberet, quid ab vtraq; parte vel sanum vel prauum depræhendi posset.

Sed hîc quærat fortaßis Smidelinus, ad quid Scripturæ diuinæ textus conducat & conferat, si non sit solus citra vllam expositionem recipiendus. Responsum esto: Ad hoc ille conducit, quòd glossa sinè textu esse nō potest, vtì nec textus sinè gloßa. Si textus eße debeat, adsit etiam expositio oportet: nec expositio esse potest, nisi textus adsit. Hæc enim duo ità inter se apta sunt & connexa, vt ab inuicèm non poßint diuelli ac separari. Quamobrem ad Theßalonicens. scribit Apostolus: Itaq; fratres state, & tenete 2. Theſ. 2.

nete traditiones, quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ex qua Apostoli oratione S. Patres perspexêre, verbi Dei veritatem duplicis generis Traditionibus compræhensam ac declaratam, putà textu scripto, quem Græci vocant ἔγγραφον, et vero Catholicoq́; Scripturæ intellectu, quem illi ἄγραφον appellant. Vt enim Chrysostomus, Nazianzenus, Clemens Alexandrinus, Oecumenius, Theophylactus, et reliqui sancti Patres omnes hunc Apostoli locum interpretantur, vtrasq; has Traditiones censent eiusdem ponderis & dignitatis esse, ἀξιοφύλακτα ἀμφότερα. vt Oecumenius habet, et, vt Chrysostomus, ἀξιόπιστα, id est, eiusmodi traditiones seu traditæ doctrinæ, quæ pari precio pro fide dignis amplectendæ, seruandæ, credendæ, confitendæ sint.

Quòd quidem ad priores scripti Textûs Traditiões attinet, Catholicis cum Luteranis nulla est controuersia vel dissensio,

sensio, quatenùs tamen Luterani scriptorum diuinorum libros & partes omnes, vt ea nobis à sanctis Apostolis & eorum successoribus tradita sunt, paritèr nobiscùm recipiunt et agnoscunt. Porrò quòd ad posteriores germanæ Catholicæq; intelligentiæ Traditiões spectat, inter nos & Luteranos præcipua lis est et controuersia. Nos enim Catholicum verbi diuini intellectum recipimus, ab Apostolis & eorũ successoribus S. Patribus, adeoq; vniuersali Christi ecclesia toto orbe Christiano bona fide & inuiolatum ac incorruptum nobis ceu per manus traditum et commendatum.

Hîc iam Smidelinus respondere debebit ac dicere, à qua Catholica ecclesia, à quibus S. Patribus, Concilijs & Maioribus ipsis sua expositio tradita sit. Ecquid verò facit Smidelinus? Videlicet dicit ille, Papistas non audere fidere S. Biblijs: immò nolle in disputationem ingre-

di, nisi etiam omnium S. Patrum et Conciliorum interpretationes ac Decreta pariter recipiantur. Quibus verbis hoc ille innuit, ipsum non nisi nudum Sacræ scripturæ Textum recipere, & Iudicis loco habere velle: porrò Catholicam genuinamque interpretationem, quam sacra Concilia sanctiq; Patres semper & vbiquè docuêre, prædicauêre, atq; alij alijs in manus tradidêre ac propagârunt, ferre ac pati nolle: sicque ille dimidiam verbi diuini partem, eam quæ viuificat, præcidit ac detruncat, nudam verò scripti te-
2. Cor. 3. *xtûs literam, quæ occidit, retinendam putat.*

Equidem perquàm audire velim, quînam hac in re Iacobus Vulcanius cum Vulcanio Iacobo conspirare queat. Vulcanius Iacobus hoc loco palàm confitetur, Luteranos in Colloquio Vuormatiensi pati noluisse, vt vnà cum scripto sanctorum Bibliorum textu Catholicam ac genui-

genuinam Conciliorum & S. Patrum interpretationem habeamus. Contrà autem eodem libro scribit Iacobus Vulcanius hunc in modum:

Postquàm autem Staphylus docere incipit, ut agnoscendum sit, quænam uera Moisis Cathedra sit uel non, principiò duo adfert crassa ac benè opimata mendacia. Primum est, dum Luteranis concionatoribus falsò impingit illos asserere, solam scripturam sacram legendam, nulli expositioni fidem habendam. Alterum, dum ait eos docere, S. Patrum scripta non nisi hominum commenta esse, non Dei uerbum, ideoq; necessè nō esse fidem illis commodare. Hæc, inquam, duo sunt crassa & impudentia mendacia, quæ nec responsione ulla digna censeam. Et si quidem homo simplex & nullius lectionis ista scriberet, patientèr ferendus & rectiùs instituendus esset. Quandò uerò iste Bullatus Doctor secùs audiuit & legit, ac benè nouit se Luteranis uim et iniuriam inferre, diuino permittendum est iudicio, qui hanc audacem malitiam probè nouit castigare & punire. Charissimi præceptores nostri felicis memoriæ, S. Patrum expositiones nō modò ipsi studiosè legerunt, sed etiam suis discipulis idem faciendum Smidelin. F. 3. fac. 2.

accuratè mandârunt: at tamen ea cõditione, quod Augustinus quoquè fecit, ut non omnibus credāt quæ illi scribunt, sed quæ tum scriptorum diuinorum authoritate, tum sufficientibus rationibus probent.

Quàm hæretici omnes constantes sint in doctrinis suis, innumeræ testantur ac docent opiniones ac sectæ tam miserè dissectæ. Vt etiam Smidelinus cum Smidelino ipso consentiat, Christianus & pius Lector tum ex hoc, tum ex alijs locis perpendere & æstimare poterit. Est autem sanè præclara illa & lepida exceptio, S. Patres, vt ait Smidelinus, legendos quidem esse, sed hac tamen conditione, vt non omnibus, quæ illi scripserint, fides adhibeatur, sed quæ vnusquilibet eos lectitans putet scripturis sacris conuenientèr eos scripsisse: atque ijsipsis tamen tandèm, quandoquidem in Ecclesiam tot insignes errores cumulatìm irrupêre, nulla prorsùs commodetur fides, sed soli ac nu-

do

do S. Bibliorum textui adhæreatur. Sic nanque ille concludit aduersùs primam libri mei partem:

E diuerso autem, inquit, quàm bona fide nos præmoniti sumus, quãdoquidem in Ecclesiam tam ualidi errores cumulatim irruerunt, sicut est à Christo & Apostolis dictum, nè uspiam præterquàm apud Scripturæ sacræ fontem hæreamus ac permaneamus, quemadmodùm etiam luculentèr indicatum & probatum est. Smidelin. 1. 1. fac. 1.

Sed quînam tandèm probatum esse potest, cùm id ipsusmet modò affirmet, modò neget, nec vspiàm vlla in sententia constans perseueret? Vt autem huic operis huius parti finem imponam, Christianum & pium Lectorem summè oratum velim, vt istius certaminis & controuersiæ capita secum ipse accuratè perpendat, id haud vulgaritèr pensitandò, totum primæ huius partis negocium duabus illis quæstionibus contineri: Prima quidem, Num necessè sit scripturam sacram interpretari, an potiùs sufficiat nudum ha-

bere & lectitare textum: Altera verò, si interpretatio necessaria putanda est, quænam pro vera & genuina habenda sit: vtrúmne potior ea sit, qua nos Catholici vtimur: an verò illa, quam Luterani depromunt.

Quòd ad primam Quæstionem attinet, comperis hoc palàm Christiane & amice Lector, tum apud Smidelinũ, tum ipsa rei veritate apud hæreticos omnes, esse illos duplici animo & inconstantes: quippè qui alibì dicant et fateantur, scripta diuina esse interpretanda seu exponenda: mox alibì verso folio asserant satìs esse, vt sola habeatur scriptura sacra, neque vspiàm necessariam esse Conciliorum & S. Patrum interpretationem.

Hæc viperina soboles virus suum habet non in faucibus tantùm, verùm etiam in cauda. Quandò Luterus vel Luterani cum Catholicis certant, nulla sanctorum Patrum, adeoq́ nec totius Orbis Chri-

Christiani interpretatio aliquod pondus habet, sed agi tum necesse est, quod Luterus ipse scribit: Deponite quicquid armaturæ suppeditant Orthodoxi veteres, Theologorum scholæ, authoritas Conciliorum & Pontificum, consensus tot seculorum ac totius populi Christiani. Nihil recipimus nisi scripturas &c. Quod Orthodoxi docuerunt, quod authoritas Ecclesiæ tradidit, quod populus Christianus amplexus est, quod Scholæ defendunt, exitiabile venenũ est satanæ. Nolo iudicium, sed requiro obsequium: neq; quenquam vel tantillùm moueat multitudo, magnitudo, latitudo, profunditas, miracula, sanctitas Ecclesiæ Sanctorũ: omnes periêrunt, si ità senserunt vt scripserunt. Hæc ille Luterus.

Luter. de Seruo Arbitrio contra Eras. Erasm. in I. Hyperasp. cotra Lute.

Rursus autem vbi Lutero res & lis est cum suis symmystis et Sectarum complicibus, sententia cõtraria verissima sit oportet, clamatq; tum ille: Fatemur sub

Luter. in Epistola ad duos Parochos de Anabaptismo. Tom. 2. Germa. fo. 267.

Papatu multum esse boni Christiani, immò omne bonum Christianum, atq; indè etiam ad nos peruenisse: nempè fatemur in Papatu esse veram Scripturam sacram, verum Baptisma, verum altaris Sacramentum, veras claues ad peccatorum remissionem, verum verbi ministerium, verum Catechismum, putà, Orationem Dominicam, Decem præcepta, fidei Articulos &c. Et paulò pòst: Dico equidem, sub Papa esse veram Christianitatem, immò ipsam Christianitatis præstantiam, multosque probos & eximia sanctitate pditos homines. Hæc Luterus.

Cùm autem Luterani acriùs oppugnantur, atque ipsa veritate eò tandèm adiguntur, vt non possint non fateri, necessariam esse scripturæ diuinæ genuinā interpretatiōem, iam mox illa sese offert quæstio, vtrius partis interpretatio potior & verior sit. Quòd ad nos Catholicos attinet, confitemur atque etiam pollicemur,

mur, nos irrefutabilitèr & liquidò probaturos, testatumque facturos, expositionem verbi DEI, quæ inpræsentiarùm apud nos extat, semperque in vsu fuit, ab ipsis Apostolis promanâsse, et per eorum successores in toto orbe Christiano traditam, plantatam, atque ad nos vsque inuiolatam perductam esse. Cui nostræ Christianæ & legitimæ pollicitationi vel oblationi, Luterani nullum omninò aliud responsum possunt reddere, nisi quòd eiusmodi Catholicum, Christianum, sanctũ in vera verbi Diuini intelligentia consensum et concordiam nullo pacto admittere vel recipere velint. Vndè sanè potest vnusquilibet citra vllam tergiuersationem id colligere ac statuere, Luteranos Christianæ fidei consensionẽ & concordiam, petulantèr, procacitèr & dedita opera reijcere, atque è diuerso destinata animi peruicacia ac temeritate constituisse, totum orbem Christianũ omni-

genis hæresibus & schismatibus dilacerare ac discerpere, & si eis res succedat ex sententia, etiã prorsus ac penitùs perdere & delere.

Quod nimirùm Reges, Principes & Magnates omnes debẽt ex animo secùm ipsi perpendere, suosque concionatores citra vllam contradictionem eò adigere, vt diuini verbi intellectum, ab ipsis Apostolis prædicatum, & per eos successoribus illorum purum, syncerum ac inuiolatum traditum, recipiant & amplectantur, resq́ controuersiosas omnes illo concilient & componant. Quod nisi fecerint, equidem id illis certò affirmauerim, non modò non in toto orbe Christiano, sed etiam, quod tamen longè minùs est, ne in ipsis quidem proprÿs ditionibus, oppidis & vicis suis pacem & concordiam ipsos vnquàm effecturos.

AL-

ALTERA RESPONSIO IN DEFENSIONEM APOLOGIAE, CONtra Iacobum Smidelinum, concionatorem Goppingens. De Sacrorum Bibliorum in vulgare idioma Tralatione.

DVPLEX est *Scripta diuina interpretādi ratio: Vnà, cùm idioma aliud in aliud trāsfertur: Altera, cū sensus et germanus intellectus verbi Dei exponitur ac declaratur. De posteriori hac ratione in parte prima librorum meorum,*

orum, quantùm quidem necessitas posce-re videbatur, sic satis disputatum est. De altera verò priori nonnihil quidē dictum est in secunda parte Apologiæ meæ, quod tamen hîc repetere visum est, sed breuissimè, paucis duntaxat prauæ & corruptæ Lutericæ versionis adducendis exemplis. Antè autem quàm id aggrediar, respondere compellor Smidelini plerisq; commentitijs atque famosis calumnijs: quanquàm idem etiam prima huius operis parte pro necessitate fecerim.

Equidem in Apologia mea scripsi, non esse necessarium, immò verò periculosum vulgari, indocto, curioso populo, vel id genus Laicis S. Biblia tota legenda permittere: eamq́ue sententiam, prout res poscere videbatur, satis explicui et declaraui, vndè quilibet nullo posit negocio animaduertere, me Imperatores, Reges, Principes, Magnates, immò etiam alios doctos, peritos, intelligentes homines

mines nequaquàm inter indoctos vulgares laicos et curiosum populum numerâsse, cuius tamen Smidelinus apertissimo mendacio me insimulat. Probè ego compertum habeo, principes, magnates, aliosque eruditos ac prudentes homines, qui tamen sacris initiati non sint, comparatione eorum, qui in sacris Ordinibus sint, laicos dici: at rursus tamen comparatione indocti & curiosi populi sat scio Imperatores, Reges, Principes, Comites, Magnates neutiquàm simplices & vulgares laicos, multo minùs indoctum & vulgarem populum appellari.

Quòd populi Iudaici regibus mandatum est, vt Deuteronomium haberent secùm, legerentq́ illud omnibus diebus vitæ suæ, nullo pacto eam in partem interpretandum est, quòd reges teneantur coram Deo arcana omnia scripturæ diuinæ mysteria lectitare, eaque rimari ac perscrutari, sicut suprà de Valentiniano Impera- Deut. 17.

Eccle. Hist. lib. 10. cap. 12. *peratore indicauimus: ac multo etiam minùs ità accipiendum est, quòd reges, principes, magnates iure possint sacerdotalia sibi in Ecclesia vsurpare ministeria: id*
2. Reg. 6. *quod præpotens Deus in Oza quidē mor-*
2. Para. 26. *te subitaria, in Ozia verò rege lepræ plaga horrenda seuerissimè vindicauit. Ex quibus sanè memorabilibus exemplis facilè potest animaduerti, Deū Opt. Max. eiusmodi curiositatem in imperito, indocto ac minimè vocato populo nulla ratione impunè abire permissurum.*

Neque tamen Smidelinus docere poterit, me vel dixisse vel scripsisse, vulgares laicos à sacris Biblijs prorsus arcendos: cùm ego consulendi modo dixerim, fortassis nō inconsultum fore, si indoctis laicis selectiora quæq; scripturæ diuinæ, quæ in Romanum Breuiarium accuratè sunt cōgesta, legenda pmittantur, quemadmodùm in Apologiæ meæ parte altera fusè dictum est. Itaque non nisi petulantissima

tissima, Smidelini calumnia est, quòd is eo me nomine traducit, quasi ego principes & magnates inter porcos & in curioso ac imperito vulgo numerârim. Iam ergò rem ipsam aggrediar, & primò quidem, vt hactenùs feci, Smidelini ipsius verba adducam, ac deindè responsionem meam illis subiungam.

Itidèm debebat Staphylus, insignitèr eruditus ille Doctor, scripta Diuina lectitâsse, memimisséq; quid in Actis Apostolicis de ciuibus Berrhoeæ scriptum sit &c. Smidelin. 1.2.fac.21

Smidelinus docere ac planum facere debet, curiosis, imprudentibus, indoctis laicis vel vulgaribus hominibus scripta diuina rimandi & perscrutandi diuinitùs factam esse potestatem: & eccè procedit ille in medium, & ex Actis Apostolicis profert concionē Pauli & Silæ, Actor. 17. *aitque auditores illos quotidiè scrutatos esse scripturas, si quæ Apostoli dicebāt, ità se haberent. Sed facit Smidelinus, vt*

ſolent Hæretici omnes: detruncat ab hoc textu, quæ Apoſtoli ipſi genuinæ ſententiæ promendæ vel declarandæ cauſa ſcripsêre. Neque enim in textu illo habetur, auditores, ſiue vulgarem curioſum populum vel id genus laicos, ſed nobiliores qui erant Theſſalonicæ, quotidiè ſcrutatos eſſe ſcripturas, ſi hæc ità ſe haberēt, quæ ab Apoſtolis dicebãtur. Quàm igitur bellè inter ſe conſentiunt, vulgarem & curioſum, itemque nobiliorem eſſe? An verò nullum eſt apud Smidelinũ diſcrimen inter infimam plebis fæcem, & primates ciuitatis? Quandò Smidelinus hãc Actorum Apoſtolicorum ſententiam legit, non fuit illi ad manum perſpicillum ſuum, vt totum textũ probè inſpicere, dictionemq́; illam, Nobiliores, potiùs quàm vulgus ignobile legere poſſet.

Smidelin. l. 2. fac. 2. Fortaßis ille iuxta ſuam regulam, quẽdam ex priſcis Patribus conſuluit, qui hoc illi dixit: Immò uerò uetuſtum illum Doctorem Theophylactum

ctum producit, cuius hanc dicit fuisse sentētiam: nanque alium non habet quem proferat. Sed quid si ego doceam Staphylum in Theophylacto insigne flagitium designâsse, illiq; impegisse, quod ille uir bonus nec somniârit unquàm?

Tam est sublimis & excellens Theologus Smidelinus, vt nunquàm legerit verba hæc, Vobis datum est nôsse mysteria regni cælorum, æquè apud Marcum & Matthæum, atquè apud Lucam haberi: ac multo etiam minùs compertum habuerit, Theophylactum non minùs in Marcum, quàm in Lucam scripsisse commentaria. Quòd ad meam Theophylacti allegationem, & germanum huius sententiæ intellectū pertinet, in prima huius operis parte multa satìs documenta & argumenta produxi: quibus etiam in præsens contentus ero: id solùm admonēs Christiannm ac pium Lectorem, vtì suprà quoquè feci, vt vnusquilibet caueat sibi ab execranda illa superbia & animi Matth. 13.

elatione, qua iam plerique ſimplices homines temerè inflantur, putãtes nulli non id pro animæ ſuæ ſalute neceſſarium, vt tam ſit ſublimitèr & egregiè in ſcripturis diuinis eruditus, quàm fuêre beatiſſimi Chriſti Apoſtoli: cùm tamen interim iſti homines curioſi in ſua iuuentute ac deincèps non dederint operam myſterijs regni cælorũ à ſuis legitimis & ipſis præfectis præceptoribus ac Doctoribus probè perdiſcendis: ſed perſuaſum habeant, modò per ſeſe pro ſuo imprudenti cerebro multùm ſcripta diuina rimentur, ilicò ſe myſteriorum regni cælorum cognitionem adepturos: neſcientes interìm, aliud eſſe donum Dei, generalem habere boni & mali diſcretionem & ſcientiam: atq; aliud, myſteria nôſſe regni cælorum. Quamobrem locum hunc D. Chryſoſtomus ità interpretatur: Omnis quidem intellectus de Spirituſancto eſt, & gratia Dei eſt: tamen alia gratia, quam Deus omnibus homi-

In. Matth. cap. 13.

hominibus creando donauit: alia est, quã non omnibus hominibus, sed dignioribus & excellentioribus, & electioribus donat. Sicut paterfamiliâs multa mancipia habens, omnibus quidem mediocrem vestem dat, mediocrem annonã dat pro debito dominij sui: quia nec potest esse seruus eius, nisi ab illo vestitus fuerit & nutritus: quibusdam autem fidelioribus circa se, dat meliorem vestem & delicatiorem annonam, non propter debitum dominij sui, sed propter bonos mores eorũ: Sic & Dominus generalem gratiam, id est, intellectum boni et mali omnibus dat pro necessitate naturæ: quia nec videmur esse homines ad imaginem Dei creati, nisi habuerimus diuinum intellectum. Dignioribus autem dat specialem gratiam, vtputà cognoscendi mysteria &cæt. Hæc ille.

Dubitationem igitur nullam habet, donum Dei mysteria probè intelligendi

siue cognoscendi, non simplicitèr cuilibet absque omni illius studio & conatu quotidiano obtingere, vt hîc Chrysostomus asserit. Itaque non potest non vehementèr mirum videri, quòd indocti quidam è vulgo, S. Biblia & lectitare et interpretari non dubitant: alijs etiam persuadere nituntur, vt suis proprijs volatilibus cogitationibus fidem adhibeant, cùm tamen toto vitæ suæ spatio nunquàm eiusmodi studio adhibiti fuerint, nunquàm vllam ei operam nauârint, neque à Deo precibus isthuc vnquàm contenderint, sed vel mechanico opificio, vel negociationi addicti fuerint.

Cùm autem id genus homines ad scripta diuina euoluenda animum appellũt, euenit illis, quod Christus Dominus ait,
Matth. 13. *vt videntes non videãt, et audientes non intelligant. Isthuc autem ipsum non videre, & non intelligere, præpotens Deus nonnunquàm illis facit cedere in bonum.*

Nam

Nam si quid in scripturis cernere vel intelligere possent, fortaßis cognita mysteria contemnerent, iisve abuterentur, atque indè hæreses fabricarent. Itaq; The- In 8. caput Lucæ. *ophylactus alibì hunc locum ità interpretatur: Vobis datum est scire mysteria regni Dei, hoc est, vobis quærētibus vt discatis. Omnis enim qui petit, accipit. Reliquis verò, qui Sacramētis indigni sunt, obscurè dicuntur: & existimant quidem se videre, sed non vident: et audiunt quidem, sed non intelligunt. Atque hoc in illorum bonum: nè enim magis condēnentur, quòd cognita mysteria spreuerint, ideò ab illis ea Christus abscondit. Qui enim cognoscit & contemnit, grauiora supplicia meretur. Hæc ille.*

Equidem in Apologia mea his vsus sum vērbis: Quinam sunt illi, quibus Dominus loquitur, Vobis datum est? Nimirùm Apostoli & eorum discipuli. Qui verò illi sunt, quibus datum non est, sed qui

per parabolas discere debeant? Ij videlicet, quibus præstat mysteria nescire &c. Quid verò isthæc mea oratio aliud secùm adfert, quàm quod Theophylacti, dicentis: Atque hoc in illorum bonum: nè enim magis condemnentur, quòd cognita mysteria spreuerint, ideò ab illis ea Christus abscondit? Quodnam hîc igitur nequam facinus designaui? Quidnam illi insano ac rabido Smidelino ansam præbuit, loco memorato tam atrocitèr & impotentèr in me debacchandi, ac fulmina verborum iactandi, dum ità vociferatur & scribit: Psy, te probrosum ac desertorem nebulonem. Hoccine est propugnare Euangelium? Ità nimirùm apud Luteranos scorta in publicis lupanaribus optimi erunt concionatores.

Quandò verò indocti vulgaris Laici scripturæ Diuinæ mysteria p omnia eum in modum, quo Episcopi & Doctores ea nôsse debent, capere et intelligere nequeunt,

unt, at nihilo minùs fieri non potest, nisi quippiã de mysterÿs Incarnationis Christi assecuti sint, & ità vt par est credãt, vt salui esse queant, quẽadmodùm Scholastici Doctores nostri ea de re solidè disputant: idcircò prima huius operis parte quæstionem hanc, De germano scripturæ sacræ intellectu, vt ea à Catholica Christi Ecclesia accipiatur & intelligatur, necessariò ꝓposui: & quæ illic dicta sunt, ÿs hoc loco etiam contentus ero, nè rem eandem totiès repetere necessè sit. Thom. Aquin. 2. 2. q. 2.

Ego mihi necdùm persuadere possum, illustrissimum ac generosissimum Principem & Dominum, D. Albertum Ducem Bauariæ &c. hæc uel eiuscemodi nôsse de hoc uiro desertore &c. Smidelin. l. 3. fac. 2.

Hic Smidelini paragraphus eam depromit orationem, quam illius personam magìs decet scribere, quàm me pro mea persona refellere & confutare. Certè illustrissimus ac generosissimus princeps & Dominus, Dominus Albertus Comes

Palatinus Rheni, Dux superioris ac inferioris Bauariæ, clementißimus Dominus & princeps meus, per Dei gratiam tam est heroico ac sublimi ingenio et animo præditus, vt eiusmodi versipelli & seditioso Consiliario neutiquàm opùs habeat. Idemipse clarißimus Princeps in sacrosanctæ Trinitatis nomine baptizatus est in vera Catholica Ecclesia, in qua etiam charißimi Maiores eius ante annos mille vndis salutaribus tincti & salui facti sunt. Et nisi plerique alij ab eadem Ecclesia defecissent, meliori fortassis loco & statu essent res nostræ.

Quòd autē vir iste sceleratus & contumeliosus conuicijs & contumelijs me proscindit, & quàm potest summa ignominia afficit, id ego committo præpotenti Deo, qui ait, Mihi vindictam, & ego
Deut. 32. Rom. 12. *retribuam. Neque enim ego hanc in regionem Ingolstadij furtim aut proditoriè irrepsi, sed nôrunt plerique omnes, me*

nul-

nullam aliã ob causam hoc in loco sedem mihi delegisse, quàm vt vnà cum meis nõ tantùm fide Catholica corde retinenda, sed etiam corporali præsentia inter Catholicos Christianos esse & degere queam, vti nè post obitũ meum chariss. coniunx & proles meæ ab Luteranis hæreticis lupis seducantur, & secundùm animas iugulentur ac deuorentur. Itaque Smidelino cum toto perdito ac deplorato grege suo insultantèr dictum sit, si ausi sunt, ad legitimi iudicis subsellia aliquod inhonestum facinus mihi vt obijciant. Non sum apostata vel desertor, non me Luteranis adstrinxi, nec vlli Luterano vnquàm Sacramento me obligaui ad vllam vel amplectendam vel propugnandam Sectam, multóque minùs iuraui me in illa velle permanere. Neque sum homo nequam, sed vbicunquè vixi, ità me gessi, vt si res postulet, aut opportunitas

non desit, non dubitem aut verear ad ea redire loca.

Sed neque scripto, neque sermone asseueraui, principes, magnates, magistratus & subditos venerandis Sacramentis indignos esse, siue eos ad dãnatorum numerum pertinere, quod Smidelinus in hoc suo opusculo palàm facit, & pleraq; alia his cohærentia. Si verò Smidelinus legitima ratione & certò atque solidè eius me conuincere poterit, equidem hoc ipso corporis, famæ, & facultatum mearum iacturam libèns faciam. Atque eam ob rem, vt etiam antè, ità nunc rursùm propter Deum oratum velim illustrissimum ac generosissimũ principem & Dominum, Dominum Christophorum Ducem Vuirtenbergens. &c. clement. Dominum meum, vt iuris naturalis (quod etiam Turca Tartaro non negat) contra Smidelinum prosequendi pro sua clemen-

tia

tia copiã mihi facere velit. Sic enim ego de præpotente Deo mihi polliceor, rem omnem eò perductũ iri, vt quilibet ipsis suis oculis videre possit, vter nostrûm ꝓ honesto vel inhonesto habendus sit. Interim hoc ego me Psalmo consolabor, in quo rex Dauid ità loquitur: Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam. Quanuis autem difficile sit pro inimicis precari, non tamen secùs decet nos, qui Christo nomen dedimus, sed inuocandus et implorandus nobis est Deus, vt hostes nostros ab improbo illo conuiciandi spiritu, qui ex illis loquitur, scribit, maledicit, sæuit & debacchatur, clementèr liberet, eisque impertiat veritatis lucem, spiritum mansuetudinis & pacis, vt ad veram Catholicæ fidei agnitionem, & Catholicæ Christi Ecclesiæ vnitatem & concordiam reduci & pertingere queant. Psalm.108.

Secundò etiam aliam quandam Principes & Smidelin. l.3. fac.2.

Magna-

Magnates sentẽtiam obseruare debent, quamobrem ipsis Biblia lectitanda non sint, nempè quòd Christus dixerit, margaritas non esse mittendas ante porcos.

Smidelinus oẽs suas vires salutemque omnem periclitatur, nec quicquam relinquit intentatum, non quô falsa sua possit tueri dogmata, & Catholicam nostram sanamq́; doctrinam euertere: sed vt personam ille meam apud principes & magnates, atque adeò apud omnes vbiquè in odium & inuidiam adducere queat. Ea de causa præcipua & ipsissima causæ & negocij huius capita tacitus prætereuebitur, atque hincindè duntaxat explorat & inquirit, possit ne vspiàm voculam quandam appræhẽdere, quam addenda falsa sua interpretatione in meî infamationem ac detrimentum acuere et exasperare possit. Dixi ego, fortassis non inconsultum fore, si indocto, curioso ac minimè vocato seditiosoq́; vulgari populo

pulo non fieret potestas tota Biblia lectitandi & rimandi, vtì nè margaritæ verbi Dei porcis mittantur, quod Christus vetat. Atque hanc meam orationem in prima Apologiæ meæ parte multis circunstantijs abundè declaraui, ac deindè in prima huius libri parte fusè repetij, eumq; in modum explicaui, vt indè nulli Laico, siue magnus ille sit siue paruus, sublimis vel humilis conditionis siue statûs, vllum incommodum, quin ingens potiùs vtilitas expectanda sit.

Atquì Smidelinus verba mea hac additionè interpretatur, Per hos (nempe, indoctum & curiosum vulgum) accipiuntur Laici, id est, reges, principes, comites, nobiles, ciues, rustici &c. in summa, viri & mulieres, quotquot vncti non sunt. Atque ex hac falsa ac peregrina ab illo verbis meis attexta glossa, Smidelinus ille arte vulcania huiusmodi conficit Syllogismum:

Lai-

Laicis copiam facere vulgaria Biblia lectitandi, margaritas ante porcos mittere est:

Atqui Imperator, reges, principes, comites, magnates, sunt laici,

Itaque à Staphylo illi inter porcos numerantur.

O grande messer porco/ *næ tu subtilis & acutus es Philosophus. Apud me quidem nullã id habet dubitationem, multo te meliùs versatum in Analyticis porcorum, quàm Philosophorum: dignus eo nomine, qui porcino balneo honoreris. Quæso te, pie Lector, animum huc aduerte. Dixi equidem consultum non esse sacra Biblia vulgaribus, curiosis, non vocatis laicis lectitãda permittere, nè margaritæ ante porcos mittãtur. Ecquid verò agit hîc porcus Vulcanius? Subtexit & ait, Imperatorem, Reges & Principes esse laicos: itaque illos me sues appellare, quibus nõ sint sacrorum Bibliorum*

mit-

mittendæ margaritæ. Eoipso enim, quòd iste vir parùm suî memor verba mea falsò interuertere ac peruertere molitur, seipsum in foueam præcipitem agit, quam mihi foderat. Nam si quod ab illo contra me allatum est Argumentum, in legitimam velit formam adducere, hac ratione illud constet oportet:

Non est consilij, curiosis, indoctis, non vocatis vulgaribus laicis S. Biblia lectitandi potestatē facere, nè margaritæ ante porcos mittantur:

Porrò reges, principes & magnates sunt (sic enim debebat subinferre Smidelinus) curiosi, non vocati, indocti, vulgares laici,

Itaque Regibus, Principibus et Magnatibus non est permittendum Sacra vt Biblia lectitent, nè margaritæ porcis mittantur.

Insanus iste et delirus phantasta identidèm mihi porcos obiectat, sperans eoipso posse

posse se omnium in me animos concitare: atque interim tamen non videt nec intelligit, se sinè vlla causa tam fœdè ac turpitèr labi, dum Imperatores, Reges, Principes, Magnates in vulgari, curioso, non vocato populo numerat. Itá ne ergò tamdiù ille Doctor gentium fuit, nec tantum adhuc assecutus est & didicit, vt Imperatores, Reges, Principes & Magnates (quòd quidem ad intelligētiam in rebus omnibus attinet) à simplicibus, imperitis, vulgarib9 laicis secernere nôrit? Nullúmne ergò discrimen ille inuenire potest inter curiosum vulgus & principes? inter non vocatos fabrorum seruos, lictores & carnifices, atque ordinatos sacerdotes? Neque enim ego simplicitèr dixi de laicis, sed de vulgaribus laicis, qui literis operam non nauârint: non de sublimi intelligentia prædititis Imperatoribus, Regibus, Principibus, Comitibus, Magnatibus, & alijs excellentèr eruditis laicis,

sed

sed de curioso ac imprudente populo: non de vocatis eoque destinatis & ordinatis hominibus, sed de non initiatis sacris, insulsisque & ineptis (qualem se Smidelinus ipse vocat) Suermeris & circulatoribus. Neque etiam dixi non esse mittendas margaritas ante Imperatores, Reges, Principes & Magnates: sed consului nè mittantur non vocatis, curiosis, seditiosis, importunis porcis, quales multi in vulgari populo inueniuntur, quē Smidelinus cum sua cohorte perniciosissimè seduxit, & aduersùs veterem ac approbatam Catholicæ Ecclesiæ doctrinā miserandum in modum odio inflammauit, neque inflammare desinit.

Sanè oratum velim Christianum Lectorem, modò veri cognoscendi ipsum cupido incessat, librum meum vt cum Smidelini confutatione conferat: ità haud dubiè comperturus, quàm bonus, honestus & integer vir sit Smidelinus, luceq;

clariùs perspecturus, me illustres personas & Dominos impuro illi animanti ne minimo quidem verbo comparare voluisse, sed multo etiã magìs dedisse operam, vt eos ob Catholicam religionem, et tum publicam in Catholica Christi Ecclesia pacem, tum principalem suam in proprijs ditionibus celsitudinem asserendam, tuendam, conseruandam, incitarem & adhortarer, vt huic grauissimo & maximi momenti negocio vel tandèm quandoquè aliquanto accuratiùs intendant, legendo, cogitando, pensiculando.

Quòd si autem hac in parte rectè atq; ordine zelari & indignari quis velit, iustiùs quidem id fecerit aduersùs Luterũ ipsum. Is enim cùm in libello suo erga Angliæ regem adulatoriè sese submisisset, porrò paulò pòst eius rei pœnitentia duceretur, alium scripsit librum aduersùs eundem ipsum regem, quo indicat ipsum illius, quam præ se tulisset, (licèt fal-

Luter. ad Regis Angliæ scriptũ contumeliosum. Tom. 6. fo. 449. fac. 2.

falsò) humilitatis pœnitere, aitque: Ego proh dolor non obtemperaui admonenti Seruatori, nè margaritas mitterem ante porcos. Matth. 7.

En hîc ille Regem Angliæ non modò porci loco habet, ſed ſuam etiam verſutam, malignam, fraudulentam ſummiſſionem ceu quandam verbi diuini margaritam vult haberi. Quo item loco idemipſe Imperatores, Reges et Principes habuerit, quâve eos obſeruantia coluerit: haud obſcura ille oratione teſtatur, dum publicè edito ſcripto, non ſolùm porcos, ſed etiam præcipuos moriones, & deterrimos nebulones ac tyrannos eos proclamat. Sed ab huiuſmodi furioſis, rabidis, factioſis ſpiritibus ſeruet nos rerũ omnium præpotens & ſempiternus Deus.

Idem uult ille etiam magis plenum facere, ſuam'q; opinionem in quadam Iudaica fundat fabula, quæ aperta uanitas eſt: uidelicet quòd, quia ſcriptura ſacra non habet uocales, ſed tantùm Smidelin. l. 4. fac. L.

consonãtes, nemo eam legere potuerit præter 72. Seniores: alijs uulgaribus fuerit incognita, nec eã legere quiuerint.

De S. Bibliorum mysterijs, vtque illa à Septuagintaduobus Senioribus in Israelitico populo lecta, intellecta, exposita et translata sint, præcipui S. Patres et Martyres, Iustinus, Irenæus, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, Hilarius, Augustinus, Eusebius, Nicephorus, pluresque alij copiosè et concorditèr scripserunt. Quòd autem ijsdem 72. Senioribus scripturæ diuinæ mysteria meliùs & lecta & intellecta fuerint quàm alijs, paucis hîc ex D. Hilario demonstrabo, cuius hæc verba sunt in Psalmum 2.

Iustin. in Parænet. Irenæus li. 3. cõtra Valentin. Clemens Alexan. lib. 1. Strom. Augustin. in quæst. in Gen. quæst. 169. & De Ciuit. Dei lib. 13. Galatinus de Arcan. Catho. verit. lib. 1. ca. 3. Eusebi. Eccle. Histo. lib. 5. ca. 8. Nicepho. li. 4. ca. 14.

Nam idem Moses, quanuis veteris Testamenti verba in literis condidisset, tamen separatim quædam ex occultis legis secretiora mysteria septuagintaduobus Senioribus, qui Doctores deinceps manerent, intimauerat. Cuius doctrinæ

etiam

etiam Dominus in Euangelijs meminit, dicens: Super cathedram Mosis, inquit, sederunt Scribæ & Pharisæi: Omnia ergò quæcunque dixerint vobis, seruate et facite: secundùm verò facta eorum nolite facere. Doctrina ergò horum mansit in posterum, quæ ab ipso scriptore legis accepta, in hoc seniorum & numero & officio conseruata est. Hi itaque Seniores libros hos transferentes, & spiritualem secundùm Mosis traditionem occultarum cognitionum sciẽtiam adepti, ambiguè lingua Hebraica dicta, & varia quædam ex se nunciãtia, secundùm virtutes rerum, certis & proprijs verborum significationibus transtulerũt, doctrinæ scientia multimodam illam sermonum intelligentiam temperantes. Et ex eo fit, vt qui posteà transtulerunt, diuersis modis interpretantes, magnum gentibus attulerint errorẽ: dum occultæ illius à Mose profectæ traditiõis ignari, ea quæ am- Matth. 23.

biguè lingua Hebræa cōmemorata sunt, incertis ipsi indicijs ediderunt. Hæc Hilarius.

Sanè hanc historiam non è suis digitis exuxit Hilarius, sed ab Iosepho Historico, à D. Iustino Martyre, à Clemente Alexandrino, et id genus plerisq; alijs accepit, qui suis ipsi oculis in Pharo insula Cellulas sua adhuc ætate conspexêre. Neq; dubium est, Dominum Deum hoc Septuagintaduorum numero singulare quoddam mysterium compræhendisse & occuluisse. Sunt enim, teste Clemente Lib. 1. Stromatum. *Alexandrino & nonnullis alijs, septuagintaduo discreta idiomata. Moises quo-* Num. 11. *què 72. Seniores è duodecim tribubus Israëliticis delegit. Christus Dominus præter duodecim Apostolos, sibi itidèm* Luc. 10. *72. discipulos designauit, èosq́; in totum orbem dimisit, addita illis omnium cognitione linguarum, quô gentes omnes ad Christianā religionem traducerent. Vndè*

dè etiam ex Apostolica traditione in hūc vsque diem mos ille inoleuit & permansit, vt vnaquælibet Natio vltra quosdā alios Episcopos suum Primatem vel Archiepiscopum habeat & agnoscat. Anacletus Epist. 3. de Patriarchis & Primat.

Cùm sint igitur duo & septuaginta discreta idiomata, nec quælibet Natio aliarum calleat idiomata, sed is duntaxat, qui ea didicerit, nullam id habet dubitationem, 72. Seniores in populo Israëlitico typum gessisse 72. Discipulorum Christi, qui præter Apostolos, verbi Dei & fidei Catholicæ mysteria septuagintaduobus distinctis populis, quātùm quidem illis ad salutem necessarium & conducibile fuit, referare et explicare debuerint. Quod nimirùm totum ex diuina ordinatione eò spectauit, vt adimpleretur prophetia Malachiæ, dicentis: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirunt ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Eum locum, & Mala. 2.

præcipuè quòd Propheta ait, sacerdotem
In 2. cap Malachiæ. *esse angelum Domini, D. Hieronymus exponens, Angelus autem; inquit, id est, nuncius, sacerdos Dei verissimè dicitur, quia Dei & hominum sequester est, eiusque ad populum nunciat voluntatem: & idcircò in sacerdotis pectore, rationale est, & in rationali, doctrina & veritas ponitur, vt discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem Dominicæ veritatis.*

Ex his potest liquidò absque vllis inuolucris perspici, sacerdotem, qui verbũ Dei annunciare debeat, inter Deum & homines sequestrum vel mediatorem appellari, non quidem redemptionis mediatorem vel sequestrum, quod vni Christo
1. Tim. 2. *competit, mediatori Dei & hominum: sed mysteriorum verbi diuini, quæ Doctores ex Deo per Apostolos & eorum successores accepêre, suisque porrò subditis & ad suam parœciam pertinentibus dispen-*

dispensare & communicare tenentur.

Itaque quemadmodùm iam antè, ità etiamnùm hac ego in sententia permanéo, idque pronuncio, indoctos et non vòcatos Laicos debere verbi diuini & legis mentem & intellectum, quantùm eorum saluti necessarium est, ex ore sacerdotis discere, & nec minima ex parte in id incumbere, vt S. Biblia ex præsumpta opinione & propria temeritate legant, mysteria diuina in illis recondita imbecilla ratione sua scrutentur & explanent, vel etiam controuersiosos Articulos explorent: sed si quid in illis lectitare velint, vt id non absque consilio pastorũ suorum omni cum obedientia & Dei timore faciant, semperq́; sibi enixè caueant à præsumpto, temerario & pernicioso iudicio. Quòd ad sententias Deuteronomij 17. et Actorum 17. attinet, superiùs respondi, nec hîc repetere visum est.

An non autem malitiæ hoc est, quòd huc ex- Smidelin. l. 4. fac. 2.

emplum regis Vziæ adducere non ueretur, eius qui lepra percussus fuit, cùm adolere uellet incensum, quod huc prorsus nihil quadrat?

2. Reg. 6.
Num. 16.
Quærit Smidelinus, quînam exempla regis Oziæ, itemq; Ozæ, atq; etiam Core & Abironis huc quadrent. Sed hac ille quæstionè prorsus non habuisset opus, si meminisset illam in mea Apologia expressè motam, atq; etiam illi satisfactum esse. Sic enim illic ego scripsi: Quarè non immeritò consulendum est laicis idiotis, vt à curiosa Bibliorum lectione abstineant: Primò quidem eo nomine, nè, quod presbyteris vel Senioribus, id est, sacerdotibus solis pro illorum functione demādatum est, id ipsi sibi temerarij vsurpent: quod quidem Dominus Deus in Ozia rege, 2. Para. 26. Num. 16. *in Core quoquè, Dathan & Abirone grauißimè animaduertit. Deindè verò eam ob causam, quòd in propatulo sit, quātam perniciem in totum orbem Christianum ea res inuexerit, & adhuc inuectu-*

nectura sit, si laicis illiteratis liberum sit, pro ipsorum arbitrio et curiositate sacras literas rimari ac perscrutari.

Credo equidem Smidelinum toto vitæ suæ spatio nec tantillum quidem didicisse ex Petro Hispano, vt nôrit posse argumentum à genere ad speciem duci. Sacerdotum sibi vsurpare ministerium Deus in rege Ozia, in Oza, in Leuitis Core, Dathan & Abiron non siuit impunè abire. Cùm autem rude, indoctum, curiosum hominum vulgus sacra Biblia lectitat, rimatur & scrutatur, sacerdotum sibi vendicat ministerium. Non est ergò dubium, quin ob eiusmodi importunam vsurpationem Deus in curiosum vulgus sit animaduersurus. Eiusmodi Christiana & amica commonitione ego in piorũ simplicium Laicorum gratiam & commodum vsus sum, vtì nè falcem suam mittant in alienam messem, & vsurpando sibi quæ ad sacerdotum functionem pertinent,

tinent, Dei in se iram et vltionem prouocent: quæ mihi etiam causa fuit eius, cuius postremò memini, exempli commemorandi.

Smidelin. K.1. fac.1. Alterum argumentum hoc est: Deindè uerò, inquit, in propatulo est, quantam perniciem in totum orbem Christianum ea res inuexerit, & adhuc inuectura sit, si Laicis illiteratis liberum sit, pro ipsorum arbitrio & curiositate sacras literas rimari ac perscrutari.

Ex lectione Germanicè redditorum S. Bibliorum multa extitisse horrenda et ingentia incommoda, neque potest, neque ausus erit Smidelinus negare. Et vt Hæreses taceam, quæ innumeræ indè ortæ sunt, solùm vnam atque alteram historiam, quæ in rebus prophanis acciderint, huc adscribam. Fuit pictor quidam in Prussia, artis suæ sic satis peritus, sed præterea ingenio admodùm curioso. Is Luteri Germanica Biblia cùm emisset,
Gen.19. *in ijsque legisset, vt filiæ Lot cum patre suo concubuerint, mox illi in mentem incidit,*

cidit, haud dubiè ex instinctu mali dæmonis, vt itidèm ipse quoquè attentaret cum sua filia: nec diù pòst, cùm iam rem ad effectum perduxisset, cœpit eius rumor in vulgus increbrescere. Cumq; habita de illo quæstione, sciscitarētur, quidnam illum ad tam abominandum scelus impulisset, nihil potuit respondere aliud, quàm se id in sacris legisse literis.

Itidē Monasterij accidit, dum Anabaptistæ obsidione premerentur. Fuit in eo oppido mulier quædam, quæ cùm incidisset in historiam Iudith et Holofernis, sedulò eam lectitauit, atque tandèm eam indè hausit deliram opinionem, posse se quoquè idem præstare quod Iudith fecerit. Itaque iactabat illa, velle se Episcopum Monasteriensem clàm in castris iugulare, sicque populum ea obsidione liberare. Sed res illi incommodè cecidit, nec idem fuit successus & euentus, qui in Iudith: siquidem suo sanguine id flagitium Iohan. Gastius Brisac. Lib. de Catabaptist.

lue=

luere compulsa est. Cùm autem ex ea perquirerent, quìnam tam audax & temerarium facinus aggredi ausa fuisset, respondit se in S. Biblijs simile quid legisse, sperâsséque non minori se, atquè Iudith, esse sanctitate præditam.

Sleidanus lib.10. *Ecquid verò aliud sartorem illum Iohannem Leydensem Monasterij regem fecit, nisi quòd tum ipse, tum eius socij in Biblijs Germanicis legerant, in Iudaico populo duodecim fuisse principes, atque vnum primarium ducem, nomine Iosua, qui Cananæos et alios populos ferro profligaret, séque populumq́ suum in eorum regionem & oppida induceret ac collocaret? Idem in Biblijs legerat sanctos Patriarchas multas habuisse vxores, & Apostolorũ tempore Christianos suas res in commune contulisse: persuasumq́ habuit, quandoquidem in diuinis literis isthæc legerẽtur, apud ipsos quoquè eadem omnia institui & fieri debere. Vndè autem*

tem Grubenheimeri hæretici barbaram illam disciplinam hausêre, vt noctibus in suis conuenticulis adunati, lumina extinguerent, & nefandas turpitudines exercerent? Non aliundè sanè, nisi quòd in Biblÿs legissent, Crescite & multiplicamini. Atque eius generis impiæ, turpis et nefariæ spurcitiei vel sexcēta possim exempla commemorare, si rei oportunitas pateretur. At huius nulla habita ratione, acutum inprimis & subtile Smidelinus argumentum opponit, his verbis:

Vide Aeneã Syluium in Historia Boëmorum.

Gen. 1. & 9.

Et si uerò, inquit, Staphyli argumentum ualere debeat, equidem ui id ab illo extorquebo, quòd neque ipse, neque quisquam unquàm mortalium, eorum qui Christo nomen dederint, uinum potare debeat: cùm in aperto sit, quid indè mali consequatur &c.

Smidelin. K. 1. fac. 2.

Rectè quidem id dicitur, & sic habet omnium sapientum sententia, rem quampiam, quæ in seipsa bona sit, propter abusum aboleri minimè debere. Sed neq; tamen

men minùs verum est, Smidelinum non attendere, ob notabilem quendam et magnum abusum, interdùm rectum alicuius rei vsum vel ad tẽpus amoueri, vel nonnihil restringi et angustiùs contrahi posse. Olim Lacedæmones cum alijs Græcis vini nomine disputationem susceperunt. Lycurgi consilium fuit, vites paßim excindendas, neq; permittendum vt vinum cresceret, quemadmodùm hodieque Turcæ faciunt. At huic sentẽtiæ cæteri Græci sese obycientes, aiebant vineas nequaquàm tollendas esse, neque ob vini abusum vineas extirpandas. Porrò vir sapiens Phytalmius inter vtrosque mediam complexus sententiam: Maneat, inquit, vinea, & propiùs adducatur riuulus: hoc ipso significans, vites quidem auferendas non esse, sed vini abusum aqua castigandum esse, vti sic homines aquæ admixtione temulentiam et multa alia incommoda poßint euitare.

Plutarchus in lib. περὶ ἠθικῆς ἀρετῆς.

Ità

Ità ergò etiam Catholica Christi Ecclesia, ceu prudens materfamiliâs, non omninò lectionem omnem Scripturæ diuinæ interdixit, sed illis eàm mandauit, qui rectè ac ordine eò vocati sint, eaque legitimè vti nôrint. Porrò indoctis curiosis laicis legendi Biblia facultatem nonnihil eoipso castigauit et restrinxit, quòd ex omni scriptura diuina ea extraxit & excerpsit, quæ vulgaribus indoctis laicis pro animæ salute commoda & vtilia esse queant.

Quod uerò Staphylus præter æquitatem laicis attribuit, id Hieronymus ad sacerdotes et Staphylinianos sacrificos refert, ità scribens in Oseam cap. 9. Veteres scrutans &c. Smidelin. K.1. fac. 2.

D. Hieronymus sapientèr inprimis hac de re loquitur: ait in veteribus historijs se inuenire non potuisse, scidisse Ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerant & prophetæ. De qua san- In caput 9. Oseæ.

II cti

cti Patris oratione prorsus nihil ambigo, quin ea nō aduersùm me, vt Smidelinus putat, sed potiùs pro me militet: quandoquidem imperiti Laici nunquàm vsqueadeò in sacerdotum ministeria sese ingesserunt, sibiq́ue ea vsurpârunt, neq; tantam vnquàm S. Biblia vel alios codices lectitandi occasiōem habuêre, quàm hac tēpestate, qua typographia extitit. Nam olìm quidem vix diues parochus integra habuit manuscripta Biblia: tantum abest, vt tenui fortuna indoctus Laicus eiusmodi superfluos sumptus & operam ea in re ponere voluerit. At nūc posteaquàm Chalcographia reperta est, & facili precio libri obtineri possunt, sacraq́; Biblia Germanicè translatà sunt, plerique importuno ac insolenti ingenio homines, ex hac cōmoditate ansam arripiunt Biblia lectitandi, ac pro suo arbitratu rimandi: quod procul dubiò non fieret, si tanta Germanicorum Bibliorum copia occasionem

non

non suppeditaret. Itaq; si hac nostra ætate D. Hieronymus nouas historias legeret, diceret profectò, in veteribus quidem historijs non inueniri, laicos hæresum fuisse architectos, sed in nouis id cumulatim extare. An non Casparus Zuencfeldius homo laicus est? immò sanè hac quidem in parte simplex laicus, qui vix quatuor verba latinè didicerit: et nihilo minùs peculiarem quandam eamque grandem Sectam instituit. Georgius David an non itidèm laicus fuit? et tamen nihilo ille minùs habuit factiosi spiritûs, quo populum seduceret. Quin etiam sartor ille Iohannes Leydensis, itemq; Knipperdolingus, pluresque alij apud Monasterienses, non quidem sacerdotes, sed laici fuêre, atque interim nihilo seciùs egregias fabricârūt sectas, populumque miserè seduxerunt: quanquàm miseri isti & indocti laici eiusmodi tumultus, schismata et euersiones p se excitare minimè potuissent, nisi Lu-

 terus

terus illis sua Germanica Bibliorũ versione, alijsque suis Germanicè conscriptis libris, vt suprà adduxi, frigidam suffudisset.

Itaque hac in parte non est à vero aliena D. Hieronymi sententia, non nisi sacerdotes populum seduxisse. Vt enim in veteri est Prouerbio, Indoctꝰ vir vel laicus non est hæresum architectus. An verò Luterus, Pomeranus, Iustus Ionas, Carlstadius, Zuinglius, Oecolampadius & plures alij factiosi homines, non vel sacerdotes, vel monachi fuêre? Atq; isti ipsi Hæresiarchæ sua Germanica interpretatione alijsque scriptis hanc in cæcis ac imperitis Laicis curiositatem excitârunt, sensimque eò rem perduxerunt, vt tandèm per iam dictos hæresiarchas, hæreticos, factionum duces isthæc miseranda, inaudita, exitialis in Orbe Christiano scissura & schismata præualuerint, magnoque in vigore sint.

Est etiam ea D. Luteri uera regula, qui uelit Biblia legere, eum non debere intellectum secum adducere, sed ex ipsis Biblijs haurire. Quod tamen non ea mente dictum est, ut Staphylus interpretatur, quasi nulla debeat homo esse intelligentia præditus: sed ea fuit Luteri mẽs, debere unumquemlibet sese ad scripturam, non ad suum cerebrum scripturam accommodare & dirigere &c. Smidelin. K. 2. fac. 1.

Non est ea improbanda Regula, hominem sese intellectui scripturæ, nõ scripturæ intelligentiam suo cerebro accommodare debere. Atque eam ob rem si Luterus in suis scriptis id spectâsset, non posset hactenus repræhensioni patere, præsertim quòd ad illos pertinet, qui non illotis manibus & pedibus ad lectitanda S. Biblia sese cõferunt. Atqui verò prorsus isthuc à Luteri mente alienum fuit, indoctum laicum, vel quẽlibet alium priùs manus pedesque lauare, & incircumcisum cor suum nonnihil repurgare et expolire debere, vti hac præparatione adhibita, dum S. Bibliorum lectioni incum-

bit, genuinum Scripturæ diuinæ sensum tantò puriùs & synceriùs haurire, priuatumque sui cerebri sensum tanto faciliùs aliò relegare queat. Isthuc, inquam, à Luteri sententia longè fuit alienum, sed docuit ille, nulla esse laico præparatione opùs: quandoquidem Philosophia & artes aliæ, veræ capeßendæ verbi Diuini intelligentiæ neutiquàm neceßariæ sunt, poße rusticum quemlibet (sunt enim pro Luteri sententia Christiani oẽs θεοδίδακτοι, seu docti à Deo) verũ scripturæ sensum, modò eam legat tantùm, indè elicere.

In lib. de Christiana libertate.

Hanc autem Luteri opinionem perniciosam eße et erroneã, potest ex cõmuni experiẽtia statui ac ꝓnunciari. Sapiens ille ethnicus Cicero suo Trebatio scribens, Cogitare debebis, inquit, nullam artem literis sinè interprete, & sinè aliqua exercitatiõe percipi poße. Hanc ob causam Eunuchus ille Candaces reginæ dixit ad Philippum: Quomodò poßum (intelli-

Epist. fami. lib: 8. ad Trebat.

Actor. 8.

telligere Esaiam Prophetam) si non aliquis ostenderit mihi? D. Gregorius Nazianzenus perpensis ingentibus illis in scriptura diuina reconditis mysterijs, admonet eos, qui S. Biblia lecturi sint & tractaturi, vt ità se comparent, nè ἀνίπτοισ χερσὶ καὶ ἀμυήτοισ ποσὶ τοῖσ ἁγιωτάτοισ ἑαυτοὺσ ἐπάγωσι, *i. illotis manibus & prophanis pedibus ad res sanctißimas & diuinas sese ingerant.*

Naziazenus De exilio ad Pontum.

D. Augustinus integrum scribit librum de Catechizandis rudibus, ijs qui ab Ethnicismo ad Christianam religionem sese transferre vellent, adfertque egregias & magni momenti rationes, quamobrem neceßum sit eiusmodi homines diù satis antè institui, ijsque Christianæ doctrinæ summam, hoc est, Catechismum proponi: atque vbi hanc Quæstionem prolixè tractauit, eam adducit causam, quòd periculosum sit id genus homines citra vllam præparationẽ ad Sacramenta et Catholicæ Ecclesiæ doctrinam

Libro de Catechizãdis rudibus.

bit, genuinum Scripturæ diuinæ sensum tantò puriùs & synceriùs haurire, priuatumque sui cerebri sensum tanto faciliùs aliò relegare queat. Isthuc, inquam, à Luteri sententia longè fuit alienum, sed docuit ille, nulla esse laico præparatione opùs: quandoquidem Philosophia & artes aliæ, veræ capessendæ verbi Diuini intelligentiæ neutiquàm necessariæ sunt, posse rusticum quemlibet (sunt enim pro Luteri sententia Christiani oẽs θεοδίδακτοι, *seu docti à Deo) verũ scripturæ sensum, modò eam legat tantùm, indè elicere.*

In lib. de Christiana libertate.

Hanc autem Luteri opinionem perniciosam esse et erroneã, potest ex cõmuni experiẽtia statui ac ꝓnunciari. Sapiens ille ethnicus Cicero suo Trebatio scribens, Cogitare debebis, inquit, nullam artem literis sinè interprete, & sinè aliqua exercitatiõe percipi posse. Hanc ob causam Eunuchus ille Candaces reginæ dixit ad Philippum: Quomodò possum (intelli-

Epist. fami. lib. 8. ad Trebat.

Actor. 8.

telligere Esaiam Prophetam) si non aliquis ostenderit mihi? D. Gregorius Nazianzenus perpensis ingentibus illis in scriptura diuina reconditis mysterÿs, admonet eos, qui S. Biblia lecturi sint & tractaturi, ut ità se comparent, nè ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ἀμυήτοις ποσὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἑαυτοὺς ἐπάγουσι, *i. illotis manibus & prophanis pedibus ad res sanctissimas & diuinas sese ingerant.*

Nazianzenus De exilio ad Pontum.

D. Augustinus integrum scribit librum de Catechizandis rudibus, ÿs qui ab Ethnicismo ad Christianam religionem sese transferre vellent, adfertque egregias & magni momenti rationes, quamobrem necessum sit eiusmodi homines diù satìs antè instituì, ÿsque Christianæ doctrinæ summam, hoc est, Catechismum proponi: atque vbì hanc Quæstionem prolixè tractauit, eam adducit causam, quòd periculosum sit id genus homines citra vllam præparationē ad Sacramenta et Catholicæ Ecclesiæ doctrinam

Libro de Catechizandis rudibus.

admittere. Quid verò idem vir sanctissimus in quatuor suis libris de Doctrina Christiana facit aliud, nisi vt adolescentes ad Sacrarum studia literarum adspirantes, priùs artibus & scientijs, alijsq; adminiculis instruat, vt vbi ad sacra Biblia legenda se conferunt, nō falsum indè et priuatum quendam sui capitis, sed germanum, vnicum, verum, Catholicum atque Apostolicum intellectum haurire & amplecti queant. Si ergò verbi diuini intelligentiam nō ad S. Biblia secùm quis adducere, sed genuinam indè elicere & referre debeat, cumprimìs necessarium erit, vt anteà ab idoneis Catholicis praeceptoribus et Doctoribus eum in modum expolitus, lotus ac institutus sit, vt verū & Catholicum, non falsum ac priuatum sui cerebri, intellectum indè hauriat, secumque reportet.

Smide lin. K.2.fac.1. Tertium documentū ex Pharmacopolio sumpsit: quemadmodùm rusticus cum uitæ suæ periculo

culo pyxides & pharmaca officinarum tractet, citiusq; mortem sibi consciscat, quàm uitam seruet, ità posse &c.

Smidelino isthæc comparatio non arridet, eamque rationem adfert, quòd aliud sit esse pharmacopolam, cuius sit peculiaris vocatio: atque aliud legere scripta Diuina, quod nulli non permissum, omnibus necessarium vult esse. Equidē puto, Smidelino multisque alijs Hæreticis Sacerdotium vel Ordinem nō esse Sacramentum: S. Biblia legere, recteq; interpretari et pro concione docere, non esse peculiarem vocationem: sed, vt eorum habet Euangelion, eiusmodi functiones quilibet sibi cerdo vel lanio vsurpare potest, nulla eius habita ratione, quòd Luterus & Melanchthon in postremis scriptis suis sacerdotium in Sacramentis numerant, curantq; & præcipiunt, nè quis deincèps scripta diuina tractet, nisi eò legitimè sit vocatus. Luter. contra angularios concionatores. Philipp. in vlti. Loc. Commu.

Verùm quid ad nos Luterus, Melanchthon, & eius farinæ hæretici? Nouimus authoritate verbi Dei laicis omnibus mandatum esse, vt obediant præpositis suis: cumque sacerdos sit angelus, id est, nuncius Domini exercituum, vt indocti laici legem & verbi Dei mentem ac intellectum ex ore eius requirant & discant. Nullo igitur pacto conuenit, indoctos laicos ex Sacrorũ Bibliorum myropolio vel Apotheca ꝓ suo imperito cerebro excerpere, quod ipsis rectum, vtile, ac bonum esse videatur. Nam licèt vel decennio toto quispiam eiusmodi herbatum iêrit, si tamen ab ineunte ætate illi studio adhibitus non fuit, & neque artem illam probè perdidicit, neque legitimè in Magistri vel Doctoris locum admissus est, herbatum iuisse, parùm certè illi contulerit: sed ex herbis illis, quarum exactam habere notitiam non didicit, faciliùs mortem sibi consciuerit, quàm vitam

Hebr. 13.
Malac. 2.

tam

tam conſeruabit. Eſt autem hoc admiratione dignum, quòd Smidelinus affirmare non veretur, indoctum & obtuſo ingenio laicum arcana verbi Dei myſteria citiùs & expeditiùs cognita habere poſſe, atquè pharmacopolij pyxides: quaſi dixerit Dominus Nicodemo: Si cæleſtia dixi vobis, & non intelligitis: quomodò, ſi dixero vobis terrena, intelligetis? quaſi verò longè ſublimius ſit & præclarius quiddam, myropolij obſeruare pyxides et herbas, quàm diuinas, cæleſtes, arcanas efficientias ſcrutari ac capere. Iohan. 3.

Primò oſtendit Luterum corrupiſſe textum ad Epheſ. 5. capite. Smidelin. K. 3. fac. 1.

Eſt hoc in more apud ſontes omnes, vt vbi facinus aliquod improbum deſignârunt, damnum datum verbis extenuent. Eum morem ſequitur etiam Smidelinus in falſa hac & praua Luteri interpretatione. In Græco enim paritèr ac Latino

tino

cti Patris oratione prorsus nihil ambigo, quin ea nō aduersùm me, vt Smidelinus putat, sed potiùs pro me militet: quandoquidem imperiti Laici nunquàm vsqueadeò in sacerdotum ministeria sese ingesserunt, sibíque ea vsurpârunt, neq; tantam vnquàm S. Biblia vel alios codices lectitandi occasiōem habuêre, quàm hac tēpestate, qua typographia extitit. Nam olìm quidem vix diues parochus integra habuit manuscripta Biblia: tantum abest, vt tenui fortuna indoctus Laicus eiusmodi superfluos sumptus & operam ea in re ponere voluerit. At nūc posteaquàm Chalcographia reperta est, & facili precio libri obtineri possunt, sacraq́; Biblia Germanicè translata sunt, plerique importuno ac insolenti ingenio homines, ex hac cōmoditate ansam arripiunt Biblia lectitandi, ac pro suo arbitratu rimandi: quod ꝓculdubiò non fieret, si tanta Germanicorum Bibliorum copia occasionem

non

non ſuppeditaret. Itaq; ſi hac noſtra ætate D. Hieronymus nouas hiſtorias legeret, diceret profectò, in veteribus quidem hiſtoriјs non inueniri, laicos hæreſum fuiſſe architectos, ſed in nouis id cumulatìm extare. An non Caſparus Zuencfeldius homo laicus eſt? immò ſanè hac quidem in parte ſimplex laicus, qui vix quatuor verba latinè didicerit: et nihilo minùs peculiarem quandam eamq́ue grandem Sectam inſtituit. Georgius Dauid an non itidèm laicus fuit? et tamen nihilo ille minùs habuit factioſi ſpiritûs, quo populum ſeduceret. Quin etiam ſartor ille Iohannes Leydenſis, itemq́ Knipperdolingus, pluresq́ue alij apud Monaſterienſes, non quidem ſacerdotes, ſed laici fuêre, atque interìm nihilo ſeciùs egregias fabricârũt ſectas, populumq́ue miſerè ſeduxerunt: quanquàm miſeri iſti & indocti laici eiuſmodi tumultus, ſchiſmata et euerſiones ꝑ ſe excitare minimè pòtuiſſent, niſi Lu-

terus illis sua Germanica Bibliorũ versione, alijsque suis Germanicè conscriptis libris, vt suprà adduxi, frigidam suffudisset.

Itaque hac in parte non est à vero aliena D. Hieronymi sententia, non nisi sacerdotes populum seduxisse. Vt enim in veteri est Prouerbio, Indoct⁹ vir vel laicus non est hæresum architectus. An verò Luterus, Pomeranus, Iustus Ionas, Carlstadius, Zuinglius, Oecolampadius & plures alij factiosi homines, non vel sacerdotes, vel monachi fuêre? Atq; istiipsi Hæresiarchæ sua Germanica interpretatione alijsque scriptis hanc in cæcis ac imperitis Laicis curiositatem excitârunt, sensimque eò rem perduxerunt, vt tandèm per iam dictos hæresiarchas, hæreticos, factionum duces isthæc miseranda, inaudita, exitialis in Orbe Christiano scissura & schismata præualuerint, magnoque in vigore sint.

Est

Est etiam ea D. Luteri uera regula, qui uelit Biblia legere, eum non debere intellectum secum adducere, sed ex ipsis Biblijs haurire. Quod tamen non ea mente dictum est, ut Staphylus interpretatur, quasi nulla debeat homo esse intelligentia præditus: sed ea fuit Luteri mẽs, debere unumquemlibet sese ad scripturam, non ad suum cerebrum scripturam accommodare & dirigere &c. Smidelin. K. 2. fac. 1.

Non est ea improbanda Regula, hominem sese intellectui scripturæ, nõ scripturæ intelligentiam suo cerebro accommodare debere. Atque eam ob rem si Luterus in suis scriptis id spectâsset, non posset hactenus repræhensioni patere, præsertim quòd ad illos pertinet, qui non illotis manibus & pedibus ad lectitanda S. Biblia sese cõferunt. Atqui verò prorsus isthuc à Luteri mente alienum fuit, indoctum laicum, vel quẽlibet alium priùs manus pedesque lauare, & incircuncisum cor suum nonnihil repurgare et expolire debere, vti hac præparatione adhibita, dum S. Bibliorum lectioni incum-

bit, genuinum Scripturæ diuinæ sensum tantò puriùs & synceriùs haurire, priuatumque sui cerebri sensum tanto faciliùs aliò relegare queat. Isthuc, inquam, à Luteri sententia longè fuit alienum, sed docuit ille, nulla esse laico præparatione opùs: quandoquidem Philosophia & artes aliæ, veræ capessendæ verbi Diuini intelligentiæ neutiquàm necessariæ sunt, posse rusticum quemlibet (sunt enim pro Luteri sententia Christiani oẽs θεοδίδακτοι, *seu docti à Deo) verũ scripturæ sensum, modò eam legat tantùm, indè elicere.*

In lib. de Christiana libertate.

Hanc autem Luteri opinionem perniciosam esse et erroneã, potest ex cõmuni experiẽtia statui ac ꝓnunciari. Sapiens ille ethnicus Cicero suo Trebatio scribens, Cogitare debebis, inquit, nullam artem literis sinè interprete, & sinè aliqua exercitatiõe percipi posse. Hanc ob causam Eunuchus ille Candaces reginæ dixit ad Philippum: Quomodò possum (intelli-

Epist. famil. lib: 8. ad Trebat.

Actor. 8.

telligere Esaiam Prophetam) si non aliquis ostenderit mihi? D. Gregorius Nazianzenus perpensis ingentibus illis in scriptura diuina reconditis mysterijs, admonet eos, qui S. Biblia lecturi sint & tractaturi, vt ità se comparent, nè ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ἀμυήτοις ποσὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἑαυτοὺς ἐπάγουσι, *i. illotis manibus & prophanis pedibus ad res sanctissimas & diuinas sese ingerant.* Nazianzenus De exilio ad Pontum.

D. Augustinus integrum scribit librum de Catechizandis rudibus, ijs qui ab Ethnicismo ad Christianam religionem sese transferre vellent, adfertque egregias & magni momenti rationes, quamobrem necessum sit eiusmodi homines diù satìs antè institui, ijsque Christianæ doctrinæ summam, hoc est, Catechismum proponi: atque vbi hanc Quæstionem prolixè tractauit, eam adducit causam, quòd periculosum sit id genus homines citra vllam præparationẽ ad Sacramenta et Catholicæ Ecclesiæ doctrinam Libro de Catechizãdis rudibus.

admittere. Quid verò idem vir sanctissimus in quatuor suis libris de Doctrina Christiana facit aliud, nisi vt adolescentes ad Sacrarum studia literarum adspirantes, priùs artibus & scientijs, alijsq́; adminiculis instruat, vt vbì ad sacra Biblia legenda se conferunt, nō falsum indè et priuatum quendam sui capitis, sed germanum, vnicum, verum, Catholicum atque Apostolicum intellectum haurire & amplecti queant. Si ergò verbi diuini intelligentiam nō ad S. Biblia secùm quis adducere, sed genuinam indè elicere & referre debeat, cumprimis necessarium erit, vt anteà ab idoneis Catholicis praeceptoribus et Doctoribus eum in modum expolitus, lotus ac institutus sit, vt verū & Catholicum, non falsum ac priuatum sui cerebri, intellectum indè hauriat, secumq́ue reportet.

Smide lin. K.2.fac.1. Tertium documentū ex Pharmacopolio sumpsit: quemadmodùm rusticus cum uitæ suæ periculo

culo pyxides & pharmaca officinarum tractet, citiusq; mortem sibi consciscat, quàm uitam seruet, itá posse &c.

Smidelino isthæc comparatio non arridet, eamque rationem adfert, quòd aliud sit esse pharmacopolam, cuius sit peculiaris vocatio: atque aliud legere scripta Diuina, quod nulli non permissum, omnibus necessarium vult esse. Equidē puto, Smidelino multisque alijs Hæreticis Sacerdotium vel Ordinem nō esse Sacramentum: S. Biblia legere, recteq; interpretari et pro concione docere, non esse peculiarem vocationem: sed, vt eorum habet Euangelion, eiusmodi functiones quilibet sibi cerdo vel lanio vsurpare potest, nulla eius habita ratione, quòd Luterus & Melanchthon in postremis scriptis suis sacerdotium in Sacramentis numerant, curantq; & præcipiunt, nè quis deincèps scripta diuina tractet, nisi eò legitimè sit vocatus.

Luter. contra angularios concionatores. Philipp. in vlti. Loc. Commu.

Verùm quid ad nos Luterus, Melanchthon, & eius farinæ hæretici? Nouimus authoritate verbi Dei laicis omnibus mandatum eße, vt obediant præpo-
Hebr. 13. Malac. 2. *sitis suis: cumque sacerdos sit angelus, id est, nuncius Domini exercituum, vt indocti laici legem & verbi Dei mentem ac intellectum ex ore eius requirant & discant. Nullo igitur pacto conuenit, indoctos laicos ex Sacrorũ Bibliorum myropolio vel Apotheca ꝑ suo imperito cerebro excerpere, quod ipsis rectum, vtile, ac bonum eße videatur. Nam licèt vel decennio toto quispiam eiusmodi herbatum iêrit, si tamen ab ineunte ætate illi studio adhibitus non fuit, & neque artem illam probè perdidicit, neque legitimè in Magistri vel Doctoris locum admissus est, herbatum iuisse, parùm certè illi contulerit: sed ex herbis illis, quarum exactam habere notitiam non didicit, faciliùs mortem sibi consciuerit, quàm vi-*

tam

tam conseruabit. Est autem hoc admiratione dignum, quòd Smidelinus affirmare non veretur, indoctum & obtuso ingenio laicum arcana verbi Dei mysteria citiùs & expeditiùs cognita habere posse, atquè pharmacopolij pyxides: quasi dixerit Dominus Nicodemo: Si cælestia dixi vobis, & non intelligitis: quomodò, si dixero vobis terrena, intelligetis? quasi verò longè sublimius sit & præclarius quiddam, myropolij obseruare pyxides et herbas, quàm diuinas, cælestes, arcanas efficientias scrutari ac capere. Iohan. 3.

Primò ostendit Luterum corrupisse textum ad Ephes. 5. capite. Smidelin. K. 3. fac. 1.

Est hoc in more apud fontes omnes, vt vbì facinus aliquod improbum designârunt, damnum datum verbis extenuent. Eum morem sequitur etiam Smidelinus in falsa hac & praua Luteri interpretatione. In Græco enim paritèr ac La

tino

tino textu isthæc Apostoli verba haben-
Ephes. 5. *tur: Propterea accipite armaturam Dei, vt poßitis resistere in die malo: quæ Luterus sic vertit Germanicè:* Vmb deswegen so ergreifft den harnisch Gottes/ auff daß jr widerstehn künndt an dem bösen tag/ vnd in allem ewrem thun bestehn mögt: *hoc est, Propterea accipite armaturam Dei, vt poßitis resistere in die malo, & in omnibus quæ agitis, perstare vel cōsistere: pro verbis illis, Perfecti stare, solùm ponens, Perstare, exclusa penitùs à textu dictione illa, Perfecti. In alia autem translatiōe eadem verba aliter vertit:* Auff daß jr/ wann das böse stündlein kompt/ widerstandt thun/ vnd alles wol außrichten/ vnd das feld behalten müget: *hoc est, Vt vbi mala horula aduenerit, poßitis resistere, & cuncta rectè exequi, palmamque referre. Vtrùm autem hæc ver-*

sio

ſio cum textu concordet, Chriſtiano Lectori penſitandum relinquo.

Itidem in eo quoquè iniuriam facit D. Martino Lutero,*quòd illi impingit, eum malitioſè erroris ſui tuendi cauſa dictionē* (Nur/id eſt, Non *niſi*) *in* Epiſtola *ad* Romanos *attexuiſſe,* Per legem *non niſi cognitio peccati, &c.* Smidelin. K.3.fac.2.

Dictionem hanc (Nur/ *id eſt, Non niſi, vel ſolùm) falsò ad Apoſtoli verba adiunctam eſſe, teſtatur vterq; & Græcus et Latinus textus. Neq; verò inficiàs ire quiſquam poteſt, alio ſenſu dici, Per legem cognitio peccati: & alio, Per legem non niſi cognitio peccati. Hæ nanq; voces, Non niſi, adeò eam ſententiā conſtringunt, vt ſignificare videatur, nullum alium eſſe legis vſum vel vtilitatem, niſi vt per eam peccatum duntaxat cognoſcatur: cùm tamen legis ille præcipuus vſus ſit, vt ſuam quiſq; vitam illi conuenientèr inſtituat & exigat, bonisque operibus nauet operam: quæ cùm Lute-*

rus

cti Patris oratione prorsus nihil ambigo, quin ea nō aduersùm me, vt Smidelinus putat, sed potiùs pro me militet: quandoquidem imperiti Laici nunquàm vsqueadeò in sacerdotum ministeria sese ingesserunt, sibíque ea vsurpârunt, neq; tantam vnquàm S. Biblia vel alios codices lectitandi occasiōem habuêre, quàm hac tēpestate, qua typographia extitit. Nam olìm quidem vix diues parochus integra habuit manuscripta Biblia: tantum abest, vt tenui fortuna indoctus Laicus eiusmodi superfluos sumptus & operam ea in re ponere voluerit. At nūc posteaquàm Chalcographia reperta est, & facili precio libri obtineri possunt, sacraq́; Biblia Germanicè translatà sunt, plerique importuno ac insolenti ingenio homines, ex hac cōmoditate ansam arripiunt Biblia lectitandi, ac pro suo arbitratu rimandi: quod ꝓculdubiò non fieret, si tanta Germanicorum Bibliorum copia occasionem

non

non suppeditaret. Itaq; si hac nostra ætate D. Hieronymus nouas historias legeret, diceret profectò, in veteribus quidem historijs non inueniri, laicos hæresum fuisse architectos, sed in nouis id cumulatìm extare. An non Casparus Zuencfeldius homo laicus est? immò sanè hac quidem in parte simplex laicus, qui vix quatuor verba latinè didicerit: et nihilo minùs peculiarem quandam eamque grandem Sectam instituit. Georgius David an non itidèm laicus fuit? et tamen nihilo ille minùs habuit factiosi spiritûs, quo populum seduceret. Quin etiam sartor ille Iohannes Leydensis, itemq; Knipperdolingus, pluresque alij apud Monasterienses, non quidem sacerdotes, sed laici fuêre, atque interìm nihilo seciùs egregias fabricârūt sectas, populumque miserè seduxerunt: quanquàm miseri isti & indocti laici eiusmodi tumultus, schismata et euersiones p se excitare minimè potuissent, nisi Lu-

terus illis sua Germanica Bibliorũ versione, alijsque suis Germanicè conscriptis libris, vt suprà adduxi, frigidam suffudisset.

Itaque hac in parte non est à vero aliena D. Hieronymi sententia, non nisi sacerdotes populum seduxisse. Vt enim in veteri est Prouerbio, Indoctꝰ vir vel laicus non est hæresum architectus. An verò Luterus, Pomeranus, Iustus Ionas, Carlstadius, Zuinglius, Oecolampadius & plures alij factiosi homines, non vel sacerdotes, vel monachi fuêre? Atq; isti ipsi Hæresiarchæ sua Germanica interpretatione alijsque scriptis hanc in cæcis ac imperitis Laicis curiositatem excitârunt, sensimque eò rem perduxerunt, vt tandem per iam dictos hæresiarchas, hæreticos, factionum duces isthæc miseranda, inaudita, exitialis in Orbe Christiano scissura & schismata præualuerint, magnoque in vigore sint.

Est

Est etiam ea D. Luteri uera regula, qui uelit Smidelin. *Biblia legere, eum non debere intellectum secum* K. 2. fac. 1. *adducere, sed ex ipsis Biblijs haurire. Quod tamen non ea mente dictum est, ut Staphylus interpretatur, quasi nulla debeat homo esse intelligentia præditus: sed ea fuit Luteri mẽs, debere unumquemlibet sese ad scripturam, non ad suum cerebrum scripturam accommodare & dirigere &c.*

Non est ea improbanda Regula, hominem sese intellectui scripturæ, nõ scripturæ intelligentiam suo cerebro accommodare debere. Atque eam ob rem si Luterus in suis scriptis id spectâsset, non posset hactenus repræhensioni patere, præsertim quòd ad illos pertinet, qui non illotis manibus & pedibus ad lectitanda S. Biblia sese cõferunt. Atqui verò prorsus isthuc à Luteri mente alienum fuit, indoctum laicum, vel quẽlibet alium prius manus pedesque lauare, & incircuncisum cor suum nonnihil repurgare et expolire debere, vti hac præparatione adhibita, dum S. Bibliorum lectioni incum-

bit, genuinum Scripturæ diuinæ sensum tantò puriùs & synceriùs haurire, priuatumque sui cerebri sensum tanto faciliùs aliò relegare queat. Isthuc, inquam, à Luteri sententia longè fuit alienum, sed docuit ille, nulla esse laico præparatione opùs: quandoquidem Philosophia & artes aliæ, veræ capessendæ verbi Diuini intelligentiæ neutiquàm necessariæ sunt, posse rusticum quemlibet (sunt enim pro Luteri sententia Christiani oẽs θεοδίδακτοι, seu docti à Deo) verũ scripturæ sensum, modò eam legat tantùm, indè elicere.

In lib. de Christiana libertate.

Hanc autem Luteri opinionem perniciosam esse et erroneã, potest ex cõmuni experiẽtia statui ac ꝓnunciari. Sapiens ille ethnicus Cicero suo Trebatio scribens, Cogitare debebis, inquit, nullam artem literis sinè interprete, & sinè aliqua exercitatiõe percipi posse. Hanc ob causam Eunuchus ille Candaces reginæ dixit ad Philippum: Quomodò possum (intelli-

Epist. fami. lib. 8. ad Trebat.

Actor. 8.

telligere Esaiam Prophetam) si non aliquis ostenderit mihi? D. Gregorius Nazianzenus perpensis ingentibus illis in scriptura diuina reconditis mysterijs, admonet eos, qui S. Biblia lecturi sint & tractaturi, vt ità se comparent, nè ἀνίπτοις χερσὶ καὶ ἀμυήτοις ποσὶ τοῖς ἁγιωτάτοις ἑαυτοὺς ἐπάγουσι, *i. illotis manibus & prophanis pedibus ad res sanctißimas & diuinas sese ingerant.*

Nazianzenus De exilio ad Pontum.

D. Augustinus integrum scribit librum de Catechizandis rudibus, ijs qui ab Ethnicismo ad Christianam religionem sese transferre vellent, adfertque egregias & magni momenti rationes, quamobrem neceßum sit eiusmodi homines diù satìs antè institui, ijsque Christianæ doctrinæ summam, hoc est, Catechismum proponi: atque vbì hanc Quæstionem prolixè tractauit, eam adducit causam, quòd periculosum sit id genus homines citra vllam præparationē ad Sacramenta et Catholicæ Ecclesiæ doctrinam

Libro de Catechizādis rudibus.

admittere. Quid verò idem vir sanctissimus in quatuor suis libris de Doctrina Christiana facit aliud, nisi vt adolescentes ad Sacrarum studia literarum adspirantes, priùs artibus & scientijs, alijsq; adminiculis instruat, vt vbi ad sacra Biblia legenda se conferunt, nō falsum indè et priuatum quendam sui capitis, sed germanum, vnicum, verum, Catholicum atque Apostolicum intellectum haurire & amplecti queant. Si ergò verbi diuini intelligentiam nō ad S. Biblia secùm quis adducere, sed genuinam indè elicere & referre debeat, cumprimis necessarium erit, vt anteà ab idoneis Catholicis praeceptoribus et Doctoribus eum in modum expolitus, lotus ac institutus sit, vt verū & Catholicum, non falsum ac priuatum sui cerebri, intellectum indè hauriat, secumque reportet.

Smide lin. K.2. fac.1. Tertium documentū ex Pharmacopolio sumpsit: quemadmodùm rusticus cum uitae suae periculo

culo pyxides & pharmaca officinarum tractet, citiusq; mortem sibi consciscat, quàm uitam seruet, ita posse &c.

Smidelino isthæc comparatio non arridet, eamque rationem adfert, quòd aliud sit esse pharmacopolam, cuius sit peculiaris vocatio: atque aliud legere scripta Diuina, quod nulli non permissum, omnibus necessarium vult esse. Equidẽ puto, Smidelino multisque alijs Hæreticis Sacerdotium vel Ordinem nõ esse Sacramentum: S. Biblia legere, recteq; interpretari et pro concione docere, non esse peculiarem vocationem: sed, vt eorum habet Euangelion, eiusmodi functiones quilibet sibi cerdo vel lanio vsurpare potest, nulla eius habita ratione, quòd Luterus & Melanchthon in postremis scriptis suis sacerdotium in Sacramentis numerant, curantq; & præcipiunt, nè quis deincèps scripta diuina tractet, nisi eò legitimè sit vocatus.

Luter. contra angularios concionatores.

Philipp. in vlti. Loc. Commu.

Verùm quid ad nos Luterus, Melanchthon, & eius farinæ hæretici? Nouimus authoritate verbi Dei laicis omnibus mandatum esse, vt obediant præpositis suis: cumque sacerdos sit angelus, id est, nuncius Domini exercituum, vt indocti laici legem & verbi Dei mentem ac intellectum ex ore eius requirant & discant. Nullo igitur pacto conuenit, indoctos laicos ex Sacrorũ Bibliorum myropolio vel Apotheca ꝓ suo imperito cerebro excerpere, quod ipsis rectum, vtile, ac bonum esse videatur. Nam licèt vel decennio toto quispiam eiusmodi herbatum iêrit, si tamen ab ineunte ætate illi studio adhibitus non fuit, & neque artem illam probè perdidicit, neque legitimè in Magistri vel Doctoris locum admissus est, herbatum iuisse, parùm certè illi contulerit: sed ex herbis illis, quarum exactam habere notitiam non didicit, faciliùs mortem sibi consciuerit, quàm vitam

Hebr. 13.
Malac. 2.

tam conseruabit. Est autem hoc admiratione dignum, quòd Smidelinus affirmare non veretur, indoctum & obtuso ingenio laicum arcana verbi Dei mysteria citiùs & expeditiùs cognita habere posse, atquè pharmacopolÿ pyxides: quasi dixerit Dominus Nicodemo: Si cælestia Iohan. 3. *dixi vobis, & non intelligitis: quomodò, si dixero vobis terrena, intelligetis? quasi verò longè sublimius sit & præclarius quiddam, myropolÿ obseruare pyxides et herbas, quàm diuinas, cælestes, arcanas efficientias scrutari ac capere.*

Primò ostendit Luterum corrupisse textum ad Ephes. 5. capite. Smidelin. K. 3. fac. 1.

Est hoc in more apud fontes omnes, vt vbi facinus aliquod improbum designârunt, damnum datum verbis extenuent. Eum morem sequitur etiam Smidelinus in falsa hac & praua Luteri interpretatione. In Græco enim pariter ac La-

tino

ſio cum textu concordet, Christiano Lectori penſitandum relinquo.

Itidem in eo quoquè iniuriam facit D. Martino Lutero,*quòd illi impingit, eum malitiosè erroris ſui tuendi cauſa dictionē* (Nur/*id eſt,* Non *niſi*) *in* Epiſtola *ad* Romanos *attexuiſſe,* Per *legem non niſi cognitio peccati, &c.* Smidelin. K. 3. fac. 2.

Dictionem hanc (Nur/ *id eſt, Non niſi, vel ſolùm*) *falsò ad Apoſtoli verba adiunctam eſſe, teſtatur vterq; & Græcus et Latinus textus. Neq; verò inficiàs ire quiſquam poteſt, alio ſenſu dici, Per legem cognitio peccati: & alio, Per legem non niſi cognitio peccati. Hæ nanq; voces, Non niſi, adeò eam ſententiā conſtringunt, vt ſignificare videatur, nullum alium eſſe legis vſum vel vtilitatem, niſi vt per eam peccatum duntaxat cognoſcatur: cùm tamen legis ille præcipuus vſus ſit, vt ſuam quiſq; vitam illi conuenientèr inſtituat & exigat, boniſque operibus nauet operam: quæ cùm Luterus*

rus saluti perniciosa statuat, in nullo legis vsu ea perpeti vult.

Scripsi ego Luterum duas hæreses vnica illa dictione (Nur*, id est, solùm, vel Non nisi) inuexisse: quarum prior est Pelagiana, dum ait, per legem non nisi peccati cognitionem præberi: doceriq́; duntaxat, quid tum agere, tum omittere debeamus. Per Euangelium quoquè nullam nobis conferri gratiam, id quod ex lege cognoscimus bonum & iustum, exequendi. Altera Manichæa est. Hæresis enim Manichæorum æquè vt Luterana asserit, legem non Christianis, sed impijs datam esse: Christianos nulla lege teneri, nullis bonis operibus obligatos esse.*

Quòd ad priorem hæresin vel errorem attinet, satìs in comperto est, dixisse Pelagianos, Dei verbum eo solo nomine traditum esse, vt indè possent scire homines, quid facere teneantur, non etiam, vt ex Christi Euangelio gratiam & facultatem

tatem accipiant, ea quæ lex & Euangelium præscribunt ac præcipiunt, re ipsa et factis ipsis exequendi. Eam ob rem damnat eum Pelagianæ hæreseos errorem Concilium Mileuitanum his verbis: Cùm dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas verò ædificat: valdè impium est, vt credamus ad eam, quæ inflat, nos habere gratiam Christi: ad eam quæ ædificat, non habere: cùm sit vtrunq; donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus: vt ædificante charitate, scientia non poßit inflare. Concil. Mileuit. 1. Cor. 8.

Atqui sanè negari non potest, Luterum nullũ alium esse voluisse legis vsum, nisi vt per eam peccatum cognoscatur. Itemque sensisse illum, per Euangelium Christi non eo pacto hominem re ipsa iustificari, vt quæ lex facienda præscribit, bonis operibus ꝓstare et efficere queat. Vide Luter. Tom. 2. Lati. in Disputatio. cõtra Antinom. et Disputa. de Iustific. Saxon. Theolog. in damnator. libello Maioris.

Porrò Manichæus error, quem Luterus dictione illa (Nur / id est, Non nisi)

si) ex Apostolo adstruere nititur, per sese manifestus est. Quòd enim Manichæi legem adeoque Prophetas prorsus reiecerint et admittere noluerint, Christianisq́; nulli esse vsui censuerint, testantur Augustinus, Epiphanius, & plerique alij S. Patres ac Historiæ. Quòd verò Luterus æquè ac Manichæus, verum legis vsum reiecerit, in ipsius Luteri de Moise concione videre licet, in qua ille docet, decem præcepta vel Decalogum non ad Christianos, sed ad solos Iudæos pertinere. Qua in opinione persistunt Illyricani Luterani, qui in suo illo libello, quo Georgium Maiorem damnant, palàm scribunt, legem neque ante, neque post Iustificationem homini esse necessariam.

August. lib. contra Adversari. Legis: & lib. de vtilitate credendi ad Honoratū. Epiphan. li. 2. heres. contra Manichæos.

Saxonici Theologi in Damnat. libel. Maioris.

Et quanuìs Luterus Paulinam sententiam eò intorqueat, vt significet, legem non nisi ad peccatum cognoscendū, non aūt ad bona exequenda opera, vsurpari debere: at nihilo minùs in hac parte altera

altera planè Manichæũ est, quòd legem bona exequendi opera prorsus abolere et condemnare non dubitat. Cæterùm quòd Apostolus ait, Iusto legem non esse posi- 1.Tim.1. *tam: Smidelinus in Luteri gratiam benè hæreticè interpretatur, tanquàm Christiani ab obseruatione Decalogi prorsus immunes & absoluti sint: quæ quidem opinio citra vllũ dubium magna ex parte Manichæa est. D. Augustinus eandẽ Apostoli sententiam Catholicè, verè, ac longè alitèr interpretatus est, dum ità disputat:*

Iusto enim lex non est posita, quæ tamen bona est, si quis ea legitimè vtatur. Augusti. de Spiritu & Litera cap.10. *Hæc duo Apostolus velut inter se cõtraria connectens, monet mouetque Lectorem ad perscrutandum quæstionem atq; soluendum. Quomodò enim bona est lex, si quis ea legitimè vtatur, si etiam quod sequitur, verum est, sciens hoc, quia iusto lex nòn est posita? Nam quis legitimè le-*

ge vtitur, nisi iustus? At ei non est posita, sed iniusto. An & iniustus vt iustificetur, id est, vt iustus fiat, legitimè lege vti debet, qua tanquàm pædagogo perducatur ad gratiam, per quam solā quod Lex iubet, poßit implere? Per ipsam quippe iustificatur gratìs, id est, nullis suorum operum præcedentibus meritis: alioqui gratia iam non est gratia: quādoquidem ideò datur, non quia opera bona fecimus, sed vt ea facere valeamus: id est, nō quia legem impleuimus, sed vt legem implere
Matth. 5. *poßimus. Ille enim dixit, Non veni soluere legem, sed implere: de quo dictū est,*
Iohan. 1. *Vidimus gloriam eius, gloriam tanquàm vnigeniti à Patre, plenum gratia & veritate. Hæc est gloria, de qua dictum est:*
Rom. 3. *Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Et hæc est gratia, de qua continuò dicit, Iustificati gratìs per gratiam*
Ibidem. *ipsius. Iniustus ergò legitimè lege vtitur, vt iustus fiat. Quod cùm factus fuerit, ea*

iam

iam non vtatur tanquàm vehiculo, cùm peruenerit: vel potiùs, vt supradicta similitudine Apostoli vtar, tanquàm pædagogo, cùm eruditus fuerit. Quomodò enim iusto lex non est posita, si & iusto est necessaria, non qua iniustus ad iustificantem gratiam perducatur, sed qua legitimè iam iustus vtatur? An fortè, immò verò non fortè, sed certè sic legitimè vtatur lege iam iustus, cùm eam terrēdis imponit iniustis, vt cùm & in ipsis cœperit inolitæ concupiscentiæ morbus incentiuo prohibitionis et cumulo præuaricationis augeri, confugiant per fidem ad iustificantem gratiam, et per donum Spiritûs, suauitate iustitiæ delectati, pœnam literæ minantis euadant? Ità non erunt contraria, neque inter se duo ista pugnabunt, vt etiam iustus bona lege legitimè vtatur, & tamen iusto lex posita non sit. Non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, qua credidit nullo modo posse

suæ infirmitati ad implenda ea, quæ lex factorum iuberet, nisi diuina gratia subueniri. Ibidem. *Ideò dicit: Vbi est ergò gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? Factorum? Non, sed per legem fidei. Siue gloriationem dixerit laudabilem, quæ in Domino est, eamque exclusam, id est, non vt abscederet, pulsam, sed vt emineret, expressam. Siue gloriationem vitiosam de superbia venientem commemorare voluerit, eorum scilicet, qui cùm sibi iustè videntur viuere, ità gloriãtur, quasi non acceperint eam & cæt. Hæc Augustinus.*

2. Pet. 1. *In Epistola D. Petri Græcus paritèr & Latinus Textus habet: Fratres, magìs satagite, vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Quæ Luterus sic vertit:* **Lieben Brüd/ thut desto mehr fleis/ ewrem beruff vnd erwelung vest zu machen:** *hoc est, Fratres magìs satagite,*

te, vt certam vestram vocationem et electionē faciatis. Vbi perspicuè potes, amice & candide Lector, animaduertere, eum ab hoc textu illa verba, Per bona opera, furacitèr detruncare.

D. Paulus ad Romanos tam in Græca, quàm Latina editione his vtitur verbis: Arbitramur iustificari hominem per fidem sinè operibus legis. Quæ Luterus cum quodam additamento transtulit hūc in modum: **So halten wir es nun/ daß der Mensch gerechtfertiget werde ohne zuthun d werck des gesetzes/allein durch den glauben:** *id est, Arbitramur iustificari hominem per solā fidem sinè operibus legis. Enimuerò hæresin ille Eunomianam, hominē sola fide iustificari, hac tempestate ab inferis excitauit, neq; scribere veritus est, nullam esse iustitiam coram Deo, præter solam fidem: nullum peccatum, præter solam incredulitatem. Atque hunc erro-* Rom. 3. August. de Heref. ad Quoduult. Epiphan. in Ancorato.

rem vt in vulgus disseminare posset, vertit, Per solam fidem, cùm tamen Textus simplicitèr habeat, per fidem.

Smidelin. K. 4. fac. 2. Sic etiam Luterum deprauatæ ad Corinthios Epistolæ insimulat, ubi is transtulit: Haben wir nicht macht ein schwester zum weib mit vmbher zu füren? id est, Nunquid non habemus potestatem sororem in uxorem, uel pro uxore circunducendi? &c.

Hæc interpretatio, quæ hîc à Smidelino ponitur, ipsius Luteri est: contrà verò tum Græcus, tum Latinus Textus habet: Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circunducendi? Quòd autem Luteri interpretatio falsa, vana, & hæretica sit, equidem in Apologia mea ex Augustini de Opere Monachorum libro planum feci. Atqui Smidelinus in prauæ ac falsæ huius translationis Luteranæ defensionem, duo quædam captat effugia. Primò, quòd omniũ primus Romanus Pōtifex Petrus vxorem habu-

habuerit: itidemque nonnulli alij Apostoli: atque hoc prætextu falsam hæreticamq; Luteri versionem fucare molitur.

Nos quidẽ non sumus nescij, Petrum et Philippum habuisse vxores, vt D. Augustinus, Eusebius & Nicephorus testantur. Quid verò isthuc ad rem, & ad Paulinæ sententiæ interpretationem facit? Non hîc ea Quæstio vertitur, num quandoquè in vsu fuerit, vt qui haberent coniuges, ijdem ipsi ad sacerdotium promouerentur: cùm id de Apostolis quidem nullus negare queat. Verùm hoc quæritur, vtrùm illi, qui iam sint sacerdotes, et castitatis votum ingenuè ac strenuè nuncupauerint, rursus ab equo ad asinum, à spirituali & Ecclesiastica vita ad coniugium se transferre queant. Nos quidem id negamus, hæretici affirmant. At Luterus in hæresis suæ commodum & adminiculum Pauli sententiam eo, quo diximus, modo trāstulit, et falsò allegauit.

Euseb. Nicephorus in Hist. Eccle. August. in Quæst. ex vtroq; mixtim.

rem vt in vulgus dißeminare poßet, vertit, Per solam fidem, cùm tamen Textus simplicitèr habeat, per fidem.

Smidelin. K.4.fac.2. Sic etiam Luterum deprauatæ ad Corinthios Epistolæ insimulat, ubi is transtulit: Haben wir nicht macht ein schwester zum weib mit vmbher zu füren? id est, Nunquid non habemus potestatem sororem in uxorem, uel pro uxore circunducendi? &c.

Hæc interpretatio, quæ hîc à Smidelino ponitur, ipsius Luteri eſt: contrà verò tum Græcus, tum Latinus Textus habet: Nunquid non habemus poteſtatem mulierem sororem circunducendi? Quòd autem Luteri interpretatio falsa, vana, & hæretica sit, equidem in Apologia mea ex Augustini de Opere Monachorum libro planum feci. Atqui Smidelinus in prauæ ac falsæ huius translationis Luteranæ defensionem, duo quædam captat effugia. Primò, quòd omniũ primus Romanus Põtifex Petrus vxorem habu-

habuerit: itidemq́ue nonnulli alij Apostoli: atque hoc prætextu falſam hæreticamq́; Luteri verſionem fucare molitur.

Nos quidẽ non ſumus neſcij, Petrum et Philippum habuiſſe vxores, vt D. Auguſtinus, Euſebius & Nicephorus teſtantur. Quid verò iſthuc ad rem, & ad Paulinæ ſententiæ interpretationem facit? Non hîc ea Quæſtio vertitur, num quandoquè in vſu fuerit, vt qui haberent coniuges, ijdem ipſi ad ſacerdotium promouerentur: cùm id de Apoſtolis quidem nullus negare queat. Verùm hoc quæritur, vtrùm illi, qui iam ſint ſacerdotes, et caſtitatis votum ingenuè ac ſtrenuè nuncupauerint, rurſus ab equo ad aſinum, à ſpirituali & Eccleſiaſtica vita ad coniugium ſe transferre queant. Nos quidem id negamus, hæretici affirmant. At Luterus in hæreſis ſuæ commodum & adminiculum Pauli ſententiam eo, quo diximus, modo trãſtulit, et falsò allegauit.

Euſeb. Nicephorus in Hiſt. Eccle. Auguſt. in Quæſt. ex vtroq; mixtim.

Porrò D. Augustinus prudentèr & accuratè hac de re scripsit, validasq́; & neutiquàm vulgares adduxit rationes, cur expediat sacerdotes meritò à fœminis abstinere debere. Eius hæc verba sunt: Vel quis non audiat prædicantem, Volo adolescentulas nubere, filios procreare? Sed fortè dicatur: Si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet vxores habere: id est, vt Ordinatis iam non liceat conuenire? Quis nesciat vnumquodque habere suam legem? Est enim, quod omninò generalitèr omnibus non liceat: est item, quod alijs licet, & alijs non licet: & est, quod aliquandò licet, & aliquandò non licet. Fornicari omnibus semper non licet: negociari verò aliquandò licet, aliquãdò non licet. Antequàm enim Ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari: facto, iam non licet. Et Christiano cum vxore sua conuenire aliquandò licet, aliquandò non licet. Propter

In Quæstio. ex vtroq; mixtim, cap. 127.

pter dies enim proceßionis aliquãdò non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, vt faciliùs impetrari poßit quod postulatur. Vndè & Apostolus, ex consensu, ait, abstinẽdum ad tempus, vt vacetur orationi. Nam secundùm legem in ieiunio cædi & iurgari non licet, posteà licet: quia maior reuerentia debetur Dei causis. Nunquid omne quod ante cæteros licet, ante Imperatorem licet? Quanto magis in Dei causis? Ac per hoc antistitem eius puriorẽ cæteris esse oportet. Ipsius einim personam habere videtur: est enim Vicarius eius, vt quod cæteris licet, illi non liceat: quia neceßè habet quotidiè Christi vicem agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solùm huic concubitus non licet, verùm etiam ministro eius: quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad comparationem lucernæ, tenebræ non tantùm obscuræ, 1. Cor. 7.

sed etiam sordidæ sunt: ad comparationem autem stellarum, lucerna caligo est: ad Solis verò comparationem, stellæ nebulosæ sunt: ad Dei autẽ claritatem Sol nox est: ità & quæ ad nos licita et munda sunt, ad Dei autem dignitatem quasi illicita & immunda sunt. Quanquàm enim bona sunt, Dei tamen personæ non competunt. Nunquìd non tunica mediocris hominis quanuis munda, Imperatori tamen sordida & illicita est? Similitèr et saxonicia senatori. Ac per hoc antistites Dei puriores esse debent, quàm cæteri: quia & Christi habent personam, & ministros Dei mundiores esse oportet. Nemo enim Imperatori ministrat, nisi vestimentis claris & mundis indutus. Deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis, quàm vestibus mundos esse oportet. Hæc Augustinus.

Neque verò putandum est, isthæc D. Augustino dormiturienti fortè in animũ

incidiſſe: ſed vir ſanctiſſimus germanum atque Catholicum verbi Diuini intellectum, toto orbe Chriſtiano ſemper et vbiquè receptum ac vſurpatum, non abſque præuia eaque matura penſiculatione ac deliberatiōe eum in modum, vt iam iamq; citatus eſt, palàm ſcripto compræhendit & euulgauit. Neque cogitare debebit Smidelinus, ea fuiſſe leuitate Auguſtinum, qua Luterani et hæretici omnes vti ſolent, vt hac quidem ratione iſto ſcripſerit loco, alibi verò planè diuerſum ediderit. Vt enim hac de re ſcripſit in libro De opere Monachorum, eandem in ſententiam ſcribit etiam hoc iam citato libro.

Itaque etiam alterum Smidelini diuerticulum æquè honeſtum & commendabile eſt, atquè prius. Ait enim librum de Opere Monachorum, aduerſùs Luterum à me allegatum, non eſſe Auguſtini, ſed alterius cuiuſdam, vt Eraſmi dicit habere Cenſuram. Verùm hæc, inquam, Hoc opus ipſe Auguſtinus ſibi tribuit, lib. 2. Retractat. ca. 21.

tergi-

tergiuersatio nihil Smidelino contulerit. Nanque hunc in modum nō Augustinus tantùm, verùm etiam sancti Patres plerique omnes, Pauli sententiam de sorore muliere circunducenda acceperunt. Et
In 1. Cor. 9. *Diuus quidem Hieronymus eam sic interpretatur: Non dixit, mulieres ducendi, nè de vxoribus dicere putaretur: sed circunducendi, inquit, per prouincias, quæ necessaria de suis facultatibus ministrarent. Et mox subtexit: Apud Iudæos antiqua hæc erat consuetudo, vt Doctoribus necessaria à discipulis præberentur.*

In 1. Cor. 9. *D. Ambrosius in eandem scribit sententiam, dum hūc Pauli locum interpretatur. Mulieres enim, inquit, desiderio doctrinæ Dominicæ, & cupidæ virtutū, sequebantur Apostolos, & ministrabant eis & sumptus & seruitia: sicut & Sal-*
Luc. 8. *uatorem sunt secutæ, ministrantes ei de facultatibus suis. Itidèm Chrysostomus,*

Oecu-

Oecumenius, Theophylactus, & plures alij locum hunc exponunt: atque vt rem in pauca conferam, nullus vnquàm neq; ex veteribus, neque ex recentioribus integer & Catholicus scripturæ diuinæ interpres verba hæc, Mulierem circunducendi, de vxore ducenda exposuit, quemadmodùm ea Luterus hæreticè ad alios seducendos in Germanum idioma transferre non dubitauit.

Quòd uerò Staphylus scribit, D. Luterum eo ipso hoc sibi uoluisse, nè quis deincèps ulli continentiæ, ulli castitati, ulli uirginitati sit locus in terris: immò Apostolum ipsum mendacij uoluisse arguere, & paulatim è S. Biblijs prorsùs eradere ac abolere, crassum est &c. Smidelin. L. I. fac. L.

Incontinentiam, impudicitiam, scortationem, adulteria Luteri tempestate mirè increuisse, nemo negare potest: siquidem id omnibus in prospectu est, & totus id testatur Orbis. Quòd autem isthæc mala ex Luteri doctrina adeò vltra

modum

modum inualuerint, illi ipsi testes sunt, qui ex Luteri libris ea hauserunt. Quàm verò sceleratè, fœdè ac impurè Luterus de Virginitate scripserit, non dubiũ quin multi hinc indè passìm in scriptis eius legerint, in eo præsertim libro, quem de votis monasticis inscripsit, in quo ille rotundis affirmat verbis, tam non posse hominem continentèr viuere, quàm nequeat saliuam non expuere: pluraque id genus alia obscœna & impudica.

Sic etiam in libello de vita coniugali vel coniugio, qui adhuc extat, atque in alio quodam, quem ipse quoquè supprimi petit, parùm abest quin ex Matrimonio Sodomam & Gomorrham efficiat: & non modò Sacramenti loco illud haberi non vult, sed hominũ illud appellat Commentum, vt Melãchthon quoquè in Annotationibus suis in prioris ad Corinthios caput 11. At nos Christiani ex Dei gratia id pro comperto habemus, D. Paulum

Luter. in Capti. Babylon.

ma-

matrimonium appellâsse magnum sacramentum: idemque S. Patres perpetuis temporibus Sacramenti loco in Ecclesia & habuisse & asseruisse, vt in Augustino & alijs S. Patribus videre licet.

Vide Aug. lib. de fide & operib. itemq; de bono viduitatis.

Atque sanè quandiù Matrimonium Sacramenti loco habitum est, honestum ac benè moratum coniugium, charum & in precio fuit. At simulatquè in Luteri scriptis legerunt homines, Matrimonium esse hominum commentum, quod idem Melanchthon asserit: mox Luteri, Melanchthonis, et quorundam aliorum consilia eum in modum in rem collata sunt, vt apud Turcas propemodùm honestiùs ac modestiùs degatur in matrimonio, quàm apud nostros Germaniæ Euangelicos homines.

Luter. in Capt. Babyl. Philip. in locis Cõmunib.

Est autem illud etiam longè magis satanicum mendacium, quòd Luterus rem eò adduxerit, si non uelit uxor, uenire debere & oportere ancillam.

Smidelin. L. 1. fac. L.

Quin

Quin longè etiam insignior magisque Satanica vanitas est & mendaciũ, quòd Smidelinus verba mea suo auctario, cuius à me nulla facta mentio est, sarcinare ausus est. Certè in Luteri scripto de Coniugio vel vita coniugali isthæc verba habentur: Si non vult vxor, veniat ancilla. Quæ eum quoquè in modum à me allata sunt, nulla neque addita, neque detracta vocula: multo verò minùs sic citata sunt, vt Smidelinus ait, venire debere et oportere ancillam. Porrò quòd Luterus sua doctrina rem eò deduxerit, vt si nolit vxor, veniat ancilla: & si maritus sit impotens, veniat famulus, aut mariti patruus vel frater, id non multis eget documentis: maximè cùm Luterus ipse conqueratur, sub suo Euangelio homines decuplò peiores euasisse, quàm fuerint anteà in Papatu.

In Postilla, Dominica 3. Aduent.

Smidelin. L.1.fac.2.

Ad hoc mendacium rursus ego dico, si Staphylus docere poterit, D. Luterum docuisse, si non

non uelit uxor, ancillam uenire debere ac oportere, nos Doctoris Luteri nomen diris deuouebimus &c cæt.

Quæso, quisnam hic est turpitudinis et sceleris prætextus? Siue dicat Luterus, Veniat ancilla, seu, Ancilla debet venire, quid alterum præ altero plúsve minúsve habet? Quid interest vtrũ dicam, Veniat, aut, Debet venire? Mihi quidem videtur vtrunque tantundem penè valere: quanquàm ego ea verba, debere & oportere venire ancillam, Lutero minimè tribui, neque ea in meo scripto quisquam reperiet.

Quæ autem D. Luterus & Philippus piæ memoriæ singularibus quibusdam personis consilia dederunt, ea ego suo in precio relinquo, præsertim uerò in D. Luteri piæ memoriæ consilijs acquiescere sino. Smidelin. L. 1. fac. 2.

Nimirùm præclari sunt isti Euangelistæ. Iam quidem eorum Euangelium cæruleum est, mox atrum: aliquanto pòst

 lute-

luteum siue croceum: neque vllum omninò perpetuum retinet colorem, nunquàm suî simile permanet. Iam scribunt licere viro præter vxorem etiam cum ancilla habere cõmercium, & vxori præter maritum licere cum eius fratre clandestinũ inire coniugium: idq́ue Luterus non scripsit tantùm, sed etiam vnà cum Melanchthone quibusdam consuluit: adeoq́, ad effectum perduxit, vt Iohannes Leydensis, quod certum est, aliquãmultas, Cnipperdollingius autem, teste Erasmo Albero, tredecim vxores accipere non dubitârint. Et quanuìs isti præclari Euangelistæ hoc suum dogma posteà conati sint obliterare, atque etiamnùm vellent rem hanc in integrum restitutam: at tamen malum isthuc vsque eò in homines increuit ac peruagatum est, sacrumq́ue Coniugium ea causa in eum venit contemptum, vt neque Luterus, neque tota discipulorũ eius cohors, donec particula vlla huius do-

Luter. in libello de vita coniugali, vel coniugio.

Alberus in Lib. contra execrandã Carlstadianorum doctrinam.

us doctrinæ ſupererit et admittetur, ſua clandeſtina tergiuerſatione & recantatione vllam emendationem expectare debeant.

D. Auguſtinus duos ſcripſit libros, quibus retractat, quicquid hincinde in libris ſuis perperàm ſcripſiſſet: idq; in illo ſancto Doctore Catholici laude & prædicatione efferunt, at in Lutero non poſſunt idem ſatis uituperare & criminari. Smidelin. L. 1. fac. 2.

Apud Catholicos Chriſtianos hac in re pluribus verbis non eſt opùs, eſtq; iam extra omnem controuerſiam, D. Auguſtinum in quibuſdam non maximi ponderis rebus allucinatum eſſe: ex ijs quædam ab illoipſo retractata ſunt, alia ab Catholica Eccleſia poſt eius è viuis exceſſum animaduerſa ſunt, quæ etiam ea vitanda admonuit ac præſcripſit. Quòd autem ad duos illos libros attinet, quibus ipſemet quædam dicta ſua retractauit & correxit, ij ſanè nulla ratione cum multigenis damnatiſque Luteri hæreſi-

bus comparari possunt. Quæ enim ille vir sanctissimus retractat, ea magna ex parte non nisi obscurarum & subtilium quarundam disputationum explicationes siue declarationes sunt: quæ tamen disputationes, etiamsi ab illo retractatæ non essent, neutiquàm possent in magnis ac perniciosis erroribus numerari: maximè quandò Catholica Ecclesia in Concilijs generalibus ea tempestate de eiusmodi controuersiosis & subtilibus rebus necdùm quicquam certò definiêrat.

Ecquis verò à Lutero vnquàm editus liber est, qui non aliquammultis exitialibus, perniciosis, atque iam olìm damnatis hæresibus scateat? Non est ergò, quòd Smidelinus conetur Luterum hæresiarchā cum sanctissimo pontifice Augustino componere. Immò verò nūquàm Luterus ea mente fuit, vt errorē vllum, quantunuìs ille crassus eßet, quoàd viueret, reuocare voluerit. Siquidē palàm

scri-

ſcribit, adeò ſe ſuæ doctrinæ certum eſſe, vt nihil ambigat ipſiſsimum Dei verbum eam eſſe, & licèt totus ſeſe opponat mundus, tamen illã perſiſtere et valere oportere. Neque de ſua doctrina vllum vult ferre iudicem, ſed mandat Imperatoribus, Regibus, Principibus & magnatibus, itemq́ Romanis Pontificibus, Cardinalibus & Epiſcopis, debere & oportere illos ipſius doctrinam ceu ſanam habere, agnoſcere, pronunciare, ſaluamq́ue ſinere, ac nihilo minùs ignem tartareum in ſua capita recipere. An nõ iſthæc egregia & demiſſa inprimìs Luteri eſt recantatio vel retractatio? quæ ſanè diabolo & matri illius, non ſanctiſsimo præſuli Auguſtino, comparanda ſit. De libro Auguſtini, quem is de opere Monachorum inſcripſit, ſatìs eſt Lectorem admonuiſſe, eum reuerà eſſe ipſius Auguſtini, quemadmodùm teſtis eſt ipſe Auguſtinus libro 2. Retractationum, cap. 21. ſu-

Luter. contra putatitium Cæſaris mandatũ, Tom. 6. fol. 165. fac. 2.

prà quoquè eius libri meminimus, nec hîc repetere necessè est.

Smidelin. L.2.fac.1. Neque etiam D. Luterus ob asserendã Christianam sacerdotum libertatẽ hac Pauli sententia opus habuit, ut ea causa quippiam textui attexeret, &cæt.

Quisnam ille est, qui hanc Pauli sententiam hunc in modum interpretatur? Videlicet Luterus. A quo verò Luterus hancipsam interpretationẽ accepit? Reuerà non ab angelo, non ab aliquo legitimo Doctore, non ab vllis sanctis Patribus. A quo tandèm igitur illam obtinuit?
Iohan. 8. *A patre scilicet mendacij, qui ex illo locutus est. Nostri quidem sancti Martyres, Patres, Doctoresq; vetusti, Paulinã sententiam rectè ac probè Catholicéque interpretati sunt, sicq̃ue eam intellexerunt, quòd nemo debeat in Episcopũ promoueri, qui vel simul, vel succeßiuè duas habuerit vxores. Itaq; antiquus ille The-*
In 1. Tim. 3. *ologus Oecumenius in Commentario suo,*

quem

quem ex omnibus veteribus S. Patribus congeßit, dictionem illam, Vnius vxoris virum, sic interpretatus est, μὴ ὢν δευτερόγαμος. Haud sanè, inquit, id præcipit Apostolus, quòd Episcopum vxoratum esse oporteat: sed si contigerit, inquit, vt à mundi rebus veniat, nō sit bigamus. Seu quòd, si vel vnam tantummodò vxorem, eamq́; legitimam nouerit in connubium: attamen vt ad Episcopatum adscitus, illud compleat: Qui habent vxores, tanquàm non habentes sint. Et, Volo vt oēs sint sicut & ego, ait idem Paulus: &, Qui vxorē duxerit, curat quæ sunt mundi. Quî igitur æquum est, vt rerum mundanarum curam gerat Episcopus? Hæc ille. 1. Cor. 7.

D. Chrysostomus quoquè eandem sententiam haud alitèr explanat. Sic enim habet: Quidam verò hoc ità intelligunt, vt scilicet ad Episcopatum is assumatur, qui vnius fuerit vxoris vir. Concordat In 1. Tim. 3.

In idē cap. *cum illo Ambrosius, ità scribens: Quanuis secundam numero vxorem nō sit habere prohibitum, vt tamen quis dignus ad Episcopatum sit, etiam licita debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis. Et paulò pòst: Si autem quis potiora sectatus, & corpus & animam suam Deo dicauerit, nè se copulet matrimonio, tanto magìs dignus fiet. Theophylactus quoquè Bulgarorū Archiepiscopus, eundem planè in modum hanc Pauli orationem accepit & exposuit. Propterea, inquit, si duxerit vxorem Episcopus, vnius sit, non multarum, maritus. Vel vnius vxoris virum dicit, vt qui ad eam Episcopatûs prouehēdus sit dignitatem, non multas habuerit vxores, sed vnam.*

Eum in modum scripsêre atque docuêre non modò Chrysostomus in Thracia, Theophylactus in Mœsia, Augustinus in Aphrica, Ambrosius in Italia: verùm etiam Haymo in Germania apud Halber-

berstattenses, cuius hæc sunt in memoratam Pauli sententiam cōmentaria: Vnius vxoris virum, id est, antequàm ordinetur, vnam vxorē debet habere, vt non sit bigamus aut trigamus: posteà verò penitùs abstinere debet. In 1. Tim. 3.

Sic nimirùm vniuersa Christi Catholica Ecclesia hanc Pauli sententiam semper & vbiquè & accepit & interpretata est: atque eam ob rem, vnusquilibet è religione Christianus, ab hæretica & fraudulenta Luteri ac Smidelini expositione probè sibi cauere nouerit.

Quod uester Antichristus Papa uetuit, atq; è cōtrario dæmoniorum doctrinam instituit, Sacerdotes non debere inire coniugia. Smidelin. L. 2. fac. 1.

De hac sententia non semèl ego iam antè, quod res poscere videbatur, tum ex sacris literis, tum earum vero ac Catholico intellectu solidè & syncerè respondi. Neque secùs hac ipsa de sententia docuit is, cuius iam iamq; mentionem habuimus,

 Hay-

Haymo Halberstattēs. Episcopus, quàm reliqui S. Patres omnes toto orbe Chri-
1. Tim. 4. *stiano. Eius hæc verba sunt: Prohibentes nubere, id est, nuptias celebrare, dicentes nuptias à diabolo esse inuentas: non recolentes neque intelligentes, quod di-*
Gen. 1. 8. & 9. *xit Dominus primis hominibus, Crescite et multiplicamini: &, Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ. In his locis notauit Apostolus per Spiritum sanctum Hæreticos, qui post discessum eius fuerũt, Marcionē videlicet, Hebionem, Cerinthum, Manen, cæterosque peruersi dogmatis Doctores. Hæc ille.*

Atque tametsi Luterus sæuit & furit, nititurque hanc sententiam ad Papatum, id est, ad Catholicos sanctos Patres & Doctores sua interpretatione detorquere, perindè àc si escis & matrimonio interdixerint: non potest tamen isthuc vllis solidis argumentis, neque vlla ratio-

ne

ne probari & planum fieri: cùm præsertim Catholica Christi Ecclesia Hebionitas, Marcionitas, Manichæos & Cerinthianos, cunctasque illorum hæreses damnârit, execrata sit, & ex Ecclesia profligârit. Neque verò eadem Christi Catholica Ecclesia, cùm sit veritatis co- 1. Tim. 3. *lumna et firmamentum, ad id vsq; amentiæ vnquàm prolapsa est, vt Hæreticos quidem diris omnibus deuoueret & extirparet, porrò hæreses approbaret ac tueretur. Itaq; non admodùm refert, quicquid hîc grunniat porcus Smidelinianus.*

Quòd verò Smidelinus multa cauillatur & blaterat de incontinentia et vita improba Cleri nostri, atque indè id efficere ac docere nititur, quandoquidem plerique sacerdotes nostri (sunt enim inter illos multi probi, integri ac benè morati) vitam agunt flagitiosam & offendiculis plenam, eam ob rem doctrinā nostram non esse Christianam, puram et ve-

ram, id ſanè nullã habet veri conſequentiam: quandò etiam Smidelinus ipſe ſuo in libro fatetur, poſſe ſacerdotes quoſdã ſanam adferre ac depromere doctrinam, & interim tamen vitam agere cum ſcandalis coniunctam: rurſusque etiam contrarium poſſe accidere. Sed non ſat ille habet vidiſſe feſtucam in oculo proximi ſui, in ſuo autem nec trabem vidiſſe: quin pergit audactèr & confidentèr, atq; hac oratione vtens:

Smidelin. L.2.fac.2. *Ad hanc, inquit, morum diſciplinã ceu ad ſpeculum poteris tete cõponere, cùm è diuerſo apud nos coniugium, præſertim apud Eccleſiarum miniſtros, honeſtè colatur, &c.*

Quàm honeſtam, pudicam & benè moratam agant vitam Luterani prædicantes & Eccleſiarum miniſtri, hîc ego excutere nolim: quippe cui iam non conſtitutum ſit de perſonarum moribus, ſed de Chriſtianæ fidei doctrina diſſerere ac diſputare. Puto autem opùs non eſſe, per-

con-

contari ex Poëta Lemnio, qua ratione dum Luterus viueret, Vuittēbergæ hincindè apud sanctos et pudicos illos Patres victitatum sit: atque meo quidem iudicio, poßit Goppingæ non obscuris disci testimonijs, Ecclesiarum ministri et concionatores quàm inculpatè suo in coniugio degant. Qua de re nolim in præsens ferre sententiam.

Ad eundem modum erga illam quoquè Luteri trāslationem sese geßit, qua is in Epistola ad Timotheum dictionem, presbyterium, uerterit, priesterthumb der Eltesten/ uti hocipso sacros Ordines uel sacerdotium aboleret, poßetq; docere non esse illud Sacramentum &c. Smidelin. L. 2. fac. 2.

Hanc Luteri versionem falsam & peruersam esse, equidē in Apologia mea ad longum demonstraui: quòd item hac sua praua interpretatione id ille efficere voluerit, vt ostenderet laicos omnes sacerdotes esse, quos seniores in populo ciues & instituere & destituere queant,

liber

liber eius de Missæ abusu testatur, vbi sic
Tom. 7. fol. 29. fac. 1. *habet: Dicuntur autem hîc presbyteri, non rasa & oleo delibuta idola, sed honesti ac integri ciues vrbis, qui bonæ vitæ & famæ sint: atque ij debent creari Episcopi, et quidem multi in vna vrbe, vt ex Græco textu luculentèr potest perspici.*

Huic Peputiano errori asserendo ac tuendo non modò D. Pauli deprauata sententia, verùm etiam suppostititia oratio illi inseruire ac patrocinari debuit. Græcus & Latinus Textus habet: Dic
Matth. 18. *Ecclesiæ: id Lutero significet necessè est, Dic populo: videlicet, vt Ecclesiastica iurisdictione abrogata, popularis confusio & inordinatio suum accipiat robur ac stabilimentum. Atq; ità quidem Luterus quandoquè & scripsit & docuit: sed paulò pòst ea translatio vires omnes amittere cogebatur. Nanque priorem illam suam falsam interpretationem, adiecta ad marginem glossa, hunc in modum*

dum castigauit, Presbyterij, id est, sacerdotum vel sacerdotij.

Sed est hæc Staphyli nequitia. Neque enim tam est indoctus Staphylus, ut nesciat πρεσβυτέριον, qua dictione eo loco Paulus utitur, significare congregationem seniorum &c. Smidelin. L. 2. fac. 2.

Quàm ego vel doctus sim vel indoctus, non est necessè eius rei Smidelino reddere rationem. Atquì tamen id ego ex Dei gratia eruditionis cõsecutus sum, vt nôrim certóque affirmare queam, πρεσβυτέριον D. Paulo significare non congregationem seniorum, sed Pontificiam vel Episcopalem functionem ac potestatem conferendi presbyterij Ordinem. Quod quidem ità se habere, nec à me confictum adferri, ipse D. Paulus ea probat oratione, qua hortatur Timotheum Archiepiscopum, nè negligat gratiam, quæ in ipso est, quæ data est ipsi per ꝓphetiam, cum impositione manuum presbyterij, id est, Episcoporum. 1. Tim. 4.

Itaque

Itaque Oecumenius locum hunc expo- In 1. Ti. 4.
nens, ſic ait: πρεσβυτέρους τοὺς ἐπισκόπους φησίν: *id eſt, Presbyteros, Epiſcopos vocat. Itidẽ hanc ſententiam interpretatur Chryſo-* In 1. Ti. 4.
ſtomus his verbis: οὐ περὶ πρεσβυτέρων ἐφὴ ἐνταῦθα, ἀλλὰ περὶ ἐπισκόπων. οὐ γὰρ δὴ πρεσβύτεροι τὸν ἐπίσκοπον ἐχειροτόνουν. *id eſt: Non de presbyteris hoc in loco, ſed de Epiſcopis loquitur. Neq; enim presbyteri ſolent Epiſcopum ordinare. In hanc ipſam ſententiam ſcri-* In 1. Ti. 4.
bit etiã Archiepiſcopus Theophylactus: Presbyterij, inquit, hoc eſt, Epiſcoporũ. Aduerte quàm illud tremendum ſit, & quantum valeant Pontificum impoſitæ In eundem locum.
manus. D. Ambroſius cum his omnibus pulcherrimè conſentit: Gratiam tamen, inquit, dari Ordinatoris ſignificat per prophetiam & manuum impoſitionem. Quibus verbis ſanctus ille Pontifex luculentèr innuit, gratiã vel munus ſupradictũ, quod ſacerdotes dum ordinantur, accipiunt per prophetiam et manuum impoſi-

positionem, ab ordinatore cõferri, id est, ab Episcopo, qui sacerdotij confert ordinem. Cernis igitur ex his Christiane & pie Lector, vt Luterus, Smidelinus, & eius farinæ homines scripta Diuina interpretentur & excarnificent, idq; contra Catholicum & consonum Catholicæ Ecclesiæ intellectum, vt sacerdotium penitùs abrogent ac funditùs subruant.

Quinam igitur ille ausus est Luterum deprauationis insimulare, quæ tamen ipsorum putatitio sacerdotio nec arroget quicquam, nec deroget? Smidelin. L. 2. fac. 2

Luterum hac sua praua translatione Iouinianam hæresin suam fucare & expolire voluisse, tanquàm non modò presbyteri et Episcopi eiusdem sint dignitatis, sed etiam, quod quidem maioris audaciæ est, laici indiscriminatìm omnes, mares & fœminæ, lictores et carnifices, sacerdotes sint & Episcopi, Luteri propriæ confessiones testantur, vt ex proximè citato illius de Missæ abusu libro al-

latum est, atq; adeò Smidelinus ipse rotundis verbis & citra vllam exceptionem sese prodit & declarat, dum sic ait:

Smidelin. L.3.fac.1. Quòd autem Staphylus Doctori Lutero tam atrocitèr obijcit & improperat, docuisse eum, Christianos omnes esse sacerdotes, quid hocipso D. Luterus aliud scripsit, quàm quod sua in Epi-
1.Pet. 2. stola Petrus scribit: Et ipsi tanquàm lapides uiui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotium sanctum, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per IESVM Christum?

Hoccine igitur est Pontificio sacerdotio nihil neque arrogare, neque derogare? Quid verò etiam Luterus vel addit vel adimit Papistico sacerdotio, dum
De Missa abusu, Tom. 7. fol. 289. *eum Pauli locum interpretatur, Siue lingua quis loquitur, secundùm duos, aut vt multùm tres, & per partes &c? Quid his, inquit, vos Romani Pontifices idola & laruæ contradicturi estis? Paulus dicit, posse omnes prophetare per singulos, & ordine alij post alios, ità vt si sedenti & auditori quippiam reueletur, surgere pos-*

posſit, is autem qui prophetat vel concionatur, tacere debeat & illi cedere? &c.

Ità nimirùm Luterus & Luterani omnes factioſi ſpiritus de ſacerdotũ functione ac miniſterio loqui ſolent, cùm illis eſt res nobiſcum, id eſt, cum Catholicis, vt ſi quiſpiam ex illis percontetur, Ecquis vos veſtroſque ſeditioſos prædicantes concionandi prouinciam arripere iuſsit? à quo concionatum miſsi eſtis? reſpondere queant, Paulus docuit, poſſe oẽs prophetare per ſingulos, & ſi quid reuelatum ſit ſedẽti vel auditori, ſurgere poſſe, aliumque concionantem tacere & illi cedere debere: quotquot autem ità prædicãt vel legunt, debere auditoribus permittere vt dijudicent, & illis ſubiecti eſſe. Contrà verò, vbi Luterani cum ſuis Symmyſtis manus conſerunt, ſuumq́; putatitium ac impium volunt tueri ſacerdotium, iam D. Pauli doctrina aliam admittere cõpellitur interpretationem, idq́;

planè velle, quod Luterus aduersùs angulares & clancularios concionatores scribit hunc in modum: Sunt quidem, ait, qui asserant D. Paulũ 1. Cor. 14. vnicuilibet eam fecisse potestatem, vt ad populum concionari queat; atq; etiam aduersùs legitimũ Ecclesiasten oblatrare, dum ait: Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Vndè isti obrepentes sibi persuadent, ad quam ipsos venire contingat Ecclesiam, ius fasque ipsis esse dijudicare prædicantes, & secùs atquè illi concionari. At isti toto errant cælo. Obreptitij & clancularij isti non satìs probè textum inspiciunt, sed indè excerpũt, immò in illo coquunt, quicquid eis visum est. D. Paulus eo loco de Prophetis agit, qui docere debeant: non de populo, cuius est auscultare. Prophetæ autem doctores sunt, qui in Ecclesia verbi ministerio funguntur. Cur enim alioquì propheta quispiam diceretur? &c. Et paulò

Luter. de angularijs vel clancularijs Concionatoribus, Tō. 2. fol. 246.

pòst:

pòst: Legat qui volet totum illud caput, & euidentèr comperiet, D. Paulum illic agere de prophetando, docendo, concionando in populo vel in Ecclesia: non autem mandare illum populo concionandi munus, sed cum Ecclesiastis agere, qui in populo vel congregatione concionantur: nanque alioquì ne fœminis quidem prædicandi prouincia interdicere illum oportuit, quippe quæ Christianæ concionis vel populi pars quædam sint. Hæc Luterus.

An ne hoc loco iure percontandum fuerit ex Smidelino, vt vel affirmando vel negando apertè pronunciet, vtra ex parte Luterus vel Martinianus, vel Luteranus fuerit?

Si Luterus est alter Iohannes Baptista, vt eius Græcum testatur Epitaphium: vel tertius Elias, vt Melāchthō, Pomeranus & plerique alij asserunt, aut verus Euangelista, vt ipsius sese nomi- Melāchthō et Pomeranus in oratione funebri Luteri. In supplicatorijs li-

 nat,

bellis. Ad responsum Boccij Lipsens. Tō. 7. fol. 147.

nat, atque etiam tam impotentèr iactitat, non posse se errare, nec habere dubium, quin doctrina sua ipsum Dei verbum sit: iam sanè Smidelinus suā tenetur confessionem expromere, vtram harum duarum sententiarum idemipse Luterus vel ex bono, vel ex malo spiritu protulerit: quandoquidem altera alteri adeò prorsus è diametro repugnat, vt nullum poßit medium interponi. Non ausus erit Smidelinus has inter se contrarias, discrepātes atque pugnantes Luteri sententias molli spongiola componere: præsertim cùm vsqueadeò manifesta sit hîc fraus et impostura, vt ægrè admodùm fucò quodam tegi poßit, quandò ille iam quidem calidum, mox nihil mutato ore frigidum spirat. Certè vnusquilibet piè & candidè Christianus, studiosusque veritatis, non alitèr hoc de Luteri & Smidelini negocio statuere poterit, quàm vt est à Diuo Athanasio scriptum in Decretis Synodi Ephe-

Athanas. in Decret. Synod. Ephesinæ.

Ephesinæ, vbi sic habet: Hoïes sunt, vt dixit Iacobus, duplici animo, & instabiles in omnibus vijs suis, nec eãdem habẽtes sententiam, sed nunc in hanc, nunc in illam sese vertentes: & nunc quidem probantes quod dicũt, mox verò vituperantes, quod paulò antè laudauerant. Hoc autem, vt Pastor ille dicebat, ex diabolo prognatum est, per quod citiùs agnoscas caupones, quàm Doctores. Est enim, sicuti à Maioribus traditũ est, vera doctrina, & hoc veros Doctores arguit, si eadem inter se profiteantur, neque diuersa sentiant, vel inter seipsos, vel à suis Maioribus dissidentes. Etenim qui hunc in modum affecti non sunt, improbi potiùs, quàm veri Doctores habendi sunt. Hæc ille.

Atqui verò num Luteri & Luteranorum omnium oratio hunc in modum sese habeat, nulla quæstione indiget, cùm satis sit posse Lutero & eius Synmystis

Luc. 19. *verißimè dici illud Euãgelicum, Ex ore*
Luc. 6. *tuo te iudico serue nequam: &, Ex abundãtia cordis os loquitur. Qualis est auis, talis & cantio illius. Si quidem Luteri doctrina germanus esset Scripturæ diuinæ intellectus, dubium non est, quandoquidem veritas à seipsa dißidere non potest, quin etiam Luteri doctrina & interpretatio in seipsa scriptis diuinis consentanea, concors, cõstans ac stabilis, non autem, vt D. Athanasius ex D. Iacobo commemorat, duplex animo & instabilis in omnibus vijs suis esset. Est igitur importuna cumprimis et absurda diuturni erroris & Hæresis castigatio, quam Smidelinus ex Lutero adducit hunc in modum:*

Smidelin. L. 3. fac. 2. Non est autem, quòd quisquam eam sibi usurpet potestatem, nisi fiat ex totius populi consensu, uel Magistratus uocatione &c.

Enimuerò hac in re duo quædã pensitanda sunt, quandò Smidelinus alterum,

rum, idque inprimis necessarium, prorsus excludit: alterum verò, quod non nisi extrinsecùs ad rem pertinet, solùm retinẽdum putat. Est tamẽ certè aliud quidam in seipso, Doctorẽ esse Theologum: atque aliud, huc vel eò vocari ad concionandi munus. Sic etiã aliud est, quempiam sacerdotio initiatum, & re ipsa sacerdotem esse: atque itidèm aliud, eundem ipsum ad Ecclesiastica ministeria et Sacramentorum administrationem vocare vel adhibere.

Ecquid verò Luterus? Negat planè Sacerdotium vel sacros Ordines esse Sacramentum, docetque è diuerso, Christianos omnes, viros ac mulieres, omninò sacerdotes esse, posse administrare Sacramenta, modò, vt ipsus hîc ait, à populo vel senioribus ciuitatis eò acciti sint. Quod, oro, quid aliud est, quàm vbi textũ Apostoli vitiat & corrumpit, & pro presbyterio, vertit, seniores vel ciues communis

De Mißæ abusu, Tom.7. fol.291.
oppidi, vti alio loco id ipse interpretatur & exponit? Neque hæc Luteri doctrina in solis calamis atq; codicibus hæsit, verùm etiam ad multigenam ipsius instantiam multosque clamores locis non paucis, nec sinè ingenti seditione et hominum pernicie atque excidio, in rem collata siue ad effectum perducta est, putà, Dantisci in Prußia, Monasterij in Vuestphalia, atque ferè in plerisque omnibus primarijs Germaniæ & Heluetiorum vrbibus: quibus in locis popularis concio vel ciues pro suis parùm sanis cerebris ausi sunt concionatores & Ecclesiæ ministros tum instituere, tum abrogare: vndè tandèm tot extitêre factiones & sectæ, quot hincindè extāt Respublicæ vel hominum societates: immò quot propemodùm domus & ciues inueniuntur.

Quis, oro, Zuinglianos hæreticos ecclesiastas in Gallijs & Heluetijs accersit? Vulgaris populus & ciues, atque se-

niores rustici in pagis. Quis Stancarianæ sectæ buccinatores in Podolia, Brandatanos Caluinistas in minori Polonia, Suencfeldianos in Sueuia & Silesia vocat? Non nisi vulgaris, curiosa, atque à Lutero dementata nobilitas. Quis Anabaptisticos præcones in Phrisia, Prußia, Morauia, atque partim etiam in Boëmia vocat? Nemo profectò, nisi seducta, malesana plebs, & seniores pagani. An verò istiusmodi vocatio verbo Dei & germano Scripturæ diuinæ intellectui consentanea est? Luterus quidē id ait, Smidelinus non negat.

Sed quî tandem sancti Patres et Doctores omnes hanc vocationem acceperunt? ità nimirùm, quòd quàm non potest simplex sacerdos pontificem efficere & vocare, tam non poßit, immò etiam multo minùs poßit vulgaris laicus sacerdotem creare & accire: quemadmodùm suprà ex Chrysostomo, Theophylacto &

Oecu-

Oecumenio allatum est. Quandò igitur populus vel laici laicos vocant & sacerdotes constituunt, tam non potest ea esse legitima & Christiana vocatio, quàm si plebs vel rustici suos ciuiles vel seculares Magistratus cogere in ordinem, atq; ex seipsis alios Magistratus accire & creare velint: quod non modò cum expresso Dei verbo pugnat, iubente vt omnis anima potestatibus sublimiorib⁹ subdita sit: Rom. 13. *sed etiam à Luteranis contra omnem rationem admittitur & perpetratur, quandoquidem, Cicerone teste, maius imperium à minore rogari nõ est ius. Porrò Sacramenta administrare, verbũ Dei prædicare, Ecclesiam gubernare, longè excellentior est prouincia & functio, quàm expilare rusticos, sarcire culcitram, merces distrahere, vsuras exercere. Qua igitur ratione fieri potest, vt ab his inferioris notæ hominibus sacerdotes vocari, creari, regi debeant? &c.*

Lib. 9. Epistol. ad Atticum.

Ve-

Verùm hoc illi uncto gregi dolet, quòd Luterus sacrificulos & qui preces horarias decantãt, non uult habere sacerdotum, neque eorum ministerium, sacerdotij loco. Smidelin. L. 3. fac. 2.

Quæ Smidelinus hîc aliquot paragraphis maledicentia, conuicijs & contumelijs exequitur, non sunt responsione digna. Atque ille quidem sanctè deierârit, toti Orbi satisfactum esse, quòd vbi arte & eruditione omni destituitur, pro sua indole & ingenio, causam suam inhonesta & ab omni decoro aliena dicendi ratione propugnat & tuetur.

Itidèm omninò respondendum est ad interpretationẽ loci illius Actor. 3. de oratione. Quòd enim Luterus preces horarias sacerdotum aboleuit, neque hoc neque id genus alijs scripturæ locis adductus fecit, sed indicauit & planum fecit, quàm immanis idololatria circa eas & per eas actitata sit, inuócandis sanctis &c. Smidelin. L. 4. fac. 1.

Quòd Luterus solitam precandi rationem, cuiusmodi ab Apostolis instituta est, & Ecclesiastici hactenùs toto Orbe

Chri-

Christiano vsurpârunt, nulla fretus neq; subnixus solida ratiõe abrogârit, tam est euidens ac manifestum, vt nulla sit percontatione opùs. Porrò quòd idem ipse ob eliminãdas Cleri preces horarias sententiam illam Actorum 3. perperàm ac falsò allegârit, ipsa docet Luterana falsa prauaque eiusdem sententiæ translatio, sicut illo libri mei loco affatìm ostendi ac planum feci. Sanè si Smidelinus causæ suæ minimè diffideret, argumenta à me allata absq; dubio confutanda suscepisset, neque ea tacitus esset præteruectus. Cùm autem cernat ille nusquàm se pedem figere, nusquàm consistere posse, ad puras negatiuas sese confert, vt solent nullo subnixi fundamento blaterones, solumque negat sinè vlla probatione, Horas Canonicas vel preces Horarias dicere, non esse institutionis Apostolicæ, sed tantùm papisticam quandam idolomaniam, cùm tamen ego in diuersum perspicua ac luculenta

lenta Scripta diuina, vnaque totius Orbis Christiani testimonia adduxerim, vt in libro meo videre licet.

Atque hîc Smidelinus iure debebat responsum reddere, num Græcus & Latinus noui Testamenti Textus falsam Luteri versionem ferre posit, nécne, vbi ille in sententia ea, Petrus & Iohannes Actor. 3. *asscendebant in Templum ad horam orationis nonam, pro dictione, orationis, substituit, ad orandum. Atqui verò cernens Smidelinus Luteri deprauationem nimisquàm manifestam ac euidentem esse, caput causæ missum facit, atque interim quiddam ludicrum & histrionicum narrat, nihil prorsus ad rem ipsam faciens.*

Ad extremum aliam quandam Staphylus sententiam promit, à Lutero malè uersam, dum elementa mundi, interpretatur, mundi leges uel constitutiones. Smidelin. L. 4. fac. 2.

Equidem quod in mea Apologia fusè à me disputatum est, in eo etiãnum persisto:

sisto: principioque aio, Luterum verba hæc, Elementa mundi, vitiosè vertisse, Mundi leges vel constitutiones: quandoquidem Chrysostomus, Theophylactus, pluresq; alij S. Patres eum Pauli locum, Videte nè quis vos decipiat secundùm elementa mundi, concorditèr ità interpretati sunt, quòd ijs verbis Apostolus credentes omnes bona fide præmonuerit, nè astrologicis prædictionibus se seduci patiantur.

Chrysost. Theophyl. in 2. ad Coloss.

Deindè inficiàs ire nemo potest, (nisi fortassis Luterani ipsi Luteri libros oēs, illius esse inficiari velint) Luterum, Melanchthonem, & Carlstadium initio Anabaticæ illius tumultuationis suæ Philosophiā omninò reiecisse, ac diris omnibus deuouisse. Atq; adeò multos ego possum producere viuos testes, quibus Melanchthon Vuittenbergæ persuaserit, nihil neque recipiendum neq; lectitandum esse, præter sacra Biblia, neq; porrò dan-

dam operam Philosophiæ, sed opificium mechanicũ vnicuilibet & artificium vel negociationem amplectendam, vti in sudore vultûs sui vescatur pane suo.

Porrò isthuc sic sese habere, testatur Melanchthon ipse in sua Latina Præfatione in Canones Apostolorum, Luterus quoquè in Præfatione in Annotationes Philippi in Epistolã ad Romanos. Ideq̃ libro ad Germanicam Nobilitatem damnat ac explodit Aristotelis Philosophiam, cùm tamẽ is Philosophorũ omnium facilè princeps sit, & vtilißimus: eiusque præcipuorũ operum, putà, De Anima, Physicorum, Metaphysicorũ, Ethicorum &c. lectione interdicit. Testatur etiam Erasmus Alberus, vt eodem tempore Carlstadius in Philosophiam debacchatus sit, itemq́ue artes omnes laude dignas. Potestq́ue idem eoipso probari ac planum fieri, quòd nonnullæ egregiæ vrbes Germanorum scholas suas siue ludos Lib. de execrãda Carlstadianorũ doctrina.

NN *litera-*

literarios aliquot annis planè mutos esse voluêre, nec iuuentuti literis nauare operam permisêre.

Iohan. Gastius de erroribus Catabaptistarum.

Deniquè etiam Iohannes Gastius in sua de Anabaptismo historia annotauit, hodieq́ perplures extare concionatores, qui se grandi putent obstrictos crimine, si dent nonnullam operam Philosophiæ, eaq́ vtantur in suo exequendo verbi ministerio. Est igitur non nisi superuacanea & futilis Smidelini loquacitas, dum is hunc Luteranorũ errorem elumbi quadam prorsusq́ ficulnea argutatione purgare molitur. Atqui verò id genus errori obnoxia ac pniciosa negocia, solis ac nudis verbis obtegi non se sinunt, quandoquidem re ipsa non solùm in regionis alicuius, sed etiam totius Orbis notitiã peruenerunt, atq; authores ipsi suis ipsorum scriptis multis modis reuincuntur.

Atque est ea sanè egregia multáque laude digna purgatio; quam nobis adfert

Smi-

Smidelinus, dicens Luterum eo nomine Philoſophiam reieciſſe ac vetitã eſſe voluiſſe, quòd Scholaſtici Doctores res Theologicas ea obſcurârint, perindè, etiamſi verum eſſet, vt in pleriſque non eſt, quoſdam ex illis Philoſophia abuſos eſſe, quaſi tota propterea Philoſophia eliminanda & deteſtanda ſit. Verùm enimuerò ſi Smidelinus ex me percontaretur, quamobrem Luterus & Sectarij prædicantes omnes Philoſophiam ægrè patiantur, idem ego illi reſponſum redderem, quod mihi quandoquè Oſiander dedit, nempè, Si quidem Ariſtoteles vnà cum Scholaſticis Doctoribus ad ſtudiũ Theologicum adhibendus ſit, Luteri doctrinam & Euangelion peſsùm ire oportere: ſatiùs igitur eſſe, ſemèl reijci Doctores Scholaſticos vniuerſos vnà cum Ariſtotele. Nam ſi eorum vna aliqua pars retineatur, per omnia in articulis omnibus eos retinendos eſſe, quandoquidem

 eorum

eorum doctrina in eam sit redacta methodum, vt nulla pars indè diuelli queat, sed vel totam recipi, vel totam respui necessè sit.

Quòd igitur Luterani Sectarum architecti Philosophiam reformidant, non est id quidem admiratione dignum, cùm videant illi se aduersùm nullum Catholicum eruditum Theologum, vbì ad disputationem ventum est, os suum pro eo atquè par est aperire, nè dicam, legitimam & constantem disputationem ad finem vsque perducere ausos esse.

Smidelin. M.1. fac.1. Quòd uerò D. Luterus his uerbis, Mundi *constitutionibus, etiam seculares Magistratus prorsus abolere & abrogare uoluerit, tam crassum et impudens mendacium est, ut ne responsione quidem dignum existimem.*

Non potest quidem Smidelinus expedire sese commodiùs, vbì se sentit vndiquè veritatis casibus implicatũ, quàm vt suis inhæreat puris negatiuis. Nam tamet-

tametſi ille in ſtudio Philoſophiæ & bonorum authorum lectione non admodùm promouerit & progreſſus ſit, vel hoc tamen, vt equidem mihi perſuadeo, ex Philippi Dialectica nôſſe debebat, ex puris negatiuis nihil poſſe concludi. Itaque tutiſſimo ille loco ſeſe continet, dum errores Luteranorum omnes ſola negatione tuetur, ſatque habet dixiſſe, Luterus id non docuit. Sed hæc pura negatiua itá ad regulam legitimè ac probè poteſt adduci, ſi ſolidæ affirmatiuæ in mediū proferātur.

Smidelinus negat Luterum vnquàm contempſiſſe ciuilem vel ſecularem Magiſtratum, vnquàm conſuluiſſe ſubditis, vt aduersùs Magiſtratum rebellarent, & cæt. Sed rem longè alitèr ſeſe habere, primùm docuit bellū ruſticorum, cui tum Luteri, tum aliorum Luteranorum præconum doctrina abundè multam ſuppeditauit occaſionem, vt in Sleidano videre licet. Teſtantur idem Luteri ſcripta ty- Sleidā. Hiſtor. lib. 5.

 pis

Luter. in li. de Seculari Magistratu, contra Cæsaris mandata. Item in Assertionibus.

pis excusa, quibus præscribit, nè qua sublimioribus Magistratibus obediētia præstetur, nulla subsidia conferantur aduersùs perpetuū Turcicum hostem: in quibus etiam asserere non dubitat, Principes Germaniæ esse moriones, leuissimos nebulones, tyrannos, qui miseram plebeculam haud secùs atquè feras in saltibus venentur. Docent præthereà hocipsum aliquot superiorū temporum bella, putà, Brunsuicense & Smalcaldicum, Boëmica seditio, Magdeburgica rebellio, bellum Marchionicum.. De bello Brunsuicens. consulantur literæ Luteri ad Electorem & Lantgranium: de Smalcaldico, Georgij Maioris cæleste interdictum: de tumultu Boëmico, Philippi Melanchthonis scriptum ad Boëmos & Silesios: de Magdeburgica rebellione, Iusti Menij libellus de armis contrà capessendis, & Caspar Cruciger in Psalmum 20. eiusque farinæ pleraque alia scripta, quæ bre-

breuitatis ſtudio commemorare nolim.

Si igitur Luterani dogmatiſtæ ciuilem vel ſecularem Magiſtratū nunquàm habuêre contemptui, neque eum abrogare conati ſunt, Smidelinus horum ſcriptorum certam ac ſolidam nobis expromat rationem, dicatque verbis diſertis, in ijs Luteranos eccleſiaſtas nihil docuiſſe aliud, quàm Magiſtratui obedientiam præſtari oportere.

Verùm id ego pro comperto habeo, non auſurum Smidelinum in hanc flammam manum mittere, ſed potiùs contrà obiecturum, Luterum alibì iuſsiſſe parére Magiſtratui, idque his verbis: Primò quidē ciuile ius & gladius ſecularis probè nobis fundanda ſunt atque fulcienda, vti nè quiſquam dubitet, ex Dei voluntate & ordinatione ea eſſe in mundo. In lib. de Seculari poteſtate.

Porrò ſententiæ, quibus ea fundantur, hæ ſunt, Roma. 13. Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non

est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.

Optimè quidem ego noui, neque id inficiàs ire velim, Luterum quibusdam locis scripsisse ac docuisse, non esse repugnandum Magistratui: nec minùs tamē certus sum, eū multis locis diuersum scripsisse, idque non errore quodam, sed fallaciosa, proterua, ac petulanti animi destinatione. Cùm enim spe bona teneretur quinti Euangelij sui per tumultum & seditionem rusticorum in orbem propagandi, iam tum ciuiles & seculares omnes Magistratus ac principes non nisi tyrannorum, nebulonum, ac morionum loco illi habebantur: neque Magistratum vllum inter Christianos extare voluit, quandoquidē Christiani omnes, fratres sunt, nec quisquam alteri præferri debet. Verùm cùm hæc eum spes fefellisset, mox verso folio scripsit, Omnem animam sublimioribus

Lib. de Seculari potestate. *Contra 2. Cæsaris mādata.* *In Assertiō.* *Lib. de Seculari potestate.*

ribus

ribus poteſtatibus ſubditam eſſe debere: nec solùm bonis, ſed etiam malis principibus morem gerere teneri: nec dubitauit iubere, ruſtici vt iugularētur ac neci darentur. Poſteà verò vbì rurſus animaduertit Imperatorem et reges ipſius quinto Euangelio obſtare, iterùm nullius precij eſſe voluit ſublimes Magiſtratus, ſed præcepit ſubditis omnibus Ordinū omnium & cuiuſcunque conditionis, vt alacri & magno animo loricas & thoraces induant, haſtas & tormenta ænea corripiant, atque Imperatori tendant obuiàm. Quiſquis enim, inquit, armis non accingitur, dum poteſt, is non vtitur eo, quod eſt diuinitùs collatum.

In adhortatione ad pacem ſuper 12. articul.

In libello ad Elector. & Lantgr.

Non eſt igitur, quòd quiſquam miretur Luterum modò contemptim & ſeditiosè de ſublimi Magiſtratu ſcribere, ac paulò pòſt rectè, moderatè et ex rationis præſcripto loqui: ſiquidem ſcripta Diuina nuſquàm non ad illius cogitationes et

affectus accommodare & inflectere sese debuerunt, iam quidem ad affirmandum quippiam, paulò pòst ad idem negãdum, atque repentè iterùm ad nihil non. Et ità quidem Luterus instàr hæreticorũ omnium, manet vir duplex animo, & inconstans in omnibus vijs suis. Iam vult Magistratui repugnandum, atque post paululum, illi esse obsecundandum: sicque ille salutarem scripturæ Diuinæ doctrinã torquet, inuertit & accõmodat ad omne genus Hæreticas ac sceleratas affectiones, salutisque ac prosperitatis tum temporariæ tum æternæ perniciem ac internecionem.

Iaco. 1.

Atqui persuasum habet Smidelinus, quandoquidem pij aliquot & Christiani Imperatores, Reges ac principes publicè propositis edictis vetuerunt, nè commentitium Luteri quintum Euãgelium quisquam amplecti ausus sit, quin potiùs ab omnibus vitandum sanxerunt: seditiosum

ſum hunc Luteri errorem hoc ipſo probè ſatis communitum eſſe atque defenſum, quòd contra eius generis mandata eam D. Petri ſententiam protulerit, qua is ait obediendum magìs eſſe Deo, quàm Imperatoribus, Regibus ac principibus. Actor. 5.

Sed ad hanc Vulcaniam Smidelini purgationem ac defenſionem duæ incidunt neceſſariæ quæſtiones: Prima quidem, ecquiſnam vel ſanctus vel impurus ac prophanus ſpiritus id negocij Lutero dederit, eamque prouinciam demandârit, vt ſubditis concionaretur atque denunciaret, Imperatores, Reges, Principes ac Magnates ea imperare ac præſcribere ſubditis, quæ ſint aduerſa Deo, maioremque exigere erga ſua iuſſa obedientiam, quàm erga Deum ipſum? Quis, inquam, Lutero iſthuc vt doceret, in mandatis dedit? Smidelinus quidem hoc adfert reſponſum, quòd ſacroſanctũ Euangelion, et luculentum ac purum Dei verbum

bum id illi demãdârit. Sed obsecro, æquũ ne fuerit vicißim percontari è Smidelino, qua authoritate vel facultate fretus Luterus, tam grandem sibi prouinciam sumpserit, cùm tamen constet, illum excucullatum & fugitiuum fuisse Monachum, qui iusiurandum ac votum suum perfregerit, sicq́ coniugij sui nomine ruinosa ac dubia fama laborârit, atque ea causa parùm appositus et idoneus fuerit, qui Imperatores, Reges & principes eius rei, quæ famã lædat, apud eorum subditos deferret ac insimularet? Debebat citra omnem controuersiam in tam sublimis ab ipso vsurpati muneris, potestatis vel vocationis confirmationem, Diuina vel Apostolica secùm adferre & edere miracula.

Actor. 5. *Nam cùm D. Petrus dixisset, Deo obediẽdum magìs esse, quàm hominibus, mox aderant signa & prodigia: claudis gressum, ægrotis sanitatem, mortuis vitam*

tam restituebat, aliaque id genus Diuina designauit opera. Moises quoque accedens ad regem Pharaonem, satis indicabat populum Israëliticum DEO potiùs, quàm ipsi regi, obtemperare debere. Quibus autem argumentis vel indicijs tum Pharao, tum Aegyptij certò nôsse debebant atque colligere, Moisen non temerè adductum vt isthuc diceret? Deus ipse Moisi id ostendit, dicens: Cùm dixerit vobis Pharao, Ostendite signa: dices ad Aaron, Tolle virgam tuam, & proijce eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum. Exod. 7.

Eiusmodi sanè Diuinæ vocationis, quam Luterus sibi vendicauit, contemplatione dixit ipse Dominus IESVS: Si mihi non vultis credere, operibus credite. Quandò igitur Luterus Christianos omnes Reges, Principes ac Magnates, adeoque totum orbem Christianum, Romanos Pontifices, Cardinales, Patriarchas, Iohan. 10.

chas, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Sacerdotes & Monachos falſæ doctrinæ inſimulare inſtituit atq; perrexit, tanquàm illi hominibus magis quàm Deo obtemperent: debebat ille profectò inſtàr Domini Saluatoris, Moſeos, & permultorũ ſanctorum hominum, ſuam vocationem & vſurpatam poteſtatem, qua fretus, Chriſtianos Imperatores & Reges traducit, quaſi velint illi ſubditos ſibi potiùs, quàm Deo, morem gerere debere, miraculis et ſignis probare atque confirmare. Vbi ſunt igitur Luteri miracula? Nimirùm viſuntur ea in expilatis Eccleſijs, in vaſtatis monaſterijs, in profligatis & occupatis Epiſcopatibus.

Secunda quæſtio, eáque non abs re ſeſe offerens, hæc eſt, num Chriſtiani Imperatores, Reges et principes noſtri contra Dei præceptum veniant, cùm præcipiunt & ſanciunt, eam verbi Diuini interpretationem ſeu expoſitionem atque

Eccle-

Ecclesiasticam ordinationem, quæ ab Apostolis profecta, toto Orbe Christiano recepta, vsurpata, atque ad nos vsq; perducta est, deinceps quoquè retinendam, vsurpandam asserendam & tuendam: è diuerso autem, nullis perniciosis hæreticorum schismatîs existendi ac latiùs serpendi faciendam potestatem? Cùm Imperatores, Reges ac principes, eiusmodi, vt dictum est, Christiano zelo nauant operam, num propterea dicendi sunt à quibuslibet id exigere, vt hominibus præstēt obedientiam potiùs, quàm Deo ipsi? Legatur attentiùs Luteri liber de Seculari potestate vel Magistratu: & certò comperietur, non tam id studio fuisse Lutero, Ecclesiam vt reformaret, quàm vt subditos aduersùs sublimes Magistratus ad rebellionem & inobedientiam incitaret. Atque etiam illud re ipsa inuenietur, hanc Vulcaniam Smidelini glossam cum suprà memoratis Luteri contu-

melijs

melijs & conuicijs neutiquàm congruere & consentire.

Smidelin. M. 2. fac. 1. Quî fit autem, mi Staphyle, quòd miser Luterus hoc nomine seditiosus debet proclamari, cùm illi non desit iusta & rationi consentanea causa: porrò tuo sanctissimo Patri Pontifici ius fasq; est, nec quisquam contradicere uel contrà mutire debet? &c.

Si quidem Smidelinus, non dicam in Theologia, sed vel in Philosophia, hoc est, humana ratione nonnihil exercitatus & peritus esset, næ ille haudquaquàm sciscitaretur, cur Romanum Pontificem deceat, Luterum non deceat, Reges ac Imperatores plectere anathemate, & si tyrannidem exerceant, eos castigare: atque si subditis impia velint edicta proponere, ijs fidentèr in faciem obijcere, quod D. Petrus primus Romanus Pontifex ait: Obedire oportet Deo magìs quam hominibus. Quis enim ille est, qui Christianis primus præcepit, vt Deo eiusque Euan- Actor. 5.

Euangelio potiùs obediant, quàm ethnicis Imperatoribus, Regibus, principibus ac Dominis? Nimirùm D. Petrus, primarius Christi Apostolus, idemque primus Romanus Pontifex. Illum isthuc decuit, tanquàm Romanæ sedis antistitem, ac deindè idem etiam alios Episcopos addecuit. D. Ambrosius in Imperatorem Theodosium seniorem excommunicationis sententiam tulit, ad Missæ sacrificium adesse eum nō permisit, ab Ecclesia eiecit, ac tandèm publicam agere pœnitentiam compulit. Qua verò authoritate fultus Ambrosius, tam sublime ausus est munus exequi? Primò quidem, quòd Episcopus esset Mediolanens. Deindè, quòd Imperator Theodosius Mediolani cùm esset, in D. Ambrosij Basilicam ingredi, atque ibì suum Deo cultum exhibere vellet. Itaque cùm id temporis D. Ambrosius Mediolanensis Ecclesiæ ageret antistitē, ea fuit authoritate præ-

Ambros. li. 5. Epist. 28. Vrspergēs. in vita Theodosij. Hist. Tripar. lib. 9. cap. 30. Nicepho. lib. 12. cap. 41. Decr. 11. q. 4. C. Cùm apud. Et 96. dist. c. Duo sunt.

ditus, vt reum atque culpabilem Imperatorem posset ferire anathemate, atque ab Ecclesiæ aditu prohibere: quandoquidem in ea Imperatoris noxa & peccato decuit Episcopum illum magis obedire præpotenti Deo, quàm Imperatori.

Vrspergens. De origine Francorũ.

Huic affine est, quod de D. Germano Episcopo annotatum legimus: qui Sigibertum regem Franciæ, quòd duas duxisset vxores, perculit itidèm anathemate. Sed cùm id rex ille duceret pro nihilo, morte subitaria extinctus est. Si quæras, qua authoritate nixus idem sanctus antistes Germanus, eiusmodi sententiam in Sigibertum regem ferre ausus fuerit, fecit id ille ratione & vigore pontificiæ functionis suæ, quam ea tempestate Parisijs, vbì Episcopus erat, & rex Sigibertus suam habebat aulam, exercere ac vsurpare optimo iure potuit. Atquì hîc ego ex Smidelino perquiro, qua authoritate vel administratione præditus Luterus,

terus, ausus fuerit Imperatores, Reges, Principes, adeóque Christianos potentatus omnes publicitùs moriones, nebulones, tyrannos pronunciare, subditis non modò edicere, vt nullũ illis contra Turcas perpetuos hostes subsidium & auxilium ferant: sed etiam prouocare illos ad rebellandum & opponendũ sese suis Magistratibus, &, si qua ratione fieri posset, ad magistratus omnes prorsus profligandos & exterminandos?

Itáne Luterus Romanæ Ecclesiæ Pontifex fuit? Aut verò fecit isthuc authoritate pontificia? Quòd si Smidelinus id affirmat, quînam ille hoc Luteri factum approbare potest, cùm illud ipsum Romano pontifici obyciant, quòd is isthuc præter ius fasq́; tyrannicè designet? Aut certè fuit Luterus Episcopi dignitate ornatus, fecitque istud pontificy muneris sui vigore & authoritate? Sed ille nunquàm sibi Episcopi titulum vendica-

uit, hauddubiò propria conuictus conscientia, quòd ad eiusmodi munus nunquàm legitimè postulatus et confirmatus esset. Atque etiamsi legitimus ille fuisset Episcopus, non tamen in Imperatores, reges, principes & Dominos illos, qui ad ipsius diœcesin nõ pertinerent, vllo iure sententiam ferre, & anathematis fulmẽ iactare potuit.

At dicet fortaßis Smidelinus, Luterum fuisse Euangelistam: immò dubio procul tertium Eliam. Atquì qua tãdèm rationę nos simplices ac imperiti Catholici Christiani, isthuc nobis persuadere & compertum habere possumus, nisi id ille miraculis & signis instàr Eliæ & Apostolorum, atque etiam sanctorum illorum antistitum Ambrosij atque Germani, multorumq́ aliorum euidentèr & re ipsa declaret & confirmet? Quòd cùm Luterus non fecerit, adeóque nec facere potuerit, tum quoquè nec Episcopus, nec Romanus

3.Reg. 17.

August. de Ciuit. Dei, li.22.ca.8. Petrus à Natalibus in Catalogo Sanctorũ.

manus

manus Pontifex fuerit, cui dubium esse queat, illum, vtpotè seditiosum, fugitiuũ, votifragum monachum, nulla alia, quàm ab ipso vsurpata & arrepta authoritate, Imperatores, Reges, Principes ac Dominos anathematizandi, ijsque aqua & igni interdicendi, subditosque contra illos incitandi prouinciam, præter omne tum diuinum, tum humanum ius sibi vendicâsse? Itaquè quod iam antè dixi, idem rursus constantèr asseuero, Luterum ciuilem seu secularem Magistratum habuisse contemptui, atque remis velisque, modò ne illi defuisset facultas, eam in curam incubuisse, vt is prorsus cogeretur in ordinem atque aboleretur.

Est ne uerò ulla unquàm sub Sole Natio, *quæ minoris æstimet* Magistratûs *munera & officia, quàm putatitius* Ecclesiasticorum *grex?* Smidelin. M. 3. fac. 2.

Isthuc quidem Smidelinus promptulus admodùm & facilè protulit, sed necdùm vnquàm solida ratione planum fecit.

cit. Certè si Ecclesiastici sublimem Magistratum eo quo par est, nō essent honore prosecuti, ad hanc dignitatem & Imperij titulos ac fastigia Germania nunquàm pertigisset. Atq; vtinàm nos Germani Ecclesiasticorum beneficijs ab illis in seculares status atque ordines collatis, gratis animis vsi essemus: fortassis longè meliori loco res Germaniæ forent. Quòd autem Romani pontifices ab Imperatorum obedientia sese subduxisse ait Smidelinus, primò ille docere ac probare debet, vtrùm Romanus pontifex in rebus spiritalibus Imperatori, an verò Imperator Romano pontifici obedire teneatur. Apud me quidem nullam habet dubitationem, modò scripta Diuina oculis à partium studio & affectu alienis inspiciantur, ac probè expendantur, facilè perspectum iri, vtrunq; Testamentum tam nouum quàm vetus, supremam potestatem non præcipuis ac primarijs ciuilibus

vel

vel secularibus Dynastis ac Magistratibus, sed summo ac maximo Pontifici attribuere & adiudicare: quemadmodùm D. Ambrosius aduersùs Valentinianum Imperatorem luculentèr docet: Quandò audîsti, inquit, clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopo iudicâsse? Si ergò Ambrosij ætate hæc æqua visa est sententia, cur non debeat hodieq; obtinere? Lib. 5. Epist. 32.

Sub finem huius alterius partis, aliam quandam Staphylus tractat quæstionem, quid tamen Laicis legere permittendum sit, &c. Smidelin. M. 4. fac. 2.

Est ea Luteranorum peculiaris Topica, cùm nō possunt vsquàm vltrà progredi, vt hoc argumēto tanquàm Achille quodam & inuicta demonstratione nitantur, videlicet, Suaipsius conscientia reuincitur. Sed quid si ea non reuincat, immò potiùs contrarium testetur? Nôsse hominis conscientiam, proprium est Dei, neq; id quisquā potest mortalium. Quic-

quid antè vel Smidelino, vel alijs de Luterana Bibliorũ in idioma Germanicum translatione Iudæi attestati sint, equidẽ iam non excutio, facilè persuasus, illis Christi inimicis & impijßimis Iudæorum Rabinis nihil poße gratius obtingere, quàm quòd etiam inter Christianos quidam extiterint, qui in corrumpendis sacris Biblijs haud vulgarem ipsis opem & ansam præbuerint, vtì occasione nouæ huius inter Christicolas dissensionis, vetustos suos errores tantò propensiùs tueri & asserere queant. Quamobrem id genus testibus hac in re vix vlla fides cōmodanda erit, vtì etiam D. Augustinus beatum Hieronymum hac in parte accuratè admonet. Tum verò egoipse quoquè non à Iudæis tantùm, verùm etiam ex Osiandro et quibusdam alijs linguæ Hebraicæ peritißimis didici, Luteri Germanica Biblia multis centenis locis consistere non poße, eumque à veritate Hebraica

Epist. 10. ad Hieronymum.

braica multis modis, atque etiam perniciosè aberrâsse: atque illam eius translationem cōmentarij potiùs vel paraphrâsis, quàm versionis loco habendam esse. Deniquè Luterum non admodùm calluisse linguam Hebraicam, nō dissimulantèr illi ꝑdidêre, qui quotidiana eius consuetudine vsi sunt, eiusque disputationes et prælectiones Vuittenbergæ audiêrūt.

Atque huius ex abundanti causam adfert, cur laicis non sit facienda potestas Biblia lectitandi: Cùm sit, inquit, res plena periculi, & multarum queat esse occasio malarum cogitationum, si fœminis, uirginibus & adolescentibus historia Lot & filiarum eius, Iudæ quoquè & Thamar, atque etiam quo pacto adulterium in fœminis exploratum sit: pluraq; Exempla & Historiæ proponantur: nec poßit absque pernicie eiusmodi lectio ijs, qui iuuenili sunt ætate, permitti. Smidelin. M. 4. fac. 1. Genes. 19. Gen. 38. Num. 5.

Quòd scripta Diuina non debeant à quibuslibet indiscriminatìm legi, D. Hieronymus testis est locuples, dum ait: Nisi quis apud Hebræos ætatem sacerdotalis In Præfatione in Ezechielem.

ministerij, id est, tricesimum annum impleuerit, nec principia Geneseos, nec Canticum canticorũ, nec huius voluminis exordium & finem legere permittitur. Sed cur hoc? Videlicet quòd tametsi prophetarum sermones & libri in seipsis DEI verbum sunt, tamen intempestiuum videretur, ad tanta tamque recondita mysteria cuilibet citra discrimen aditum patefacere vel claues tradere, nè illa mysteria, quæ Deus tegi vult & occultari, passim ab omnibus prophanarentur. Estque sanè id singulari quadã præpotentis Dei dispositione factum, vt præcipua verbi Diuini mysteria & Sacramenta, Latino idiomate ab Ecclesia Romana in tot barbaras nationes, tractata et hucusquè conseruata sint.

Si ergò etiam nonnullis sacerdotibus fas non fuit quædam Scripturæ loca lectitare, quanto id minùs concedendũ est vulgo, vel hominibus imperitis ac iuue-

nili

nili ætate præditis? Fateor quidem, & res ipsa est, quẽadmodùm Apostolus ait, Quæcunque scripta sunt, ea ad nostram doctrinam scripta esse: sed interim tamen non iussit Apostolus, quòd quilibet non vocatus & curiosus vulgaris homo, ex sacris literis, quas pro suo temerario ac moroso cerebro sit interpretatus, vitæ suæ institutionem et doctrinam atque salutem sempiternam haurire & petere debeat: præsertim cùm idem Apostolus alio loco vulgaribus laicis præcipiat, vt obediant præpositis suis, & subiaceant eis. Ipsi enim, inquit, peruigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Itaque vocatis & præpositis animarum pastoribus id ex officio incumbit et competit, vt scripturæ diuinæ doctrinam singulis quibusque, siue illi iuuenes, siue senes sint, siue pueri, siue puellæ, pro personarum ratione, proq; cuiusq; captu, optimè atque fidissimè proponant.

Rom. 15.

Hebr. 13.

Nihil

Nihil igitur necessè est, vt teneræ virgunculæ aut adolescentuli, qui scelerum & flagitiorum, quorum passim fit mentio in sacris literis, per ætatem etiamnum imperiti & insontes sunt, eiusmodi Exempla in S. Biblijs legant, cùm vsuuenire queat, vt homines imperiti legendis id genus Historijs & rebus gestis, occasionem arripiant similia meditandi, ac deincèps longè maiorem nauent operam illis imitandis, quàm fugiendis. Atquì facit Smidelinus more omnium impudentium ac impurorum Hæresiarcharum et hæreticorum, qui vnà cum falsis suis dogmatibus, etiam ansam præbent impudicitiæ & scortationis exercendæ: cui bellè admodùm suffragari ac inseruire solet, cùm sub Christiani cuiusdam erga Scripta diuina zeli prætextu, coram fœminis ac virginibus publicè pro concione referuntur Historiæ Lot, Thamar & eiusdemmodi: ea ipsa allata ratione, quam

hîc

hîc Smidelinus prætexit, propterea id fieri, vt iuuenculæ vel virgunculæ, vbi ad nubiles peruenerint annos, ab huiusmodi vitijs & criminibus sibi cauere nôrint: cùm tamen his commemorandis & prosequendis historijs & actis innoxiam illam ætatem longè magìs ad nequitiam, lasciuiam & leuitatem instituant & instruant, quàm indè auertant.

Verùm audite quæso optimi Christiani, quid ille uulgaribus hominibus legendum decernat. Non ausus est hîc meminisse legēdæ Sanctorum, quæ hactenùs in ædibus trita fuit, &c. *Smidelin. M. 4. fac. 2.*

Quòd ad Legendas vel vitas Sanctorum attinet, non est id quidem dubium, interdùm pios quosdam et sanctos homines varia eaque præclara & illustria vitæ sanctorum Dei exempla comperisse, atque in scripta redegisse, eademque in concionibus ad excitandum populum ad Christianæ conuersationis studium, neutiquàm malè vsurpata esse & recitata.

Sed

Sed ponamus, quædam id genus Exempla non re ipsa facta, sed ab aliquo confi-cta esse. At nec sic tamen carent ea fructu suo, vt quæ non modò ad commodiorem & vtiliorem in doctrina instructionem, sed etiam ad auocandam et abstrahendam à malo rudem plebeculā non parùm contulerint. Quis, oro, tam est mentis inops, vt cùm in fabulis Aesopi legit olìm leones, lupos, vulpes, pisces, aues, & alia animātia mutuis inter sese vsas colloquijs, quemadmodùm Aesopus vir sapientißimus confinxit, propterea eum libellum reijciendum putet, quòd illæ fabulæ non sint vero consentaneæ? Nam tametsi eæ fabulæ nō nisi mera commenta sint: at fatendum nihilo minùs est & concedendum, doctrinam eam, quæ indè capitur, salutarem, veram, honestam ac bonam esse.

Si igitur bonum et tolerabile videtur, iuuentuti eiusmodi Ethnica cōmenta vel fabu-

fabulas interdùm proponere, vt cum quadam voluptate literis inhæreant: cur, obsecro, nefas sit, verbi Dei præcones nonnunquàm iucundas quasdam et pias Diuorũ historias seu vitas inserere suis concionibus, quô populum pijs referendis exemplis ad Christi et Sanctorum eius imitationem permoueant & accendant, vti nè populus afficiatur tædio, sed vnà cum eiusmodi plausibilibus & gratis parabolis (qualibus etiam Christus ipse vsus est) etiam alias salutares verbi Dei institutiones maiori cum desiderio ac voluptate audiat & amplectatur? Si liberum est Melanchthoni, Camerario, Brentio, & alijs Luteranis prædicantibus, fabulas Aesopi suis scriptis, libris & concionibus passim immiscere: quis tandèm Catholicis in peiorem interpretetur partem, si sanctorum Patrum historias in Christianæ conuersationis Exemplum scribant, prædicent, introducant? Licet igitur nobis

bis Catholicis craßi ac insulsi istius Vulcanij stipitis absurdã ironiam surda aure pertransire. Nanque concionatores et Doctores nostri, Deo sit gratia, in historijs Ecclesiasticis, atq; etiam in elegantiori Philosophia & lectione sanctorum Patrum in dies magis ac magis eum in modum exercentur & expediuntur, vt Smidelinum, tanquàm indoctum & nullis bonis artibus imbutum homũcionem, meritò pudere debeat eiusmodi proferre sermonẽ: maximè quandò ille, vt omnia eius scripta facilè testantur, toto vitæ suæ spatio neque in Philosophia, neq; in Theologia, neque in historiarum cognitione tantillum assecutus est, vt vel pagellam vnam scribere queat, quæ ab homine erudito profecta videri poßit.

Smidelin. N. 1. fac. 1. Vbi nè obliuiscatur Staphylus Latinæ trãslationis, præsertim noui Testamenti, in qua Erasmus ultra sexcenta annotauit loca, quæ non sint rectè Latinè conuersa.

Era-

Erasmus quidem magnam nauauit operam nouo Testamento ex Græco aliquantò Latiniùs transferendo, quem illius conatum initiò pleriq; omnes probârunt. Quòd autem Smidelinus asserit, in veteri versione plùs quàm sexcentis locis lapsum esse & erràsse interpretem, in hoc ipsò Smidelinus ille sexcentis passibus à verò aberrauit. Equidem id pro comperto habeo, neque quisquam velim arrogantèr dictum putet, me ex Dei gratia in Græcà paritèr ac Latina lingua tantum profecisse, quantum non facilè poterit Smidelinus toto vitæ suæ tempore: atque illud ego cum bona possum asseuerare conscientia, veterem ac vulgatã noui Testamenti versionem ad res quaslibet cognoscendas ac intelligendas multo vtiliorem & commodiorem censendam esse, quàm sit Erasmi interpretatio: tametsi Erasmus aliquãto Latiniùs transtulit, quàm vetus interpres. Deindè dubiũ

PP non

non est, si quidem antiqua versio aboleatur, et noua siue Erasmi, siue cuiusquam alterius in vsum adhibeatur, haud mediocrem indè absurditatem & incommoditatêm consecuturam, quandoquidem Catholica Latina Ecclesia in suis Canticis, libris, concordantijs et allegationibus tot iam seculis omninò & vbiquè veterem translationē vsurpauit et retinuit. Quòd si ea abroganda sit, & in eius locum noua quædam, quæ hactenùs generalē, legitimum & concordem vsum non obtinuerit, recipienda: cordatus Lector facilè colligit, quanta indè confusio & perturbatio secutura sit. Atq; gemina hac, quā nunc diximus, ratione permoti Patres in Concilio Tridētino, veterē translationem (quippe in qua nullus doceri potest extare error hæreticus) retinendam decreuerunt, atque etiam vtendam, donec aliquandò fortaßis Catholicæ Christianæ Nationes omnes in certiorem ac me-

meliorem quãdam (modò tamen ea confici queat) paritèr ac vnanimitèr consentiant, atque in rem conferant.

Vtì nè igitur Laicis *relictus sit quiritandi locus, consulit permittendum eis esse* Romanũ Bre*uiarium, id est, sacerdotum librum precatorium legendum, nec tamen huius rei certus est &c.* Smidelin. N.1. fac. 1.

Consilium ego dedi, atque etiamnùm consulo, quòd non inconsultum ac incommodum esse queat, vt ex totis sacris Biblijs ea quæ poßint vulgaribus laicis esse lectu vtilißima, excerpantur, & in purum ac elegans idioma vulgare transferantur, & commodo ordine digerantur, quemadmodùm insigne illud et pulcherrimum totius scripturæ Diuinæ compendium, quod Romanum Breuiarium vocant, digestum & constitutum est. Si quid autem Smidelinus isto melius habet, proferat illud, vt ipsum itidèm audiamus.

In lege scriptum est, inquit Apostolus: Quo- Smidelin. N.1. fac. 1. Rom.15.

niam in alijs linguis, & labijs alijs loquar populo huic, & nec sic exaudient me &c.

Hoc quidem tempore ea sese offert Quæstio, num conducibilius & oportunius sit, Ecclesiæ Cantica & quæ ad diuinum cultum pertinent, Latino, an potiùs Germanico idiomate absoluere & exequi. Cui ego sic simpliciter respõdeo, forsan non inutile fore, si vulgaribus laicis quæcunq; ipsis scitu necessaria, Germanico sermone annuncietur & indicẽtur. E diuerso autem vtile ac salutare fore, vt quòd ad mysteria attinet, sinè quibus vulgaris laicus saluus fieri potest, id recepto hactenùs more, latino sermone tractetur, legatur et conficiatur: vti eiusmodi mysteria, quippè quæ non de tecto, sed in aurem annunciari debent, neutiquàm contaminentur ac prophanentur.

Eam ipsam ob causam Rutheni alio quodam ignoto Slauonico idiomate sua mysteria & alios Ecclesiasticos ritus et can-

cantiones absoluunt. Græci quoquè hodierni non permittunt plebeium vulgus abstrusa rerum diuinarum mysteria rimari: vtque id impedire rectiùs possint, in peragendo cultu diuino & Sacramentis administrandis veteri Græca lingua vtuntur: quæ verò communi plebeculæ ad salutē necessaria sunt, ea vulgari confusóque ac nouo Græco sermone depromunt. Luterani autem his omnibus prorsùs contrarij, sua omnia tam planè populari lingua & sermone exequuntur, vt etiam perditi nebulones in plateis, & potatores in tabernis, cùm temulentia & insania laborant, Missam & Vespertinas preces decantent, & vociferando ac vlulando crepitent. Quod est nimirùm haud vulgare decorum, & ingens pietas ac deuotio Ecclesiæ Euangelicæ.

Hæc ego inpræsentiarùm Smidelino ad duas libri sui partes, quē ipse luculentam & claram ad Apologiam meam re-

sponsionem inscripsit, responsa volui: ea erga praepotentem Deum spe non dubia, & erga Christianum ac pium Lectorem fidutia fretus, in hac mea responsione & confutatione nihil eorũ omissum aut praeteritum esse, quae fuerint ad asserendam ac defendendam Catholicae fidei nostrae diuinam veritatem necessaria: idque ità tamen, quatenùs tum temporis angustia, tum negocij huius amplitudo permittere ac ferre potuit. Quae verò ad tertiam eiusdem libri partem pertinent, non solùm ob multa incidentia, eaq; necessariò expedienda negocia, sed etiam cõplures alias ob causas hac vice in illud vsque tempus reijcere compulsus sum, donec quandoquè fauẽtibus superis ad Museum meum reuersus, maiori ocio & opportunitate perfruar ad totam rem hanc expediendam & absoluendam.

Intereà nolim latère Christianum ac beneuolũ Lectorem, quid dehinc in Smilinum

delinum animo conceperim ac mediter. Nemini obscurum esse potest, anno superiori, dum abesse domo, meo nomine prodijsse libellum, Prodromi titulo, cuius ille vnicus scopus fuit, vt Smidelinum ad constantem aliquã & ingenuam ac candidam responsionem, quæ simplicem vel affirmationem, vel negationem haberet, id est, Ità vel Non, permouerem. Nam posteaquàm ego in Colloquio Vuormatiensi præcipuos Luteranorum errores & hæreses in Epitomen contraxi, quam deindè alij quidam typis excudendam curârunt, Smidelinus aliquot editis publicè libellis in me calamũ strinxit, conatusq́; est plerasque hæreses omnes & vnà erroneas ac à verò deuias opiniones, quæ in Luteranismo passìm existunt, leni spongiola detergere, atque vt summatìm dicam, quantum quidem in ipso fuit, per oĩa approbare. Sed accidit illi & toti eius contubernio, quod in fabula quadam de

telonario & mendico circunforaneo refertur, quam huc adſcribere viſum fuit.

Fertur cuiuſdam loci Dominus quandoquè in ponte quodam eiuſmodi vectigal impoſuiſſe, vt quiſquis eum pontem ſiue equo, ſiue curru, ſiue pedibus tranſire vellet, tot dependeret nummos, quot morbos ſuo in corpore circunferret. Accidit interìm, vt quidam mendicus circunforaneus eum tranſiens pontem, nonnihil claudicaret. Quem cùm telonarius compellâſſet, & claudicationis nomine pontis portorium ab eo repetijſſet, mendicus ille erga telonarium illũ ea reſpondendi indecentia ac intemperantia vſus eſt, vt ei colaphum telonarius impingeret: idq́ue adeò, vt pileus è capite decideret. Cùm autem fortè fortuna in illum intuitus telonarius, animaduertiſſet eum non modò claudicare, ſed etiã ſcabie aroſum habere caput, tanquàm duorum morborum nomine, duos ab illo exegit num-

nummos. Sed cùm mendicus telonario sese opponeret, vsque eò inter eos ea contentio progressa est, vt telonarius mendico tunicam & interulam detraxerit: tum verò non tantùm claudicantes tibias, & scabiosum caput, sed etiam corpus pustulis & vlceribus plenum eum habere conspiciēs, triplex ab eo vectigal postulauit.

Eundem in modum accidit, edito libello illo meo, quem Trimembrem Theologiam inscripsi: in quo principiò id duntaxat indicaui, quibus in articulis Christianæ fidei nostræ Luterani claudicent, ea bona ac Christiana spe animatus, fore vt sui vectigalis vel portorij ipsi sese admonerent. Atqui hæc mea sanè amica admonitio vsqueadeò nihil apud illos profecit, vt Smidelinus publicis aliquot scriptis mecùm planè in arenam descēderit, vndè tandèm in apertum prodijt, cunctisque innotuit, Luteranos in causis & rebus fidei seu religionis non modò clau-

dicare tibijs, sed etiam caput scabie infestatum, et corpus lepra vndiquè infectum habere.

Quandò verò Smidelinus morbos hos & virus isthuc noui Euangelij exactiùs fortaßis aliquanto, quàm plerique alij, depræhendit, insigne quoddam et rarum perditi cuiusdam hominis circunforanei artificium edere conatur: dum doctrinæ Luteranæ lepram & vlcera cura palliata in summa cute specietenùs nonnihil sanare instituit, vtì nè eiusmodi hæreticæ doctrinæ spurcities sub hominum cadat adspectum. Interim verò nihilo minùs purulenta vlcera intùs abdita latére, atque tum corpus, tum animam perdere, id quidem Smidelini nihil interest, sed fert ille susque deque. Itaque in suis scriptis omnibus aduersùm me editis hunc in scopum ille potißimùm collimat, vt symmystarum suorum hæreses & errores omnes in suprema cute quodam obducat fuco,

neque

neque vllum attrectet saniosum vlcus, vt iam maturam indè exprimat saniem. Sed ea quodam flexu præteruehitur & circumit, perindè vt solent feles feruentem pultem, lucemq; declinat: & si quis eum fortaßis de suorum symmystarum rebus percontetur, neque Ità, neque Non, respondere ausus est, sed proripit sese, & abdit modò in has, modò in illas latebras, nec quicquam nisi diuerticula & tergiuersationes captat, nè certa aliqua & constanti oratione sese in laqueum conijciat, & irretiri se sinat, vt est ingenium hæreticorum omnium, & in Arrio, Donato, Pelagio, atque eius farinæ hæresiarchis alijs videre licet.

Qua quidem veteratoria ac versuta inconstantia permotus, duodecim ego necessarias Smidelino quæstiones ꝓposui, quas tamen ille in sua responsione perpetuo quodam silentio tacitus præterijt, ab eoque Christianæ pietati congruentèr &

pro

pro eo atquè par est petij, modò vir integer & probus sit, vt ad eas Ità ità, vel,
Matth. 5. *Non non, quemadmodùm Christus nos loqui iußit, syncerè ac candidè respondeat. Verùm cùm ad hanc rem ille vertiginem admodùm sibi infestam sentiat, non se patitur ex vulpeculæ fouea elici: & interìm quidem ad has meas Quæstiones quandam conscripsit expeditionem, sed vbì vel Ità, vel Non respondere debet, Nullus & Nemo domi est: sat habet dixisse, se iampridèm in suo contra prolixũ Catalogum libello hæc omnia vel affirmâsse vel negâsse, itaque nulla esse iteratione opùs.*

Atquì nôsse debebit Christianus & pius Lector, vanam hanc & versutã ac versipellem tergiuersationem à Smidelino per mendacium & impudentèr obtendi. Enimuerò ad eumipsum ego libellum prouoco, quem Smidelinus contra hæreticorum Catalogum scripsit, eamq́ue in

spem

ſpem venio, fore vt Christianus Lector planè diuerſum in eo libello vſquequaquè comperiat, idque euidentiſsimè, perſpicia- atque Smidelinum non ſolùm ad interrogationes meas neque affirmationem neque negationem reddidiſſe, ſed cōtrà potiùs eam in curam ſummoperè incubuiſſe, nè vſpiàm Ità ità, vel, Non nō reſpondere cogatur: ſicque Luteranas hæreſes omnes approbare, & fuco quodam oblinere queat. Atque eamobrem Chriſtianum & candidum Lectorem oratum velim tum Dei, tum ſempiternæ ſalutis ſuæ cauſa, ſi quidem hoc in negocio veri cognoſcendi ſtudio teneatur, vt vtriuſque noſtrûm ſcripta inter ſeſe accuratè componat, re ipſa comperturus, quàm inſidiosè & in ſummum animarum exitium noui Euāgeliſtæ miſeram plebeculam à veritatis & vitæ lumine in ſempiternam mortis caliginem miſerandum in modum abducant & ſeducant. Et certè ſatis id

Smi-

Smidelinus ipse experitur, se in hoc negocio, si ad exactiorē disputationem adducatur, non posse non penitùs dedecore ac ignominia notari. Facit igitur instàr vulpeculæ, quæ cùm in flumine non absq; periculo piscationi se dedisset, ad riuum se contulit cancros captura: vbì cùm cancrum appræhendisset, eumque deglutire vellet, ille gulæ eius inhærens, eam præfocauit.

Nimirùm Smidelinus de Theologicis principijs, id est, de vero germanoque scripturæ diuinæ intellectu, quisnam ille sit, & vbì inueniendus sit, mecùm in disputationem ingressus est. Verùm cùm se cernat vndiquaquè veritatis casßibus complicatum ac constrictum teneri, non vult ille piscationi hac in parte ampliùs intendere: videlicet veritus, vt seipsum longè citiùs retibus inuoluat ac implicet, quàm quicquam capere poßit. Itaq; cancri gradum imitatur, susceptamq; de genui-

nuina scripturæ diuinæ intelligentia disputationem postponens, me extra præsidia mea ad aliam disputationem, ad controuersias dogmatum pertinentem, elicere ac pertrahere nititur, sperans eo in campo se felicioribus auspicijs pugnam initurum: quandò omnium more hæreticorum apud vulgus magnam habet existimationem, pondus & authoritatem, cùm ex sacris literis sinè Theologicis principijs, id est, absque vero verbi diuini intellectu disputatio suscipitur, perindè àc si hæreticorū excrementa moschus sint.

Atque vt hoc suum veteratorium et exitiale propositum obtineret, Smidelinus ille proximo suo libello (quem inscripsit Abfertigung/ *quasi dicas, expeditionem vel amolitionem) memoratum stratagema in me experiri & absoluere conatus est. Cùm enim ego illi in meo Prodromo aliquot Quæstiones germanū scri-*

scripturæ Diuinæ intellectum, vt est supradictum, concernentes proposuissem, petijssemque ab illo, vt vel Ità ità, vel, Non non responderet, liquidò ille perspexit si vel Ità, vel Non reddēdum sit, se mox sinè vlla digreßione nō posse non constringi, capi ac pudefieri. Quamobrē etiam ad eas Quæstiones meas nihil respondet, sed mihi alias vigintiquinque Quæstiones opponit, quæ non ad principia Theologica, sed ad dogmatúm cōtrouersias pertinent, eam in spem adductus, fore vt meis præsidijs deditis ac relictis, ipsius p̄sidia oppugnare aggrediar. Agè verò, vt perspectum sit Smidelino, nos doctrinæ nostræ nulla ex parte metuere, nec quicquam subterfugere, etiā hac ego via in Dei nomine cum illo experiar, id mihi ex Dei benignitate & gratiæ eius ope fidentèr pollicens, non multò commodiùs hac sese, atquè illa, via vsurum. Nôsse interim debebit Smidelinus, & Deo

Deo benè fauente certò comperiet, mentiri & fallere longè aliud esse, quàm veritatem fateri atque tueri. Nanque in enumerãdis Confeßionis Augustanæ articulis, ijsque per antitheses cum nostra Catholica doctrina conferendis, quatuor ille in Deum blasphemijs & improbis facinoribus sese obstringit.

Primò quidẽ erga Catholicam Christi Ecclesiam vanißimi sycophantæ & calumniatoris fungitur officio, dum complures commentitios doctrinæ Articulos nobis Catholicis per mendacium affingit, quasi vel nos, vel charißimi sanctiq́ Maiores nostri eiusmodi vanam, nullaq́ veritate fundatã doctrinam asseruerint, professi sint, & scripto prodiderint.

Certè si Smidelinus vir esset probus ac integer, non vanißimus ac improbißimus sycophanta, faceret ille quod nõ modò apud Christianos, sed etiam omnes ratione vtentes more comparatum est, atq;

certò et solidè demonstraret, quisnã Episcopus, Pastor, Doctor aut scriptor putatitios eos nostræ Religionis articulos, ità vt ab ipso citantur, vel publicè pro concione docuerit, vel palàm scripto ediderit. Si enim publicè ità concionati sunt, necesse est homines vt adfuerint, qui id audiêrint & testari queant: Si verò literis cõsignârint, modis omnibus par erat, Smidelinum eiusmodi authorum nomina indicare, tum quibus in libris et librorum capitibus memorati Articuli scripti sint & inueniri possint. Eam integritatem ac honestatem debebat meritò Smidelinus à nobis Catholicis didicisse, vtpotè qui nõ ferè quidpiam citamus, nisi adscripto Authoris & libri nomine, itemque quoto capite & quo loco scriptum & inueniendum sit.

Alterum facinus improbũ, quod Smidelinus in Catholicam Christi Ecclesiam designãt, illud est, quòd neque erubescit,

neque

neque reformidat vetustas & iam olim damnatas atque diris omnibus deuotas hæreses propugnare, easque eum in modum proponere, tanquam sint purũ Euangelion atq; ipsissimum Dei verbum: nulla eius habita ratione, quòd Luterus, Brentius, & horum similes non planè nescij sunt, doctrinam ipsorũ non nisi falsam & hæreticam esse verbi Dei interpretationẽ, nec alio loco ab omnibus Christianis Cõcilijs totóque orbe Christianò eam habitam & condemnatam esse.

Tertium Smidelini nequam facinus, quòd is veritatis opprimendæ causa perpetrat, est, quòd in cõtrouersiosis enumerandis Articulis, maximos & præcipuos tacitus præterit, perindè àc si illi ad veritatem cognoscendam nihil sint scitu necessarij. Sed Deo benè propicio quandoquè ille luculentèr percipiet, non illorum duntaxat Articulorum, qui ab ipso cõmemorantur, sed multarum etiam ali-

arum magni momenti causarum & rerum nomine cum ipso & eius Symmystis nos confligere.

Quartum nequam facinus, hoc in negocio ab eodem Smidelino admissum, illud est, quòd Confeßionis Augustanæ articulos in genere duntaxat, non in specie proponit: eo hauddubiè consilio, vt Luteranas schismaticas & hæreticas opiniones omnes, quæ ferè in vnoquolibet eius Confeßionis articulo paßim versantur, fallaciosè præterire & obtegere queat. Verùm si præpotens Deus extra debita officia tantum ocij et quietis mihi pro sua benignitate concesserit, vt huic negocio parumpèr incumbere liceat, Smidelinus cum suis Symmystis id à me expectare debebit, quòd propemodùm controuersiosos Articulos omnes, non inter Catholicos & Luteranos modò, verùm etiam inter Luteranos ipsos in lite & controuersia positos, per Antithesin eum in modū

alios

alios alijs opponam, vt nulli non perſpectum eſſe queat, Smidelini librum aduerſus prolixum hæreticorum Catalogum, atque etiam tertiam ſecundi ſcripti eius partem, ſtrenuè atque ſolidiſſima veritate confutata & ſubruta, ſicq́; veritatem quidē propugnatam, porrò Aduerſæ partis mendacia in apertam lucem prolata eſſe. Deus Optimus Max. in hoc ipſum ſuam nobis Diuinā gratiam, et Spiritum ſuæ veritatis largiri dignetur, Amen.

ERRATVLA.

Pro horum facili intellectu, memineris priori numero ſignari paginā, poſteriori lineam, indè ſequi aut breuiſsimè innui lectionem veram.

5 1 *vllius* 36 5 *digeſta* 41 13 *adius* 56 2 *runt*,E 72 20 *ille.* 105 17 *quicquam* 137 20 *hos de* 139 15 Cath 142 14 *beri?* 155 9 *quoquè* 159 9 Atriani 168 5 *tangi* 182 12 *tium d* 213 17 *Sacraq́; interpretatio non* 218 7 *tæ v/q;* 233 13 *ſterium* 236 12 *ſum* 257 6 *cernimus eff* 260 7 *quòd è* 271 20 *illi fuit* 302 7 *ſeculi.* 332 12 *ſi quis* 412 15 *thenos* 412 22 *thenis* 440 18 *tus pro* 469 19 Qunam 487 3 *alibet* 518 13 *Nunquìd* 521 13 *onim* 575 5 ,all 598 23 *delinum* 608 5 *,ſi*

Reſtituantur interìm & ſuis locis numeri hi:

133 225 299 323 508

BVBO GOPPIN-
gensis.

VEr abijt, lustris nemorũ Philomela relictis,
Desijt argutos edere uoce sonos.
Terruit Illyricis quæ cantibus Albidos undas,
Vppupa, detecta fraude dolisq; silet.
Defessæ uolucres reliquæ certamine cantûs,
Tempora cùm fiant frigidiora, tacent.
Et satis est, nimiùm nè mutua prælia surgant,
Vocibus alterius imposuisse modum.
Felices uolucres, quibus est tacuisse uoluptas,
Quæ nullis aliqua garrulitate nocent.
Bubo ego, quem totiès audit Goppinga canẽtem,
VILSA per ambages hîc ubi uoluit aquas.
Ore procax, animóq; leuis, feralia canto
Carmina, triste quibus nomen et omen inest.
Dum tenebris, Acheronte satus, delector opacis,
Lingua Lycambæo felle uenena uomit.
Hæc è Vulcani fabrica noua scommata promit,
Et uarios luctus ore procace canit.
Laudatam temerè famam proscindo bonorum,
Fingoq; mendaces qua licet arte dolos.
Cùm me natiuis proprijsq; coloribus ornet,
Adspergo Staphylum deteriore nota.
Omine nec uereor dubio portenta minari,
Diráq; portentis addere fata meis:

Auxi-

Auxiliatrici nam Gallus ad Istrides undas,
Funestos mecum concinit ore modos.
Ore strepit uarios cornix induta colores,
Qua Neoburgenses deuehit Ister aquas.
Sublita quæ uafris garrit mendacia technis,
Subdola quaq; potest arte nocere nocet.
Hisce suas addit Strix Spangenbergia nugas,
Insontes probris carpere nata uiros.
Gallé ne, dum cantu fessæ siluêre uolucres,
Cucurrire tibi uoce sonante placet?
Dissentis aliâs cantu, cur consona mecum
Carmina, si probris res sit agenda, canis?
Nè nimis insultes, petulantē comprime linguam,
Oreq; proteruo desine Galle loqui.
Nè lædas nocuo Cornix stridore uolucres,
Lædere quæ placidis non didicêre sonis.
Insurgas diro nè Strix Mansfeldica cantu,
Sit modus innata garrulitate loqui.
Quas adeam tenebras, mea quo uestigia figam,
Prodita cùm nostræ fabula fraudis erit?
Nos miseri uereor maneat nè pœna Lycambis,
Si qua meis uotis est tribuenda fides.

FINIS.